



TYCHONIS BRAHE  
OPERA OMNIA  
TOMUS I

HAUNIÆ MCMXIII



1914. 21520



FICHONIS BRATE DAN  
OPERA OMTOA

AUSPICIIS SOCIETATIS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM  
(DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB)





TYCHONIS BRAHE DANI  
OPERA OMNIA

EDIDIT

I. L. E. DREYER  
TOMUS I



HAUNIÆ MCMXIII  
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA  
TYPIS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)

TYCHONIS BRAHE DANICI  
OPERA OMNIA

EDITO  
A  
L. J. DREYER  
TOMUS I



HABITAT MEXICO  
IN BIBLIOTHECA GYMNASII  
MEXICANI



TYCHONIS BRAHE DANI  
SCRIPTA ASTRONOMICA

EDIDIT

I. L. E. DREYER

AUXILIO IOANNIS RÆDER

SUMPTUS FECIT G. A. HAGEMANN

TOMUS I

HAUNLÆ MCMXIII  
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA  
TYPIS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)







## PRÆFATIO SOCIETATIS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM.

CUM COPERNICI KEPLERI GALILÆI aliorumque virorum doctorum præstantium opera magnis editionibus collecta reperiantur, ita ut facile ea adire possint homines doctrinarum studiosi, illius viri, quem regem astronomorum Besselius appellavit, quique sua industria omnis recentiorum temporum astronomiæ fundamentum jecit, opera nondum tali modo edita sunt. Ac de *observationum* quidem TYCHONIS BRAHE corpore edendo sæpius cogitatum est, usque ab eo tempore, cum Fridericus III rex Daniæ eas, ut bibliothecæ suæ nuper conditæ adjungeret, anno 1655 comparavit, sed nunc demum res ad effectum perduci potuit, cum petenti populari nostro, v. d. I. L. E. DREYERO, observatorii, quod Armachæ Hibernorum floret, præfecto, INSTITUTUM CARLSBERGICUM sumptus, qui ad observationes typis describendas necessarii essent, sese suscepturum esse pollicitum est. Quod vero omnia Tychonis Brahe opera nunc edere possumus, primum viri excellentissimi G. A. HAGEMANNI munificentia insigni, qui societati nostræ opes suppeditavit, quibus hoc propositum perageretur, deinde DREYERI officiosæ voluntati debemus, qui consentientibus Instituti Carlsbergici præfectis concessit, ut sua observationum editio pars fieret editionis omnium Tychonis operum, et ceteris quoque operibus edendis sese præfuturum esse promisit. Ita nunc, amplius trecentis annis post summi astronomi mortem, lucem videt hæc editio omnium operum ejus, quam talem futuram esse speramus, quæ illo, qui eorum, qui in patria nostra studiis altioribus operam dederunt, jure princeps appellari potest, digna esse videatur.

Propositum nobis erat, non solum ut omnia, quæ ipse Tycho edenda curavisset, denuo ederentur, sed etiam ut commentationes atque inquisitiones nondum editæ, si quæ exstarent, ac præterea omnes epistolæ litteræ actaque publica, quæ vitæ ejus atque studiis aliquo modo lucem afferre possent, undique colligerentur. Quorum copiam (si ea, quæ Hauniæ asservantur, excipias) majore ex parte in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi quærendam esse, ab initio constabat. Sed cum Tycho satis multum in itineribus versatus esset et cum viris doctis ac principibus externis haud paucis conjunctus fuisset, ab initio coniciendum erat, nonnulla eorum, quæ in editionem recipienda essent, in multis bibliothecis archivisque per majorem Europæ partem dissipata esse, quæ ut omnia quam diligentissime perquirerentur, nihil operæ prætermisum est. Quæ ex archivis congerenda erant, ipsorum Germaniæ Austriæ Italiæque septentrionalis archivorum perscrutatione collecta sunt; quod vero ad bibliothecas attinet, ita actum est, ut catalogis librorum manu scriptorum typis descriptis inspiciendis et ex omnibus fere bibliothecis Europæ publicis, quæ quidem libros ad artes et doctrinas pertinentes possidere existimarentur, per litteras sciscitando ea, quibus opus esset, conquirerentur. Ex iis, quæ his lit-

teris benigne responsa sunt, ea, quæ e catalogis typis descriptis inventa essent, hac ratione satis corrigi posse intellectum est.

Quæ his rationibus conquisita et summa liberalitate eorum, qui bibliothecis archivisque præsumt, in Bibliothecam Regiam Hauniensem transmissa sunt, inter se diversissima sunt: commentationes aliæ sunt integræ, alia fragmenta commentationum vel prima scriptoris exempla et adumbrationes imperfectæ; omnibus autem DREYER inspectis atque excussis, quæ editione recipienda, quæ vero ut adumbrationes immaturæ et ad perfectionem non adductæ prætermittenda essent, dijudicavit. Idem editionis ordinem et rationem instituit, prolegomena primo tomo comprehensa et annotationes ad astronomiæ historiam spectantes confecit, denique plagularum correctionis eam partem suscepit, quæ ad astronomiam pertinet. Codicibus manu scriptis collatis, adhibita arte philologorum critica, operam librorum edendorum (exceptis iis tomis, qui observationes comprehendunt) suscepit IOANNES RÆDER. Rationibus ab ipso institutis atque a Dreyero comprobatis archiva inspexit EILERUS NYSTRÆM, qui illum tomum edendum curabit, qui litteras atque acta publica ad vitam Tyconis pertinentia continebit, ubi de illis archivorum inquisitionibus pluribus verbis agetur. In copia librorum manu scriptorum et bibliothecis congerenda iisque, quæ Dreyero tanto spatio ab Haunia comoranti exsequi non licebat, administrandis operam navavit CAROLUS S. PETERSEN, qui etiam iis, quæ ad editionis speciem artemque typographorum pertinent, intentus fuit.

Quæ in *observationibus ac litteris actisque publicis* edendis leges servatæ sint, suo tempore ratio reddetur; in *scriptis* edendis sic actum est. Ad singula scripta edenda singulæ editiones vel singuli libri manu scripti adhibiti sunt, qui ad litteram expressi sunt, ita tamen ut compendia tacite dissoluta et accentus notæ (præter notam ~) omissæ sint; in interpunctione autem et grandium litterarum usu, quæ in initio verborum apparent, ne nimia inconstantia vel obscuritas eveniret, ab exemplis præcipue manu scriptis nonnumquam discessum est. In textu vero illis tantum locis aliquid correctum est, ubi errores librariorum vel typographorum subesse viderentur, sive per se manifesti, sive in editionibus principibus inter corrigenda indicati essent, sive aliis testimoniis adhibitis deprehendi possent; ubi vero locus corruptus sanari non potuerat, nota \* appicta est. Quæ correctiones receptæ sunt, inter scripturas varias afferuntur, ubi ex iis testimoniis, quæ per se aliquid valere videantur, aliæ quoque scripturæ variæ afferuntur, neglectis tantummodo iis, quæ ad orthographiam vel interpunctionem pertinent. Ubi in eo libro typis vel manu descripto, ad cuius exemplum hæc editio confecta est, nova pagina incipiat, in margine interiore editionis indicatum est; quæ ibidem sæpius addita est nota †, annotationem ad hunc locum pertinentem in fine tomi reperiri significat.

Præter prolegomena annotationes variasque scripturas doctrinæ studio-



## PRÆFATIO SOCIETATIS

III

sorum causa editioni accedent indices librorum, quos Tycho conscripsit, et eorum, quibus de eo agitur, index imaginum, quæ exstant, ejus (quæ simul exprimentur), præterea descriptio librorum manu scriptorum (quorum exempla exprimentur), denique totius editionis indices rerum ac nominum. Hæc omnia Latino sermone præbebuntur; ac litteræ quoque actaque publica, quæ Danice scripta sunt, etiam Latino sermone reddentur, aut integra aut in epitomen coacta. Quæ Latine reddenda sunt, vertit IOANNES RÆDER.

HAUNIÆ, MENSE SEPTEMBRI ANNI MCMXIII.

(A\*)



Proposuerant sibi astronomi Græci »phænomena salvare« (σώζειν τὰ φαινόμενα); hoc vero nihil aliud erat quam motus, qui videbantur, cælestes per mathematicam rationem interpretari, quod propter eam, quam instituerant, quæstionum mathematicarum tractationem non aliter fieri poterat nisi per constructiones geometricas. Non poterant sibi proponere, ut cursum illum definirent, quem re vera planeta per spatium inane conficeret; quamdiu enim Terra, locus spectatoris, immota esse existimabatur, hoc fieri nullo modo poterat. Etsi vero apud Græcos de Terræ revolutione quotidiana et annuo ejus circa Solem motu quidam cogitaverant, hæc tamen mera opinio erat, ab ARISTARCHO Samio III a. Chr. n. sæculo proposita, quæ nemini fere probabatur — SELEUCUS solus Seleucia ortus vestigia ejus persecutus esse narratur —, neque umquam rationibus mathematicis tractata erat. Alexandrinorum ætate dubium non erat, quin sphæra cælestis 24 horis revolveretur, secum ferens Solem Lunam planetasque, qui ipsi præterea suos cursus inter stellas fixas conficerent.

Facile intellegitur, per rationem motus planetarum ab astronomis institutam ita tantum »phænomena salvari« posse, si constructiones geometricæ satis explicatæ ac numeri, quibus opus sit, accurate definiti sint; definiendæ sunt exempli gratia tot circulorum radiorum mensuræ, quam rationem inter se teneant, situsque centrorum orbium eccentricorum designandi sunt. Hoc solo in genere astronomi Arabes, qui medio ævo floruerunt, aliquid boni protulerunt. In Europa vero, si Hispaniam excipias, Ptolemæi opus tum plane ignorabatur, neque ante sæculum XII vel XIII aliqua pars eorum, quæ astronomia Alexandrinorum assecuta erat, per compendiosos ALBATEGNII atque ALFRAGANI commentarios in Europam pervenire cœpit. Nec vero immutatum per tot sæcula cælum fuerat, posteaquam immensam astronomiæ Græcæ molem Ptolemæus exædificaverat. Quemadmodum horologium, quod olim tempus recte indicavit, quoniam motus ejus diurnus parum constat, post longius spatium a vero tempore multum discrepare necesse est, ita quæ inerant rationibus astronomicis vitia, usque eo creverant per sæcula, donec observatio a supputatione fortiter discrepavit. Ac ne novæ quidem tabulæ planetarum, Alphonsinæ quæ vocabantur, quas ALPHONSUS X, rex Castiliæ, medio sæculo XIII, Arabum studiis innixus, conficiendas curaverat, post annos ducentos satis cum cælo congruebant.

Sæculo XV cum renasceretur omnis doctrina, astronomiæ studiosis facile patuit, in fundamento ab Alexandrinis jacto altius ædificium exstrui non posse, nisi ingenti Ptolemæi opere prius diligenter pertractato ipsum illud fundamentum penitus cognosceretur. Quod perfecerunt astronomi Germani, PURBACHIUS et REGIOMONTANUS, qui non solum ipsi enchiridia uberiora conscripserunt, sed etiam *Syntaxis* codices Græcos protulerunt, qui in locum succederent interpretationum illius »*Almagesti*«, quæ intercedentibus interpretationibus Arabicis confectæ erant. Talis etiam interpretatio adhibita est

ad primam editionem *Syntaxis* Latinam, quæ typis descripta est Venetiis anno 1515; secuta est prima interpretatio e Græco sermone confecta (Parisiis 1528, ac postea Basileæ 1551); tandem vero ipsa verba Græca in lucem emissa sunt Basileæ 1538.

Accidit autem, ut hac ipsa ætate, qua opera veterum penitus cognoscere licuit, vir quidam præclarus novum systema motuum planetarum explicare institueret. Perspexit NICOLAUS COPERNICUS (1473—1543), multo simplicius reddi posse systema Ptolemæi, si uniuscujusque quinque planetarum illo motu circulari omisso, qui eas anomalias explanare debebat, quæ mirum in modum pendebant ex collocatione, quam planeta ad Solem tenebat, Terræ invicem motus circularis circa Solem tribueretur. Quare enim planetas superiores tres, Martem et Jovem et Saturnum, quotiescumque Soli oppositi essent, aliquamdiu retrogradare? Hanc retrogradationem ita explanare solebant, ut planetas cursum suum in epicyclo uno anno conficere putarent; uno autem anno Sol quoque circa Terram revolvebatur; quo factum est, ut motus Solis cum trium planetarum motibus mirum in modum conjunctus esset. Inferiores autem planetæ, Mercurius ac Venus, magis etiam conspicuum erat, quantum a Sole penderent, cum numquam ab illo longe distarent, et eorum epicyclorum centra uno anno per circulos deferentes revolverentur. Hæc omnia non latuerant veteres, qui tamen satis habuerant existimare, Solem cor esse universi eique præesse, sicut etiam hominis cordi, etsi medium corporis non teneret, præcipua tamen vis vitalis inesset<sup>1</sup>. Ac præterea, cum Lunæ quoque motus exiguas quasdam anomalias præberet, quæ ex collocatione ejus ad Solem penderent, mirandum non erat, quod etiam planetæ Soli quodammodo parent.

Demonstravit igitur Copernicus, illas planetarum anomalias ita explicari posse, si ipsa Terra uno anno eundem motum, qui planetis attributus esset, habere putaretur. Neque hoc solum. Ingenti opere, quod inscribitur *De revolutionibus*, anno 1543, mortis ipsius tempore, in lucem emisso, novæ doctrinæ consecutiones ordine pertractavit et uniuscujusque planetæ motum mathematica ratione persecutus est, quibus innixus paucos post annos (1551) assectator ejus ERASMUS REINHOLDUS novas planetarum tabulas, Prutenicas dictas, confecit. Hæ tabulæ melius quam Alphonsinæ cum motibus observatis congruebant, non quod Terram moveri jure Copernicus doceret, injuria Ptolemæus negaret, sed ea sola de causa, quia paucæ illæ nuper factæ observationes facultatem dederant quosdam numeros in theoria motus planetarum corrigendi. Nec demonstrari poterat veritas novi systematis, quod ne simplicitate quidem vetus illud multum superabat. Si ita se res haberet, ut Terra planetæque æquabili celeritate per orbem concentricos circa Solem mo-

<sup>1</sup> Cf. DREYER, *History of the Planetary Systems from Thales to Kepler* (Cantabrigiæ 1906), p. 168. Ad hunc librum reiciendi sunt, qui progressum systematum Ptolemæi atque Copernici accuratius cognoscere volunt.

verentur, omnia satis explicare Copernicus potuit. Sed ut status rerum se habet, cum celeritas astrorum nunc augeatur, nunc minuat, ita ut non per circulos perfectos iter ea facere pateat, non poterat Copernicus non uti multis epicyclis. Vix autem dici poterant planetæ circa Solem moveri, quia circa medium Solis locum sive centrum orbitæ Terræ — quod aliquo spatio a Sole distaret — eos moveri Copernicus aiebat. Eam fere solam ob causam recte simplicius dici poterat novum systema, quia non, ut vetus illud, motum ita constantem esse existimare cogebat, ut planeta, si ex puncto aliquo extra centrum posito conspiceretur, æquabili celeritate moveri videretur. Atque etiam ut planetarum latitudinis varietatem explanaret, necesse erat Copernico Ptolemæi vestigia premere. Huic ideo difficillimum fuerat illam varietatem explicare, quia existimandum erat, orbitam planetæ in plano positam esse, quod Terram secaret; erravit etiam Copernicus — neque tamen tanto opere —, cum hoc planum non Solem, sed centrum orbitæ a Terra percursæ secare existimaret. Itaque assumendæ erant constructiones implicatissimæ et a natura abhorrentes, et quæ cum Terræ, non planetæ, circumlacionis circa Solem tempore conjunctæ essent. Eadem autem ratio erat motus inferiorum planetarum, Mercurii ac Veneris, quo factum est, ut Terra in novo systemate pæne ejusdem momenti esset atque in vetere.

Itaque Copernicus, etsi pro Solis motu Terræ motum substituerat, multis tamen locis nondum excesserat limites ævi antiqui, sicut etiam systema ejus non minus quam Ptolemaicum instrumentum tantum erat supputationis neque ostendere poterat orbitas re vera a planetis peractas. Recte igitur KEPLERUS<sup>1</sup>: »Copernicus« inquit »divitiarum suarum ipse ignarus, Ptolemæum sibi exprimendum omnino sumpsit, non rerum naturam, ad quam tamen omnium proxime accesserat.« Via a Copernico monstrata ulterius progredi non licebat, sed quomodo Alexandrinorum fines egredi possent astronomi, jam magno opere quærebatur. Monstravit quidem rectam viam PETRUS RAMUS, philosophus Francogallus, libro a. 1569 in lucem emisso. Hic contendit, Græcos atque Copernicum hypothesibus et opinionibus præsumptis male nixos esse, cum potius observationibus diligentibus, logica et mathematica ratione adhibitis, uti debuissent. Sed quomodo hoc faciendum esset, nemo adhuc clare perspexisse videbatur; quamquam existimandum erat, eos, qui *Syntaxi* Ptolemæi operam dedissent, non potuisse non intellegere, astronomos Alexandrinos multas per aliquot sæcula observationes fecisse, sine quibus non potuissent tantum efficere, quantum continet illud opus, quod tanto opere distat a vetustiorum philosophorum de phænomenis cælestibus animo fere solo excogitatis opinionibus, si unum excipias systema illud »centricum« ab EUDOXO et CALLIPPO explicatum, quod observationibus nixum esse videtur.

Opus erat astronomo, qui sibi proponeret omnia ex principio perscrutari

<sup>1</sup> *De motibus stellæ Martis* cap. XIV (*Op.* III p. 234).

neque auctoritati *Syntaxis* ulla ex parte confideret, qui omnia, quaecumque gesserant Hipparchus et Ptolemæus, retractaret, denique qui instaurationem astronomiæ ab iis solum perfici posse intellexeret, qui Solis Lunæ planetarumque motus sine intermissione multos per annos persequerentur, non ut Copernicus singulas interdum observationes facere satis haberent. Nisi ipsum cælum, nec veterum tantum scripta, diligenter cognoscebatur, nihil novi inveniri poterat. Tempus erat completum: prodiit igitur is, quo opus erat, TYCHO BRAHE.

**II.** Conspecto deliquio Solari anni 1560 TYCHO BRAHE, qui tum puer erat tredecim annorum, astronomiam adamare cœpit<sup>1</sup>. Tribus annis post, cum Lipsiæ studiis operam daret, observationes planetarum facere et cum collocationibus e tabulis Alphonsinis atque Prutenicis deductis comparare instituit. Die 17 mensis Augusti anni 1563 Martem primum, nocte vero insequenti conjunctionem Saturni atque Jovis observavit, qui die 24 Augusti mane tantum appropinquaverunt inter se, ut intervallum vix cerni posset. Hujusmodi observationes usque ad medium mensem Octobrem continuavit, anno vero insequenti inde a die 27 mensis Martii renovavit, cum usque ad id tempus nihil fere aliud annotaret, quam quibus cum stellis planeta aliquis rectam lineam vel triangulum rectiangulum efficeret; nonnumquam tamen etiam circino usitati generis usus est. Cum hujus centrum oculo appropinquaverat, crura vero, alterum adversus planetam, alterum adversus stellam aliquam direxerat, horum distantiam angularem hoc modo invenire poterat: circinum enim in charta ponebat, ubi circulum delineaverat et in gradus graduumque dimidia descriperat. Tales observationes simplices satis jam demonstraverunt, quam male etiam Prutenicæ tabulæ veris planetarum motibus in cælo convenirent. Die vero 1 mensis Maji uti cœpit instrumento, quod vere ita dici poterat, cui nomen erat »Baculo Iacobi«; ipse tamen Tycho »Radium astronomicum« vocare solebat. Baculus erat levis, unius fere metri longitudine, accurate in partes descriptus, quocum alter baculus, dimidiæ fere longitudinis, ita conjunctus erat, ut, cum secundum majorem illum promoveretur, cum hoc semper cruce rectiangulam efficeret. Itaque per tabulam tangentium distantiam duarum stellarum metiri et angulum, qui illi respondebat, reperire licebat. Incerta est origo hujus instrumenti; ceterum descripsit jam ARCHIMEDES, quomodo per cylindrum, qui tanto spatio ab oculo positus esset, ut Solem tegeret, diameter Solis, qui appareret, definiri posset. Eadem igitur ratio erat illius Baculi sive Radii, quo sæculis XIV et XV (ac fortasse etiam prius) nautæ præcipue utebantur<sup>2</sup>. Tycho, qui initio non nisi dormiente magistro, qui hæc

<sup>1</sup> Vitam Tychonis, quam alio loco exposuimus (*Tycho Brahe, a picture of scientific life and work in the sixteenth century*, Edinburgi 1890; ed. Germ. Caroliruhæ 1894), hic non locus est describere. Ceterum quaecumque ad eam describendam necessaria erunt, hæc editio suppedabit.

<sup>2</sup> Descripsit LEVI BEN GERSON, qui anno 1344 mortuus est. Cf. CANTOR, *Geschichte der Mathematik* II<sup>2</sup> p. 289.

studia non promovere officii sui ducebat, hoc instrumento uti poterat, brevi intellexit, divisiones Baculi angulos veros non præbere, quia oculum spatio quodam, quamvis exiguo, post divisionis principium locum tenere necesse esset; qua re commotus tabulam confecit, quæ correctiones necessarias daret. Hoc præcipue notatu dignum est; apparet enim, eum jam illo tempore clare perspexisse, omnes causas vitiorum in instrumento conficiendo esse removendas, quod studium etiam in nostræ ætatis arte observandi principem locum tenet. Quod non hoc solum perspexit, sed etiam motus planetarum, antequam astronomia ulterius promoveri posset, omnium primum perpetuo persequendos esse clare intellexit, summum jus Keplero dedit in titulo *Tabularum Rudolphinarum* hæc verba addendi: »quibus astronomicæ scientiæ, temporum longinquitate collapsæ, restauratio continetur, a Phœnice illo Astronomorum Tychone primum animo concepta et destinata anno Christi MDLXIV.«

Annis sequentibus Tycho, qui tum cum paucis temporis intermissionibus in universitatibus Germanicis versabatur, talibus instrumentis simplicibus planetas observare perseveravit, neque antequam Augustam Vindelicorum migrasset, ubi amplius anno (1569 et 1570) habitabat, instrumenta majora confecit. Memorat ipse, complures sese jam confecisse quadrantibus, quorum radii essent 3 vel 4 cubitorum, cum PAULUS HAINZELIUS, e principibus hujus urbis viris, ipso hortante, munus susciperet ingentis quadrantis conficiendi, cujus cum radius 14 cubitorum (= 5.6 metrorum) esset, satis magnus esset, ut in arcu discripto singula minuta discernerentur. Hoc quidem instrumento, quod et in *Progymnasmatis* et in *Mechanica* Tycho verbis et lineis designat, ipse non multum usus est, atque hoc potius consilio id confecisse videtur, quod magni instrumenti conficiendi periculum facere vellet. Sed majoris momenti fuit, quod etiam Augustæ Vindelicorum versatus sextantem construxit, cujus ope in quolibet plano angulos dimetiri posset; clare enim intellexerat, Radium astronomicum satis perfici non posse, atque hoc eam præcipue ob causam, quod difficillimum esset brachia ejus ita conjungere, ut rectum angulum constanter efficerent. Neque est prætermittendum, RAMUM, cum per Augustam Vindelicorum iter faceret, cum Tychone sermonem contulisse atque ei persuadere conatum esse, novam astronomiam, quam animo ipse finxisset, sine hypothesibus constituendam esse. Si iis confidere licet, quæ in epistula mense Januario anni 1587 ad ROTHMANNUM data Tycho de hoc sermone refert, parum intellexisse hic videtur, hoc præcipue Ramo propositum fuisse, illud axioma, quod omnium usque ad id tempus systematum fundamentum fuerat, planetas aliter quam orbitis circularibus vel ex motibus variorum circularum progenitis moveri non posse, cum ceteris omnibus opinionibus, quæ argumentis confirmatæ non essent, relinquendum atque hoc solum investigandum esse, quinam motus cum locis observatis optime conveniret. Sed nihilo minus hoc sermone Tycho excitatus esse vide-

tur, ut ea via, quam complures jam annos sequebatur, longius progredieretur et observationibus atque argumentationibus, quæ his solis niterentur, novam doctrinam conderet.

Anno 1570 Tycho in Daniam revertit. A die 30 mensis Decembris hujus anni usque ad mensem Novembrem anni 1572 nullæ exstant observationes in libris ejus manu scriptis, sed cum ne illæ quidem maximi momenti observationes, quas mense Novembri anni 1572 et insequentibus mensibus instituit, si paucas excipias, in his reperiantur, dubitandum est, an observationes annorum 1571 et 1572 interciderint. Hoc certe scimus, his annis Tychonem chemiæ imprimis operam dedisse, cui jam Augustæ Vindelicorum versans studuerat. Neque est mirandum, qui nullius omnino in doctrinis auctoritati fidem præstaret, illam in chemia sectam secutum esse, quam tutatus erat PARACELsus, triginta annis ante mortuus. Intellexerat Paracelsus, veram naturæ cognitionem neque in scholis neque in universitatibus, sed ab iis tantummodo reperiri posse, qui naturam ipsam scrutarentur; rursus autem cum inquisitionibus rerum naturæ conjunxerat cogitationes quasdam mysticas, quæ Neoplatonicorum ingenium spirabant. Chemiæ vero non ipsius causa operam dabat; nam præter omnia medicus erat, nec referebat ejus, quomodo medicamenta componerentur, aut ea, quæ in commixtione simplicium fierent, explicanda essent. In medicamentis quærendis maxime sequebatur opinionem de intima hominis microcosmi cum universo macrocosmo conjunctione, quo fiebat, ut propter similitudines fortuitas vel fictas cum corporis partibus elementa chemica ad morbos curandos eligerentur; componebat vero medicamenta experimentis usus, neglectis Galeni præceptis. Eandem viam sequebatur Tycho; huic quoque non in auro conficiendo, sed — præcipua certe ex parte — in medicamentis componendis chemiæ finis erat. Etiam summæ ejus philosophiæ præerat cogitatio de omnium universi partium, magnarum atque exiguarum, intima conjunctione, quare chemiæ studium eum allexisse facile intellegitur, quoniam per hanc alio modo eundem finem persequebatur, quem etiam per studium cælestium motuum appetebat. Hoc præclare significat nonnullorum ejus librorum colophon: *Despiciendo suspicio — suspiciendo despicio*. Itaque per totam vitam studia chemica tractavit et hominibus amplis atque humilibus medicamenta industrie distribuebat. Quod vero in hoc studio eam viam præcipue sequebatur, quam Paracelsus ingressus erat, nec in verba magistri jurans Hippocratem Galenumque legere satis habebat, haud exigua quorundam hominum doctorum Daniæ invidiam postea contraxit.

Neque tamen studia astronomica annis 1571 et 1572 prorsus neglexit; nam autumno anni 1572 non modo accurato anni 1573 diario conscribendo multum temporis impenderat, sed etiam instrumentum satis magnum, sextantem, cujus radius 4 cubitorum (= 1.6 metrorum) erat, confecerat, qui absolutus erat ad utendum, cum mense Novembri anni 1572 in CASSIOPEÆ sidere

nova ac fulgens stella subito apparuit, quæ omnium stellarum temporariam, quæ usque ad nostrum tempus apparuerunt, lucidissima erat. Hæc stella toti vitæ Tychonis cursum designavit. Hæc fortasse eum detinuit, ne in omnes doctrinas physicas æquo studio incumbendo ingenium suum nimis distraheret, ac sine dubio consilium ejus multo ante captum astronomiæ experimenti solius via reformandæ confirmavit. Novum illud instrumentum<sup>1</sup> ei facultatem dedit observationes novæ stellæ faciendi, quæ iis, quas alii ejusdem ætatis astronomi faciebant, multo accuratiores erant, atque etiam usu peritissimum se præstitit, cum sextantem in meridiano defixum adhiberet, et quomodo effectus commutationum fortuitarum instrumenti, quæ inter observandum fiebant, deprehendi et æstimari posset, demonstraret. Cum distantiam stellæ ab aliis Cassiopeæ stellis iterum atque iterum metiretur, et in summo cælo, 6 tantum gradibus a Zenith remota, et in culminatione inferiore cum esset, horis 24 stellam ne minime quidem locum mutare ostendit, ideoque, cum nullam parallaxin haberet, longe extra orbem Lunæ esse, quoniam, si tantum quantum Luna a Terra distaret, parallaxin 58½' præbere debuisset. Tychonis ætati hoc perquam mirum videbatur, cum opinioni inde ab Aristotelis tempore prævalenti, in ætherea regione extra Lunam omnia immutabilia esse, acriter refragaretur. In eo libello, quem anno insequenti Tycho edidit, quæ ita effecerat, accurate descripsit. Adjecit vero, stellam ne in planetarum quidem orbibus locum habere posse, siquidem sex mensium spatio locum inter stellas fixas non mutavisset; nam »si hæc stella in aliquo orbium septem errantium siderum constitueretur, necessario cum ipso orbe, cui affixa esset, contra diurnam revolutionem circumduceretur«. His verbis perspicuum est, ipsum Tychonem, qui solidas sphæras, quæ planetas circumducerent, omnino non esse, postea clare demonstravit, illo tempore, quin tales essent, nondum dubitasse. Quod vero alii eorum, qui stellam observaverant, cometarum eam esse »aliquam peculiarem speciem« contenderunt, hoc inde refutatum esse existimavit, quod certe inter stellas fixas locum haberet, cum infra Lunam in superiore aëris regione cometas oriri inter omnes philosophos constaret. Sed legem, quam ipse sibi dederat, ne ullius auctoritati temere confideret, statim sese sequi ostendit; adicit enim, cum primum cometa exstiterit, hanc quæstionem de cometarum distantia a Terra ipsum se per observationes dijudicaturum.

Libellus *De nova stella* prodiit anno 1573. Scriptus erat primitus, ut ad illud hujus anni diarium, quod supra commemoravimus, adderetur, sed hoc, præter præfationem et calculum deliquii Lunaris mensis Decembris anni 1573, typis descriptum non est. Hujus rei causas ipse affert Tycho, quod non sine summa difficultate tot figuræ exprimerentur, ac præterea annus, ad quem pertinebat diarium, dimidia fere sui parte absolutus esset. Neque tamen hæc solæ causæ fuisse videntur. In primo nostræ editionis tomo pri-

<sup>1</sup> Verbis et lineis designavit Tycho *Progymn.* I p. 336 sqq.



num lucem vidit hoc diarium, ut exemplum præberet litterarum generis, quod sæculo XVI non mediocriter floruit. Patet inde, astrologicum diarium esse, in quo de auræ status prædictionibus præcipue agatur, atque etiam suis ipsius observationibus, quas annis præcedentibus fecerat, Tychonem usum esse videmus, ut loca Solis ac Lunæ e tabulis supputata corrigeret, quod nemo eorum, qui talia diaria conficere solebant, exsequi potuit. Ex quibusdam annotationibus dispersis, quæ exstant inter primas Tychonis in Germania factas observationes, patet eum adolescentem peculiari opera studuisse, ut inter collocationem cælestium et auræ statum aliquam necessitudinem reperiret. In hoc nihil aliud quam veterum morem secutus est. Jam apud Græcos calendaria quædam reperiuntur in columnis affixa, παραπήγματα quæ vocabantur, quæ auræ statum indicabant; observationibus hæc nitebantur et cuique anni parti illum solum auræ statum indicabant, qui prævalere solebat, nec proprie prædictiones dici poterant. Quia vero in iis per quorundam astrorum ortum et occasum heliacum dies significabantur, posthac, cum prædictiones usitatae et pervulgatae fierent, opinio percrebruit, auræ statum ex astris dependere. Huic opinioni quamquam GEMINUS (*Element. astron.* cap. XVII) fortiter oblocutus est, integra tamen manebat et a PTOLEMÆO in opere astrologico, quod *Tetrabiblos* appellatur, ad rationem revocata est. In Europa tempore renascentium doctrinarum prædictiones tempestatis apparuerunt, nec multo post etiam publici eventus prædici cœpti sunt. Anno fere 1470 vel brevi post primum typis descriptæ et pervulgatae sunt, initio quidem ita, ut eas tantum mutationes complecterentur, quæ cum Lunæ phasibus conjunctæ essent; et circa annum 1500 numerus earum, in Germania præcipue et Italia, mirifice creverat et per totum sæculum XVI crescere perseveravit. Qui eas conscribebant, sæpe erant homines satis inculti, qui haud ita raro risum præberent; cujus rei Tycho etiam in præfatione mentionem facit. Hoc tum quoque aliqua ex parte Tycho respexisse videtur, cum multos ita existimare diceret, non decere hominem nobilem libros conscribere. Hac sola de causa diarium eum confecisse affirmari potest, ut tempestatis anni 1573 vere observatae comparatione facta rationis veritatem examinaret; sic enim IOANNES WERNER usus erat annotationibus tempestatis annorum a 1513 ad 1530, atque ipse etiam Tycho eadem ratione loca planetarum e tabulis semper supputabat, ut observationibus suis collatis tabulas corrigere posset.

Numquam Tychoni ultimus finis studiorum astrologia erat. Si intellegere volumus, quomodo de ea judicaverit, memoria tenendum est, duo fuisse genera astrologiæ, quorum utrumque a Græcis originem traxerat; sed altera solum astrologia, et id quidem inferioris ordinis, etiam longius repeti potest. E Babylonia Græci, sicut etiam Ægyptii, post Alexandri ætatem illam astrologiam acceperant, quæ singulorum hominum fata prædicere studebat et cum aliis compluribus superstitionibus conjuncta erat. Verum opiniones

astrologicæ latius patentes atque hæc præcipue cogitatio, unamquamque universi partem, sive magna esset sive exigua, cum omnibus ceteris partibus sympathia quadam conjunctam esse, hæc philosophiæ Græcæ vera proles erat neque quicquam Orienti debebat. Huic sublimes rationi viam muniverunt præcipue STOICI, quorum gravissima sententia hæc erat, substantiam primariam totum universum permeare, simul cum materia consistentem et per intentionem majorem minoremve varias materiæ qualitates procreantem. Hæc generalis astrologia per ultima imperii Romani sæcula et per totum medium ævum florere perseveravit, ac XVII demum sæculo, mutatis opinionibus de natura cælestium ac ratione, quæ Terræ cum illis erat, paulatim evanuit. At vulgo hominum, qui ad philosophorum sententias de unitate universi sese extollere non poterant, astrologia hoc solum præbebat, ut ex colloca-tione astrorum, quam hora natali tenebant, singula hominum fata plus minusve accurate prædicere possent, cum opinionibus certo fundamento carentibus niterentur, quibus usi systema mathematicum composuerunt et diligenter excoluerunt. Hujus systematis implicati lineamenta tantum satis incerta Græci a Babyloniis accepisse videntur, sed ipsi magis excoluerunt; cum hoc vero posthac connectebantur virorum doctorum, HIPPARCHI POSIDONII PTOLEMÆI multorumque aliorum clarissima nomina. Inter ingentem multitudinem librorum Græcorum, qui sæculo XIII opera interpretum Italorum et Hispanorum, duobus vero sæculis insequentibus ipso Græco sermone, uti conscripti erant, innotuerunt, multi libri astrologici fuerunt, quos omnes legebant, clerici atque laici, donec ipsam *Tetrabiblon* Ptolemæi MELANCHTHON in Latinum convertit. Ecclesiæ quidem initio subdifficile erat doctrinam, quæ omnipotentiae divinæ fines constituere videretur, juste aestimare, quamquam memoria de magis tradita, qui stellam regis Iudæorum »in ortu« (ἐν τῇ ἀνατολῇ), i. e. in ortu ejus heliaco, ideoque tantum in »prima domo« cæli, vidissent, eam aliquo modo fulcire videbatur. Paulatim vero hæc opinio confirmata est, ut hominis voluntatem, etsi intercedente corpore ejus ex elementis formato astrorum influentiæ quodammodo subjecta esset, non tamen cogi, verum tantummodo impelli crederent. Homini enim facultatem datam esse his impulsionibus obluctandi; quare utile esse præscire, in quam partem eum impulsuræ essent, quo facilius iis resisteret. Denique etiam Dei potentiae validiori hominem subjectum esse; nam et suo arbitrio leges, quæ astra regerent, illum commutare posse, et per precationem homini ad eum confugere licere. Has sententias illa astronomiæ laudatione Tycho proposuit, qua prælectiones suas de motibus planetarum in universitate Hauniensi anno 1574 habitas inchoavit. Eisdem jam claris verbis elocutus erat THOMAS AQUINAS, qui ipse AUGUSTINUM sequebatur; itaque Tycho, cum de jure astrologiæ terminis circumscribendo ageret, eam viam secutus est, quam maxima mediæ ævi ingenia monstraverant, quamque deserendam esse evincere non poterat doctrina, qualis tunc erat. Astrologiam igitur, dummodo

intra fines supra indicatos contineretur, Tycho probavit, ut ipse anno 1588 ad PEUCERUM scribit: »Si contineatur hæc ars intra suas metas, significationes quasdam physicas non ineptas neque utique frivolas et cognitu non inutiles suppeditat.«

Vulgaris vero astrologia »judiciaria« Tychoni non placebat. Quod nihilo minus trium regis Daniæ filiorum horoscopos accuratos conscripsit, regis hortatu fecit, et inter libros ejus manu scriptos alia exempla talium prædictionum fere nulla inveniuntur. Ab his autem multum differt ipsius regis horoscopi brevis descriptio, quam rege demum mortuo confecit<sup>1</sup>; nam in hac conficienda id solum sibi proposuerat, ut conclusiones quasdam, quas e deliquiis Lunaribus fieri posse existimabat, justas esse demonstraret. In libello *De nova stella* satis circumspecte et dubitanter egerat de significatione astrologica hujus stellæ, et in *Progymnasmatis*, magno illo opere, ubi præcedentis libelli partem astronomicam denuo exscribit, ita pergit: »Cætera quæ prædictionem astrologicam continebant, volens relinquo.« Sub finem tamen hujus magni operis ad astrologicam stellæ significationem revertitur, quia apparentia ejus eventus præter modum extraordinarius erat; et cum vaticinium ejus miro casu multo post mortem ipsius evenire visum esset, ab iis, qui veram ejus in historia doctrinarum magnitudinem ignorabant, magnus interdum astrologus appellatus est. Itaque haud ab re erit hic afferre, quæ KEPLERUS de Tychonis opinionibus astrologicis pronuntiavit, quoniam ille non modo scripta ejus, sive edita erant sive non, penitus cognoverat, sed etiam multum temporis quotidiano usu cum eo conjunctus erat<sup>2</sup>: »Tycho Braheus . . . astronomiæ restaurationem ingenti animo complexus, hoc unicum opus sibi delegit, in quo ætatem suam transigeret opesque avitas splendoras, quibus erat suffultus, impenderet; quodque in præcipua gloriæ parte censeo, fecit hoc ille animo ab omnibus superstitionibus astrologicis vacuo inque unum solum finem totius philosophiæ supremum, in cognitionem et Dei et sui ipsius erectissimo; quod cum in scriptis et carminibus, quibus delectabatur, tum in quotidianis colloquiis æqualitate constantissima reddidit contestatissimum, astrologorum vero vanitatem, inertiam, ignaviam et sordes plurimum et deridere et detestari est solitus, sic tamen, ut siderum effectus in sublunaribus, partem philosophiæ præstantissimam, nequaquam negaret, gnarus, effectus illos siderum generales ab eventibus ipsis in rebus humanis individuis accuratissimo judicio distinguere. Quod cum non caperet vulgus hominum, ad miraculosas prædictiones credulum, ad rumores falsos disseminandos promptum, utraque re vanissimum, nonnunquam virum innocentissimum inepto eius famæ studio sermonibus obliquis et invidiæ Magnatum objecit.«

<sup>1</sup> Primi nos edidimus tom. I p. 136 sqq.

<sup>2</sup> *Tabulæ Rudolphinæ, Præfatio* (Op. VI 671)

**III.** Libellus *De nova stella* extra Daniam vix multis innotuit, si excipias amicos nonnullos, quibus Tycho, cum anno 1575 in Germania peregrinaretur, eum dono dedisse videtur; nunc vero inter libros rarissimos numeratur. Sed qui ad cognitionem ejus pervenerunt, non potuerunt non admirari scriptoris observationum descriptionem simplicem et apertam et conclusiones gravissimas, quæ inde fiebant, tantum ab illis ineptiis differentes, quas alii multi scriptores proferebant. Notum autem est, FRIDERICUM II, regem Daniæ et Norvegiæ, cum a GUILIELMO, Hassiæ Landgravio, de Tychonis meritis monitus esset, patriæ eum devinciri oportere intellexisse, ne apud exteros studiis operam dandi occasionem quæreret. Itaque vere anni 1576 HVENAM insulam parvam in freto Daniæ sitam, quod Selandiam a Scania dividit, per jus feudale atque ea quidem condicione, ut per reliquum vitæ spatium in possessione maneret, Tycho fiduciarium accepit, et quæ necessaria erant ad observatorium construendum et instrumentis ornandum, qualia nondum viderat orbis terrarum, summa liberalitate iterum ac sæpius ei præbita sunt.

Observatorium, quod proprie ita dici potest, ævo antiquo Alexandriae tantum fuisse videtur, cum nobili illo Museo conjunctum, etsi EUDOXI observatorii, quod IV ante Chr. sæculo Cnidi fuit, mentionem facit Strabo, et II quoque sæculo ante Chr. observationes perpetuas Rhodi fecerat HIPPARCHUS. Medio autem ævo per aliquod tempus observatoria tenebant principes Arabes Damasci et Bagdadi et Cahiræ, quos imitatus est princeps Mongolorum HULAGU KHAN circa annum 1260; is enim hortante astronomo NASIR-ED-DIN magnum observatorium construxit ad Merágham urbem in ea parte Persidis sitam, quæ vergit inter septentriones et Solis occasum, ubi haud pauca instrumenta, quæ ipsi invenerant, in usu erant; idem fecit Samarcondi ULUGH BEG sæculo XV. In Europa ALPHONSUS X, Castiliæ rex, qui regnavit a 1252 ad 1284, primus astronomus fuit, neque tamen majores observationes Toleti factæ esse videntur. Primum igitur observatorium Norimbergæ condidit REGIOMONTANUS anno 1472, quo postea usque ad mortem, quam obiit anno 1504, usus est BERNHARDUS WALTHER. Deinde GUILIELMUS Landgravius, qui Tychonem aliquantum ætate præcessit, anno 1561 Cassellis observatorium construxit, ubi ipse observationes fecit et anno 1575 Tychonem hospitio accepit. Quod vero TYCHO Hvenæ instituit, ceteris omnibus antecellebat et cum maximis sæculorum posteriorum observatoriis publicis comparari potest.

URANIBURGUM, magnificum Tychonis domicilium, annis a 1576 ad 1580 ædificatum est. Duo continebat observatoria ad septentrionalem ædificii extremitatem, totidem vero ad meridionalem. Sed jam post duos annos ingens Quadrans muralis in muro unius diætarum collocatus est, et anno 1584 tantum creverant Tychonis incepta, ut observatorium separatum parvo spatio ab Uraniburgo distans adversus meridiem ædificari opus esset. In hoc STEL-

LÆBURGO tria instrumenta majora in sua quodque crypta collocata sunt; quarum cryptarum nihil aliud quam tecta supra terram eminebat. Sed jam anno sequenti hæc omnia non sufficere intelliguntur, et duo nova instrumenta in duobus conclavibus collocantur, quæ a septentrionali parte cetera aspiciant, quare terræ superficiem æquabant, ut supra tecta illorum prospicere liceret. Ex his quinque instrumentis quattuor maxime in usu erant omnium duodetriginta, magnorum atque minorum, quæ Tycho, qui sibi semper majora proponebat, labentibus annis in sua officina ipse facienda curavit. Nec deerant, qui iis uterentur. Neque enim Tycho solus observationes faciebat, sed fama ejus adducti e Dania terrisque externis studiosi Hvenam veniebant, ut ipso moderante studiis se traderent, inter quos opera distribuebatur. Videmus ex libris observationum, posterioribus certe annis singularum noctium observationum rationem descriptam esse, qua inter alia indicatum esset, a quibus stellis distantia planetæ alicujus dimetiendæ essent, quæque ad temporis definitionem adhibendæ essent. Itaque viginti annis tanta multitudo observationum confecta est, ut æquum numerum numquam antea vidisset orbis terrarum nec postea viderit, donec priore sæculi XIX parte observatorium Grenovicense Tychonis rationem secutum inter magnam cohortem observantium et supputantium operam distribuit. In hoc quoque multo demum tempore post ejus ætatem vestigia ejus astronomi persecuti sunt. Egregium Tychonis inventum fuit ventorum vim ita evitare, ut paucis pedibus infra terram instrumenta ponerentur; et in insula illa parva haud sane mediocriter erat ventorum vehementia, cum pæne in summo loco insulæ observatorium collocatum esset, 45 fere metrorum altitudine supra mare, quod ab omni parte apparet præter eam, quæ inter meridiem et Solis ortum spectat. PICARDIUS, qui anno 1671 ibi observationes fecit, ea parte excepta, ubi colles quidam Scaniæ ad altitudinem 11 minorum se extollerent, stellas sæpe usque ad ipsum horizontem sese conspexisse ait, quod perquam mirum ei videbatur, quia in observatorio Parisiensi, quamquam Tychonis observatorium aliquantum altitudine superaret, numquam fieri posset. Sed hoc inventum præclarum non susceperunt alii; centum amplius annis post Tychonis ætatem hoc sibi semper proposuisse videbantur astronomi, ut ex turribus altis, quæ insuper in centro urbium frequentium positæ erant, observationes faciendo stellis propius accederent.

Jam instrumenta TYCHONIS eorumque originem, dein vero, quæ illis effecta sint, consideremus.

Ut arcuum circuli longitudinem in cælo dimetiantur, integris circulis commodissime utuntur astronomi, et tales etiam Alexandriae in usu erant. PTOLEMÆUS instrumentum quoddam describit, quo si per anulum aëneum in plano Æquatoris collocatum Sol observetur, æquinoclia definiri possint.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Synt.* III 1 (I p. 195 Heiberg). Neque tamen divisus erat hic circulus, qui ad hoc solum utilis erat, ut temporis momentum, quando Sol in ipso Æquatore esset, definiret.

Item aliud quoddam ad solstitia definienda, quod ex circulo ad perpendicularum directo constabat, intra quem alius circulus aliquanto minor in eodem plano circumvolvi poterat; hic vero duas dioptras inter se plane oppositas portabat, ita ut, si umbra alterius in alteram caderet, Solis altitudo e divisione circuli exterioris peti posset.<sup>1</sup> Ex his instrumentis simplicibus facile procedi poterat ad circulorum complurium systemata, quibus in qualibet cæli parte stellæ observari poterant. Hujusmodi instrumentum, quod Ptolemæus Astro-labon<sup>2</sup>, Tycho vero Armillas Zodiacales appellabat, si speciem implicatiorem præ se ferebat, ex sex circulis constabat, quorum extremus, qui meridiano respondebat, in interiore circuitu duos cardines portabat, qui polis respondebant, circa quos circulus paulo minor, colurus solstitialis, movebatur, ad quem tertius circulus ejusdem magnitudinis, qui Eclipticæ respondebat, ita affixus erat, ut angulos rectos eorum plana efficerent. Colurus autem duos cardines portabat, Eclipticæ polis respondententes, circa quos movebantur duo circuli, alter coluro major, alter minor; hic denique sextum circumulum continebat, qui intra eum in eodem plano circumvolvi poterat et duas dioptras inter se oppositas portabat. Poterat igitur hoc instrumentum duarum stellarum longitudinis et latitudinis differentias metiri.

Similibus instrumentis usi erant Arabes, quos veri simile est etiam Armillas Æquatorias longe simpliciores construxisse, quæ per GEMAL-ED-DIN Persam Pekingum usque viam repererunt, ubi duo maxima hujus generis instrumenta anno 1279 confecta sunt et usque ad annum 1900 integra manebant. At in Europa talia nondum cognoverat WALTHER, summus omnium observatorum ante Tychonem; nam is Armillis tantum Zodiacalibus utebatur. Æquatorias vero Armillas primus describit GEMMA FRISIUS anno 1534; sed exiguum erat hoc instrumentum, et quod manu teneri posset. Veterum instrumenta ex metallo solido confecta fuisse ait Tycho, et cum satis magna essent, ut intervalla 10' signata haberent, non potuisse non firmiter esse constructa. Imprimis vero memorabile est, perfectam instrumenti symmetriam maximi esse momenti clare eum perspexisse; commonet enim, polos Eclipticæ aliter alio tempore ad meridianum collocatos esse, qua re fieret, ut Armillæ Zodiacales intentioni satis magnæ obnoxia essent.<sup>3</sup> Itaque hoc instrumento Tycho rarissime utebatur, quod cetera ejus instrumenta numquam æquiperavit; quamquam Stellæburgi quoque tales armillas instituit, quæ eo præstabant, quod quattuor tantum circulis constabant; annis vero posterioribus numquam iis utebatur. Observatio ita fiebat, ut ad stellæ alicujus longitudinem et latitudinem cognitæ duæ dioptræ accommodarentur, quo facto et ad illam et ad Lunam aliudve astrum instrumentum dirigebatur; tum vero hujus longitudo et latitudo statim e circulis reperiri poterant. Iis quidem, qui Tychoni

<sup>1</sup> Ibid. I 12 (p. 65).

<sup>2</sup> Ibid. V 1 (p. 351).

<sup>3</sup> *Mechan.* fol. C; *Progymn.* I p. 140 sqq.

præcedebant, hæc ratio commoda erat satisque accurata; hic vero, qui theoriam planetarum numquam corrigi posse intellegebat, si ea accuratione, quam veteres animo concepissent, contentus esset, Armillas Zodiacales repudiavit, sicut etiam Torquetum, instrumentum magis etiam incondite confectum, a GEBERO Hispalensi inventum, quod observationibus tantum prorsus rudibus aptum erat.

Armillis vero Æquatoriis Tycho multum utebatur, quæ simplici compositione et symmetria magnos progressus fecerant. Tria hujus generis instrumenta construxit, quæ omnia in *Mechanica* ejus lineis descripta sunt. Primum eorum, quod Uraniburgi in observatorio minore adversus septentriones sito collocatum erat, constabat ex tribus circulis e chalybe factis, quorum duo, Meridianus et Æquator, inter se firme conjuncti erant; ceterum et Æquator et circulus declinationis, qui moveri poterat, dioptris ex orichalco factis instructi erant, quæ secundum circulos moveri poterant et oculo observantis locum præbebant, cum cylindrus exiguus, qui in medio axis polaris exilis positus et contra hunc perpendiculariter directus erat, dioptræ objectivæ vice fungeretur. Alterum instrumentum huic satis consimile, cujus tamen Æquator moveri poterat, in minore observatorio meridionali locum tenebat.

Hæ tamen armillæ tertio instrumento Tychonis, Armillis Æquatoriis maximis, quod Stellæburgi cryptam maximam adversus meridiem spectantem occupabat, multum superabantur. Die 11 mensis Decembris anni 1584, ipso solstitii hiberni die, Tycho illum lapidem, quo ima pars axis polaris longissimi niti debebat, sollemni ritu in loco suo collocavit. Hoc instrumentum constabat tantum e circulo declinationis, cujus diameter erat 7 cubitorum (= 2.8 metrorum), qui circa diametrum axi polari respondentem circumagebatur, atque e semicirculo octo columnis lapideis innitenti, qui ei parti Æquatoris, quæ infra horizontem est, respondebat. Axis polaris, qui tubus erat ferreus, ita institutus erat, ut justa obliquitas adversus horizontem justumque azimuthum cochleis ei dari possent. Circulo autem circumacto altera observatio institui poterat, cum altera primum regula dioptræ, deinde altera ex centro adhiberetur, quod in libris observationum verbis »vice versa« notatur. Hoc instrumentum magnum et diligentissime confectum plurimum in usu erat atque imprimis Tychoni in deliciis fuisse videtur.

Procedentes jam ad instrumenta, quæ e minoribus partibus orbis circularis constabant, primum mentionem faciemus instrumenti cujusdam Tychonis, quod primis jam temporibus Uraniburgi institutum erat. Semicirculus erat verticalis, qui circa circumulum azimuthalem horizontalem circumvolvebatur, cum circa alteram extremitatem diametri horizontalis regula dioptræ circumvolveretur. Hoc tamen non multum in usu erat.

Quadrantibus jam multo ante Tychonis ætatem astronomi usi erant. Quadrantem meridianum PTOLEMÆUS describit, qui ad cubum ligneum vel lapideum destinatus erat et in centro arcus divisi cylindrum exiguum tenebat,

cujus umbra, quæ in illum cadebat, Solis altitudinem indicabat.<sup>1</sup> Tale instrumentum etiam Merághæ in usu erat, cujus virtutes, imprimis quod stabiliter constitutum erat, adeo conspicuæ erant, ut anno 1582 magnum »Quadrantem muralem sive Tychonicum« in muro conclavis, quod inter meridiem et Solis occasum plano pede situm erat ac postea ingenti pictura parietaria exornatum est, Tycho collocaret. Hujus instrumenti arcus graduum ex orichalco factus, cujus radius 5 cubitorum (= 2 metrorum) erat, duabus dioptris, quæ moveri poterant, instructus erat, quæ adversus cylindrum exiguum ex orichalco inaurato factum, qui in centro arcus in muri foramine collocatus erat, dirigebatur. Hic quadrans utilis fere erat ad Solis altitudines meridianas observandas, sed post aliquot annos cetera cælestia raro illo observabantur. Tycho quadrantem meridianum non invenerat ille quidem, sed primus in Europa tali usus est, qui ad aliud azimuthum transferri non posset. Ceterum HAGECIUS Pragensis, æqualis ejus, novam stellam in meridiano observaverat atque culminationis quoque tempus accurate definierat. Sed hanc definitionem, quia horologiis fides haberi non posset, Tycho ratam non habuit.

Quadrantes, qui ad quodlibet azimuthum accommodari poterant, primum Merághæ in usu fuisse videntur, ubi circulus azimuthalis institutus erat, in quo duo quadrantes collocati erant, qui circa axem verticalem communem circumagi poterant, quo fiebat, ut duo simul observatores duarum stellarum altitudines et azimuthorum differentiam definire possent. In Europa autem quadrantem azimuthalem primus adhibuisse videtur GUILLELMUS Landgravius, qui novæ stellæ altitudines et azimutha dimetiébatur. Sed tanto difficilius erat arcum circuli quam rectam mensuram accurate dividere, ut usque ad Tychonis ætatem instrumento illo, quod Triquetrum appellabatur, ad altitudines stellarum dimetiendas præcipue uti astronomi perseverarent. Quod jam PTOLEMÆUS adhibuerat atque descripserat.<sup>2</sup> Constat e baculo verticali, circa cujus summam extremitatem alter baculus sursum ac deorsum moveri poterat; in utroque autem a puncto sectionis eadem mensura annotata erat. Si baculus mobilis adversus stellam aliquam dirigebatur, ita ut angulus inter duos baculos distantiam stellæ a Zenith indicaret, tertius baculus, qui circa imam extremitatem mensuræ in baculo verticali annotatæ circumagi poterat, trianguli æquicrurii basis erat, cujus longitudo adhibita tabula chordarum angulum quæsitum dabat. Hujusmodi instrumentum (»instrument aux deux piliers«, ut dicitur), cujus brachium mobile 5½ cubitos (= 2.1 metra) longum erat, in meridiano immobiliter institutum fuerat Merághæ. Tycho vero, qui hoc instrumentum »parallaticum sive regularum« appellabat, duo talia possidebat, quorum alterum ingentis magnitudinis erat et circulo azimuthali instructum, cujus diameter 12 cubitorum (= 4.8 metrorum) erat. Raro tamen iis utebatur et quattuor quadrantes azimuthales a se

<sup>1</sup> *Synt.* I 12 (p. 66 Heiberg).

<sup>2</sup> *Synt.* V 12 (p. 403 Heiberg).



ipso constructos longe præferebat, præcipue vero duos illos magnos, qui Stellæburgi instituti erant. Quorum alter, qui vocabatur Quadrans chalybeus, quadrato inclusus erat, cujus latus par erat radio quadrantis; duo vero latera divisa erant, quo fiebat, ut observatio angulum simul cum tangente ejus daret, ita ut altera mensura alteram confirmare posset. Rarissime tamen hoc »Quadrato geometrico« Tycho utebatur, scilicet quia divisio arcus satis accurate facta esse ei videbatur. Ceterum ejusmodi quadratum commendaverat PURBACHIUS, sed Arabes antea eo usi erant.

Ad tempus definiendum quadrantes perutiles erant. Alexandriae si locus planetæ alicujus observabatur, ita tantum tempus definire soliti erant, ut initium vel medium vel exitum horæ simul indicarent, quod propter observationes parum accuratas etiam satis erat. Tempus autem per clepsydras vel horologia arenaria indicabatur, quæ corrigebantur per observationes culminationum aliquot stellarum ex illis quadraginta quattuor, quarum ascensiones rectas HIPPARCHUS tam bene definierat, ut vitium horæ minutum non multum superaret<sup>1</sup>. Sæculo vero IX Arabes in tempore accurate definiendo magnum progressum fecerunt. Mentionem facit IBN JUNIS deliquii Solaris, quod die 30 mensis Novembris anni 829 Bagdadi observavit AHMED IBN ABDALLAH cognomine HABASH, qui Solis altitudinem in initio deliquii Solaris 7°, in fine vero 24° reperit. Hic primus per observationes altitudinum tempus definire conatus esse videtur, sed hujus rationis virtutes conspicuæ erant, et die 12 mensis Augusti anni 854 in initio deliquii Lunaris Aldeboræ altitudo 45° 30' inventa est. Addit Ibn Junis, inde sese per planisphærium invenisse, angulum horalem esse 44°, et alia quoque exempla affert sæculi X<sup>2</sup>. Ceterum instrumenta, quæ adhibebantur, perexigua erant et tantum in integros gradus divisa; et quamquam ALBATEGNIUS formulas præbuit, quibus angulus horalis reperiri poterat, Arabes tamen satis habebant eum astrolabio sive planisphærio per lineas definire.

In Europa PURBACHIUS anno 1457 ad tempus definiendum observationibus altitudinum usus est, cum in initio et fine deliquii Lunaris die 3 mensis Septembris altitudinem »pænultimæ ex Plejadibus« dimetiretur<sup>3</sup>. Primus autem BERNHARDUS WALTHER Norimbergensis horologiis, quæ ponderibus movebantur, in observatorio usus est. Exstat quidem inter observationes ejus Mercurii observatio, ubi ortus momento pondus horologio appendit, cujus rota horalis 56 dentes habebat. Cum ante Solis ortum una hora et 35 dentes præteriissent, temporis intervallum conclusit esse 1<sup>h</sup> 37<sup>m</sup>. Etsi hoc horologium

<sup>1</sup> Cf. SCHJELLERUP, *Sur le chronomètre céleste d'Hipparque* (in ephemeride Copernico I p. 25, Dublinii 1881).

<sup>2</sup> CAUSSIN, *Le livre de la grande table Hakémite* p. 100 sqq. (*Notices et extraits* vol. VII); librorum errores in quibusdam harum observationum indicavit KNOBEL (*Monthly Notices R. Astr. Soc.* XXXIX p. 339).

<sup>3</sup> Vid. *Scripta cl. mathematici I. REGIOMONTANI* (Norimb. 1544) fol. 36; SNELLII *Observ. Hassiacæ* part. II p. 12.

hoc radio plane attingeretur. Ingeniose hoc excogitatum erat, neque tamen ad effectum perduci poterat; nam illius ætatis artificibus difficillimum erat omnes has divisiones satis accurate conficere, ut omittamus, observatori sæpe dubitandum fuisse, quæ linea divisionis illi directioni, secundum quam spectaretur, maxime appropinquaret. TYCHO hanc rationem in tribus instrumentis ex iis, quæ primo tempore confecit, expertus est, ut ex imagine quadrantis ejus minimi patet, sed postea rejecit, cum sua ipsius ratione longe inferior esset. Illam divisionem mobilem a VERNERIO anno 1631 inventam, quæ hodie in usu est, per errorem Nonio ascribi satis constat, a cujus inventionem nonnihil differt. Sed ad id, quod Vernerius excogitavit, prope accesserant Tychonis æquales, IACOBUS CURTIUS et CHRISTOPHORUS CLAVIUS, quorum ille in epistula anno 1590 scripta rationem suam cum Tychone communicavit, neque tamen ita excultam, ut eam, quam indicaverat Nonius, multum superaret, Clavius vero anno demum 1606, Tychone jam mortuo, suam rationem in medium protulit.

TYCHONEM adolescentem Augustæ Vindelicorum Arabum exemplum secutum quadrantem, cujus radius 14 cubitorum (= 5.6 metrorum) esset, conficiendum curasse vidimus. Sed jam ante illud tempus, cum anno 1564 Lipsiæ versaretur, baculum, ut ipse ait<sup>1</sup>, ibi possederat lineis transversis divisum, rationem doctus a BARTHOLOMÆO SCULTETO, qui ipse ab HOMELIO magistro suo (nato a. 1518, mortuo a. 1562) eam didicerat. Ceterum excogitata jam erat multo ante, cum ad mensuras rectas adhibuisset Hebræus quidam Hispanus, LEVI BEN GERSON, qui Avinioni habitabat et anno 1344 mortuus est<sup>2</sup>, et in PUEHLERI *Geometria*, quæ anno 1561 vel 1563 edita est, complura instrumenta, quæ arcus tali ratione divisos portant, lineis descripta reperiuntur<sup>3</sup>. Hic liber Tychoni fortasse ignotus fuit, sed facile certe erat, quod reclarum linearum divisionibus excogitatum erat, in arcus transferre; hoc vero Tycho primus in instrumentis astronomicis fecit, atque ita demum effecit, ut in arcu, qui non major erat, quam ut in eo decem minutorum intervalla notarentur, partes minuti cerni possent. Neque hoc satis erat; nam etiam de eo agebatur, ut accuratius quam antehac instrumentum ad stellam dirigeretur; hic vero nemo Tychoni viam monstrabat. Antea »Radius visualis« sive »Regula fiduciæ« ad utramque extremitatem singulis dioptris sive, ut tunc vocabantur, »pinnacidiis« instructa fuerat, quæ ex lamina ex orichalco facta et foramen in medio portanti constabant. Si hoc foramen nimis exiguum erat, stella debilis conspici non poterat; sin vero nimis magnum factum erat, observatio parum certa erat. Jam Tycho proprium pinnacidium construxit, quod ad extremitatem ocularem regulæ adhibendum erat. Constabat ex lamina quadrata, quæ in illo latere, quod regulæ proximum erat, rimulam

<sup>1</sup> *Mechan.* fol. F 2; *Progymn.* I p. 671.

<sup>2</sup> CANTOR, *Geschichte der Mathematik* II<sup>2</sup> p. 289.

<sup>3</sup> KAESTNER, *Geschichte der Mathematik* I p. 670 sqq.

exilem habebat; erant vero præterea rimulæ aliæ tres inter cetera tria latera et parvas quasdam fibulas ex metallo factas, quæ si movebantur, rimularum latitudines ad magnitudinem stellæ accommodari poterant. Ad ulteriorem vero extremitatem regulæ altera lamina quadrata erat, ejusdem plane magnitudinis ac prior illa. Jam si stella, adversus quam instrumentum dirigebatur, tria latera laminæ superioris tangere conspiciebatur et per rimulam exilem, quæ proxime regulam in illa facta erat, apparebat, rectam lineam ab oculo suo ad stellam regulam indicare observatori constabat. Ceterum pro lamina superiore cylindrus parvus sæpe adhibebatur, qui in armillis ad centrum axis collocabatur, cum pinnacidia ocularia secundum circulos divisos moveri possent. Cum Sol observabatur, pinnacidium superius cum alio quodam commutabatur, quod foramen exiguum in medio habebat, per quod in circulum parvum, qui in medio pinnacidio inferiore erat, lumen cadebat, ac ne lux dispersa impedimento esset, radii Solis »per canalem«, i. e. per tubum, adduci solebant.

Permagnus erat numerus instrumentorum, quæ Tycho ita labentibus annis construxit, atque ei, qui rem non penitus perspexerit, longe paucioribus idem efficere potuisse atque animi solum luxuriæque causa tot instrumentis observatoria sua complesse forsitan videatur. At ita rem sese non habere facile apparet, si quis observationes ejus perscrutans rationes ejus observandi tempore commutatas esse intellegit, ita ut nonnulla instrumenta in usu esse desiderent. Annis a 1577 ad 1580, cum Uraniburgum exstruebatur, non multæ observationes factæ sunt. Ex hoc vero tempore Solis, quem antea brevibus tantum temporis spatiis Tycho observaverat, altitudinem meridianam semper crebrius dimetitur; planetarum ac fixarum distantias ab aliis stellis per Sextantem chalybeum, altitudines atque azimutha per quadrantes dimetitur. Ab anno 1581 observationes altitudinum meridianarum semper crebriores fiunt, ac post Aprilem mensem anni 1582 azimutha pæne omnino evanescent. Eodem tempore Tychonem, si duobus horologiis simul uteretur, certam sese temporis indicationem adipisci posse desperavisse videmus; quotidianis enim Solis per meridianum transitus comparationibus tria sua horologia cursu quotidiano incredibile quantum discrepare intellexerat. Cum observationes semper augerentur, quare magnum »Sextantem trigonicum« exædificare jam fuit necessarium, instrumenta stabilius fundata efflagitari apparuit; exædicatur ingens »Quadrans muralis«, deinde Stellæburgum cum quinque suis instrumentis. Anno 1585 summa rationum observandi Tychonis absoluta erat. Altitudinem Solis meridianam quattuor vel quinque vel sex instrumentis persequitur, declinationem per Armillas maximas dimetitur. Lunam in omni periodo per totum cælum assidue persequitur, item omnes planetas; altitudines meridianas per unum vel duos quadrantes, distantias a stella aliqua fixa et differentias ascensionum rectorum per armillas dimetitur. Ante omnia observationes, quæ per armillas fiebant, angulorum horalium quarundam ex lucidissimis stellis, quarum loca optime nota erant, in locum successisse

videmus observationum altitudinum earum, quibus tempus horologiis indicatum corrigeretur. Observationes autem stellarum fixarum ad meliorem rationem simul revocantur, cum majorum stellarum novi catalogi generalis conficiendi initium jam factum sit; hic annis imprimis a 1586 ad 1591 conficitur; post hunc vero annum Luna et planetæ soli fere observantur. His igitur vicissitudinibus nonnulla ex iis instrumentis, quæ primo tempore Hvenæ constructa erant, in usu esse pæne omnino desierunt, ut Regulæ parallacticæ, Armillæ Zodiacales, Sextans chalybeus et biformis; binæ vero Armillæ Æquatoriae, quæ Uraniburgi reperiebantur, deliquorum tantum observationibus inserviebant; annis denique postremis Quadrantes volubilis et chalybeus, Sextans trigonicus Armillæque maximæ totum conficiunt. Neque inter hunc laborem ordinarium rara phænomena, cometæ ac deliquia Solis Lunæque, umquam negleguntur, ut omittamus quæstiones peculiare, quibus collocatio instrumentorum corrigeretur, vel eas, quæ de refractione, crepusculi spatio aliisque rebus agebant. Magnam profecto et miram industriam, et quæ amplos fructus tulerit!

In hunc locum apte congerimus, quæ posterioribus temporibus de Tycho nis observandi accuracione calculis positis inventa sunt. Fieri non potuit, quin semper accuratiores observationes evaderent, prout Tycho ni et adiutoribus ejus plus usus et experientiæ accederet, et rationes instrumentorum conficiendorum perfectiores excogitarentur. Disputatio de accuracione observandi Tycho nis, qua præstantior nulla alia exstat, in supputatione orbitæ cometæ anni 1585 invenitur, quam instituit C. A. F. PETERS<sup>1</sup>. Eo tempore, cum apparebat hic cometa, perfectum erat corpus instrumentorum Tycho nis, observationes autem omni ex parte ad normam factæ esse judicari possunt. Temporis indicationes per observatos angulos horales stellarum correctos esse Tycho ait; quorum supputatione redintegrata, media correctio  $+22^{\circ}.5$ , error vero verisimilis  $\pm 37^{\circ}$  esse repertus est. Itaque, quoniam per integra minuta Tycho tempus indicabat, maximas Stellæburgi Armillas juste probatas esse hinc apparet. Addere vero possumus, cum hoc optime congruere, quod ipse Tycho mense Decembri anni 1591 omnibus temporis indicationibus, quæ usque ad id tempus per Armillas maximas factæ essent,  $+7' = +28^{\circ}$  adicienda esse repererit. Per has Armillas cometam anni 1585 ascensione recta cum quibusdam stellis principalibus certe definitis Tycho comparavit, declinationem vero eodem instrumento dimensus est. Ex tota harum observationem serie axem polarem Armillarum angulum cum horizonte, qui altitudine poli solis  $65'' \pm 33''$  major esset, cum meridiano autem angulum tantum  $36'' \pm 13''$  adversus orientem effecisse Peters invenit. Errorem porro verisimilem unius observationis declinationis cometæ  $\pm 49''$  fuisse invenit, unius ascensionis rectæ  $\pm 81''$ , errorem igitur verisimilem anguli horalis observati  $\pm 57''$ , si eundem cometæ ac stellæ errorem fuisse confidere liceret. Er-

<sup>1</sup> *Astronomische Nachrichten* XXIX p. 209 sqq. (1849).

rorem vero collimationis (quam parallaxin vocat Tycho) —  $32''.6 \pm 28''.3$  fuisse inventum est, quo numero declinationes observatæ minuendæ essent. Per Sextantem quoque trigonicum cometa observatus est, ubi error verisimilis unius distantiae observatæ repertus est  $\pm 45''$ , error autem collimationis —  $110''.5 \pm 17''.4$ . Itaque, quamquam caput cometæ multo confusius erat quam stella, distantiae tamen ejus eadem accuratatione observatæ erant, quam invenit ARGELANDER ex observationibus stellarum Cassiopeæ, quæ annis 1578 et 1583 per Arcum bipartitum institutæ sunt, i. e.  $\pm 41''$ .<sup>1</sup>

Observationes Tychonis altitudinum Solis meridianarum perscrutatus est et cum tabulis Solis, quas confecerat LEVERRIER, comparavit G. L. TUPMAN<sup>2</sup>, qui omnibus observationibus annorum a 1582 ad 1590 usus est, quibus annis Sol creberrime observabatur. Invenit autem perexiguam ac certis temporibus recurrentem inæqualitatem correctionis, quæ ad declinationem ratione inventam adhibenda erat; solstitio enim æstivo erat —  $20''$ , hiberno vero —  $50''$ . Itaque annorum a 1587 ad 1590 observationes, quæ quoque instrumento institutæ erant, seorsum consideravit, atque ita Quadranti murali sive Tychnico illos parvos errores constanter recurrentes imprimis imputandos esse invenit, cum exitu mensis Junii maximum numerum  $+6''$ , initio Novembris minimum —  $60''$  præberet; Quadrans vero chalybeus medio Aprili minimum dabat —  $40''$ , exitu Novembris  $+10''$ , neque ullam annuam inæqualitatem præbebat Quadrans volubilis. Hæc inconstantia, quæ, cum de sæculo XVI agatur, minimi faciendæ est, calorise varietati, quæ in arcibus divisis quadrantium vim habuerit, an aliis causis debeatur, in incerto relinquendum est; neque tamen dubitari potest, quin intra eos fines contineatur, qui sine telescopiorum usu accuratæ mensuræ imponi possint, et in HEVELII observationibus Solis anno 1679, post nonaginta fere annos, institutis errores aliquanto majores idem vir doctus invenit.

Denique annotandum est, ipsos nos multos abhinc annos rationem iniisse azimuthorum omnium earum stellarum, quarum altitudines in primo circulo verticali vel prope illum mense Martio anni 1582 observatæ sunt; quibus observationibus accessit observatio  $\alpha$  Tauri, cum die 25 Februarii azimuthum haberet  $69^\circ$ .<sup>3</sup> Decem stellarum observationes triginta septem correctionem azimuthorum observatorum (a  $0^\circ$  ad  $360^\circ$  e meridie per occidentem procedenti) dederunt —  $16'' \pm 17''$ , si refractionis ratio habetur. Errores quidem in altitudinibus observandis factos hanc rationem complecti apparet; satis tamen hinc perspicuum est, meridiani directionem Tychni optime notam fuisse. Ac sunt quidem, qui ædium sacrarum turrium azimuthorum mensuras quasdam rudes, quæ, dum Uraniburgum exædificabatur, inde per Radium institutæ et inter libros Tychnonis manu scriptos anno 1671 a Picardio inventæ

<sup>1</sup> *Astronomische Nachrichten* LXII p. 273 (1864)

<sup>2</sup> *The Observatory* XXIII pp. 132 et 165.

<sup>3</sup> *Tycho Brahe* (Edinburgi 1890) p. 388.

sunt, parum recte intellegentes, etsi ad nullam aliam rem utiles erant quam ad tabulam geographicam insulæ Hvenæ circumjacentiumque terrarum depingendam, mirum in modum inde concluderint, directionem meridiani non ita diligenter a Tychoe definitam esse, quam a tanto observatore exspectandum esset. At inquisitio illa, cujus nuper mentionem fecimus, hoc injuria conclusum esse plane ostendit, ac summa cura et diligentia Tychonis instrumenta collocata et tractata esse denuo confirmavit.

Observationes perpetuæ altitudinum Solis meridianarum paucos post annos eventum habuerunt, qui aliquamdiu vix explicari poterat. Cum observationes Stellæ Polaris in culminatione superiore et inferiore poli altitudinem præberent  $55^{\circ} 54'.s$ , unde altitudo Æquatoris eveniebat  $34^{\circ} 5'.s$ , altitudines Solis circa solstitium æstivum eandem dabant illæ quidem, circa vero solstitium hibernum  $34^{\circ} 9'.s$ . Quare initio recepta est altitudo  $34^{\circ} 7'$ , dein vero per aliquod tempus binæ longitudinis Solis rationes instituebantur, adhibitis altitudinibus  $34^{\circ} 5' 30''$  et  $34^{\circ} 9' 50''$ . Huc accessit, quod obliquitas Eclipticæ  $2'$  major esse reperiebatur ea, quam invenerat COPERNICUS  $23^{\circ} 28'$ ; theoria vero motus Solis Copernici ab observatis Solis locis sæpe aliquantum discrepabat. Priorem differentiam ita interpretabatur TYCHO, ut refractionem lucis, quando mense Decembri humilis esset Solis status, altitudinem ejus immutare putaret; discrepantiam vero, quam a tabulis Solis observationes præbebant, ita explicabat, ut Fruenburgi Borussiae, ubi observationes fecerat Copernicus, altitudinem poli falso illum æstimasse arbitraretur. Ut has dubitationes removeret, æstate anni 1584 ELIAM OLAI discipulum suum Fruenburgum misit, qui per sextantem, quem secum tulerat, altitudines Solis stellarumque meridianas dimetiendo altitudinem poli reperit  $54^{\circ} 22\frac{1}{4}'$ , cum Copernicus sumpsisset  $54^{\circ} 19\frac{1}{2}'$ . Ergo errorem admiserat Copernicus  $2\frac{3}{4}'$ , qui error simul cum ignorantia refractionis vitia tabularum Solis satis explicabat. Quare a mense Augusto anni 1584 in libris observationum Tychonis non jam adhibentur binæ altitudines Æquatoris, sed una altitudo  $34^{\circ} 5' 30''$ .

Effectus refractionis prope horizontem non plane latuerat veteres. Sicut PTOLEMÆUS animadverterat, Solem, cum in æquinoctiis esset, et meridie et prope ortum occasumque in plano anuli ejus Æquatorii non prorsus permanere<sup>1</sup>. Sed cum Alexandriae altitudo Solis meridiana numquam minor esset  $35^{\circ}$ , observationes ejus, quæ in meridiano fiebant, refractione non turbabantur<sup>2</sup>. Medio autem ævo ALHAZEN Arabs refractionis inquisitiones quasdam instituerat, quas postea VITELLO Germanus commentatus est (cujus commentarii a. 1572 editi sunt); quamquam Tycho non plane certum erat, essentne re vera peracta illa experimenta, quæ descripserant, quoniam armillæ eorum satis accurate confectæ esse non potuissent. Norimbergæ

<sup>1</sup> *Synt.* III 1 (p. 197 Heiberg).

<sup>2</sup> Ceterum in *Opticis* (quæ Tychonis tempore nota non erant) Ptolemæus exposuerat, quibus experimentis lex refractionis, quæ in aëre et aqua valeret, definiri posset.

denique anno 1489 WALTHER animadverterat, Solem prope occasum Eclipticam Armillarum suarum Zodiacalium egredi videri, quod recte refractioni imputavit; hanc vero prope horizontem tantum cognosci posse arbitrabatur nec definire conatus est, quam in quaque altitudine vim haberet, quod ne potuerunt quidem efficere instrumenta ejus non satis accurate confecta.

Absolutis vero Armillis Stellæburgi maximis, diligentem de refractione quæstionem instituere statim cœpit TYCHO. Annis a 1585 ad 1589 iterum ac sæpius integrum diem huic studio impendit, atque id quidem mense Junio fere, quando declinatio Solis lentissime mutabatur. Per Quadrantem azimuthalem altitudinem atque azimuthum brevibus temporis spatiis intermissis dimetiebatur. Ex altitudine poli et azimutho et declinatione altitudinem supputabat, quæ si de altitudine observata detracta erat, efficiebatur refractionis. Utebatur autem ea quoque ratione, ut per quadrantem et armillas simul observationes institueret. Trianguli, quod efficiebant Zenith polus locusque Solis apparens, tria latera nota erat, unde angulus parallacticus ratione inveniri poterat. Jam trianguli, quod efficiebant polus ac locus Solis verus locusque apparens, duo latera unusque angulus nota erant, unde tertium latus sive distantia duorum locorum inveniri poterat. In his quæstionibus instituendis veram declinationem eam esse existimabat, quam in meridiano observavisset, cum eam in solstitio, quando altitudo erat  $57\frac{1}{2}^{\circ}$ , refractione affici non putaret. Quin existimabat etiam, eam jam in altitudine  $45^{\circ}$  instrumentis suis cognosci non posse, quamquam re vera in hac altitudine refractionis media est  $58''$ , ita ut, si res juste æstimatur, eam intra fines eorum esse confitendum sit, quæ observationibus diligenter iteratis cognoscere potuerit. Sed ita se res habet, ut (quod infra videbimus) Ptolemaicam Solis parallaxin horizontalem Tycho receperit  $3'$ , quare in altitudine  $45^{\circ}$  parallaxis æstimabatur  $2'.1$ , quæ refractioni contraria erat. Itaque in tabula ejus refractionum Solarium numeri minuendi sunt  $3' \times \cosin.$  altitudinis. Perspicuum autem erat, stellarum refractiones cum iis, quas e Sole reperisset, non congruere; quare illarum peculiarem tabulam Tycho præbet, in qua numeri  $4' 30''$  (in horizonte tamen  $4' 0''$ ) minores sunt illis, quos præbet tabula refractionum Solarium. Itaque in altitudine  $20^{\circ}$  nullam stellarum refractionem affert Tycho, etsi re vera est  $2' 37''$ . Observationibus stellarum fixarum, quas anno præcipue 1589 hoc consilio instituerat, quamvis multæ essent, non satis eum usum esse apparet. Si omnes observationes stellarum circumpolarium, quas in meridiano instituerat, collegisset, vix eum latuisset, refractiones stellarum in altitudinibus  $20^{\circ}$  multum excedentibus instrumentis suis cognosci posse. Refractionem si efficeret differentia spissitudinis aëris atque ætheris externi, qui spatium cæli expleret, in Zenith demum desinere oportere satis perspexerat, sed cum in altitudinibus longe inferioribus eam desinere reperisse sibi videretur, præcipuas ejus causas existimabat esse vapores; etsi aërem, quo magis supra terram elevaretur, eo tenuiorem fieri concedebat. Veterem opinionem, quam

jam docet ARISTOTELES, sphæram aëris ignea sphæra circumdari, eum rejecisse vix opus est commemorare; ætherem vero, qui in spatio cæli esset, ab aëre longe differre existimabat.

Quod igitur Tycho stellarum fixarum multo minus quam Solis altitudines refractione immutari existimabat, non observationibus ejus debebatur, sed inde fiebat, quod eandem parallaxin Solarem quam veteres recipiebat atque ea de causa rem minus accurate inquirebat. Definierat jam HIPPARCHUS deliquiis Lunaribus usus summam parallaxium Solis Lunæque, unde adhibita ratione distantiarum Lunæ ac Solis ab ARISTARCHO reperta (1:19) parallaxis Solis apparuit esse pæne 3'. Neque tamen Hipparchum latuit, hunc finem tantum esse superiorem, ac quæstionem re vera solvi non posse; sæpius autem conatus esse videtur Solis distantiam definire, unde reperta est parallaxis fere 1½'.<sup>1</sup> Sed post PTOLEMÆI ætatem nemo intente studuerat parallaxin 2' 51'', quam ille accipiebat, corrigere. Itaque Mercurius et Venus, qui orbitis minoribus quam Solis orbita circa Terram moveri existimabantur, parallaxes aliquanto majores exhibere debuerunt; quo fortasse commotus IBN JUNIS Solis parallaxin 2' pro 3' æstimavit, quamquam nullam hujus rei causam affert. GEBER autem Ptolemæum vituperavit, quod planetarum parallaxin cognosci non posse dixisset, et Venerem Mercuriumque, si hoc verum esset, longius quam Solem distare eum existimare debuisse dixit<sup>2</sup>. Ne conatus quidem est COPERNICUS illam parallaxin definire, quamvis magni esset momenti; mediam parallaxin 3' 1'', Solis vero distantiam mediam 1142 Terræ radiis æstimabat. Sed magis est mirandum, quod etiam TYCHO per totum vitæ tempus antiquo illo numero utebatur, neque umquam eum denuo definire conatus est, quamquam eorum, quæ tradita erant, nihil umquam aliud verum habebat, nisi ipse experimentum fecerat.

Nihilo minus Tychoni optime constabat, parallaxin Ptolemaicam fundamento prorsus incerto niti; venit vero tempus, cum ipsius observationes falsam eam esse manifesto ostenderunt. Initio enim anni 1590 Venus, cum vesperi conspicua esset, diligentissime et quam sæpissime observata est, frequenter etiam ab ipso Tychone, atque inde a die 28 mensis Februarii etiam a prima hora post meridiem. Ad diem 3 Martii, septem diebus postquam in maxima elongatione a Sole Venus fuerat, in libro observationum ipsius manu hæc scripta invenimus: »N.B. Ego contuli transitum ♀ per meridianum una cum declinatione ejus tunc cum declinatione juxta 90 gradum, quando elevabatur quasi partibus 20, et utrobique inveni ♀ declinationem correspondere mutationi ejus ab uno meridie in alterum, ita ut parallaxis sit prorsus insen-

<sup>1</sup> *Synt.* IV 8 et V 11 (pp. 327 et 402 Heiberg). Cf. DREYER, *History of the Planetary Systems* p. 183; HULTSCH. *Berichte der kön. Sächs. Ges. der Wissensch.* LII p. 169.

<sup>2</sup> Hoc Geberi dictum Tychoni notum esse debuit, quoniam in libro ejus exstat, quem interpretatus est GERARDUS Cremonensis, edidit vero APIANUS Norimbergæ a. 1534 una cum *Instrumento primi mobilis* (vid. Præf. fol. a 3 et lib. VII p. 104).



sibilis, cum tamen juxta Ptolemaicam Hypothesin debeat esse minorum quasi 4, satis perceptibilis. Sed potes hæc postea diligentius examinare.«

Duæ præterea in sequentibus inveniuntur annotationes, quæ rem aliqua ex parte animos in se convertisse ostendunt. Ad diem 21 Martii IOANNES AURIFABER, artifex Tychonis, qui illo die observationes instituit aut saltem in librum retulit, hæc annotavit: »Confer altitudinem meridianam cum his circa 90 gradum, atque hinc erue parallaxin  $\varphi$ . Nam refractione caret in ista altitudine citima juxta 90 gradum.« Et ad diem 15 Aprilis, non quidem in ipso observationum libro, sed in exemplo transscripto<sup>1</sup>, calculum invenimus longitudinis et latitudinis Veneris, quem sequuntur hæc verba: »Huic inter alia ratiocinari licet parallaxin  $\varphi$  etiam minorem esse . . . Si parallaxis secundum Copernicum adhibeatur, plane stationaria stella  $\varphi$  erit, cum tamen proportio motus diurni unum ad minimum minutum juxta intervallum temporis exigat. Sed vide observationes et fac ibi periculum.«

Dolendum est, quod Tycho rem non ulterius persecutus est. In longa Martis observationum serie, quæ a mense Junio anni 1593 ad mensem Februarium anni 1594 institutæ sunt, parallaxin hujus planetæ invenire conatus non est. Ad diem 11 mensis Decembris anni 1594 annotatum est, non tamen ipsius Tychonis manu, Venerem, quæ tum in maxima elongatione a Sole esset, eandem quam illum parallaxin habere. Tunc vero Venus in declinatione meridionali 15° erat, nec, sicut anno 1590, multas per horas continuas observari poterat. Ingruentibus aliis negotiis res dilata esse videtur, neque umquam intentè tractata est.

Hac sola in re Tycho inventionem persequi neglexit, ad quam observationes ejus viam monstrabant. Nam semper, quid hæc significarent, clare perspiciebat, et hanc legem sibi ab adolescentia posuerat, ut observationes cum tabulis compararet, quod ita fieri solebat, ut ex observata planetæ altitudine meridiana statim declinatio reperiretur, quo facto ex hac una cum distantia ab aliqua stella fixa atque hujus declinatione cognita differentia ascensionis rectæ inter planetam et stellam calculis reperiri poterat, quæ differentia si addebatur stellæ ascensionis rectæ, dabat planetæ ascensionem rectam; ex hac denique et declinatione longitudo atque latitudo planetæ calculis reperiebantur. Hæc tamen interdum, cum distantia planetæ a duabus stellis observatæ erant, ex harum longitudine et latitudine statim reperiebantur, non adhibita ascensione recta. Hac sola ratione Tycho in Lunæ motu inquirendo plurimum profecit et KEPLERI operibus præclaris viam aperuit, quorum postea mentionem faciemus. Sin vero diutius vixisset, dubium non est, quin ipse publice pronuntiaturus fuerit, quod Kepler postea pronuntiavit, observationibus suis demonstratum esse, parallaxin Solis unum minutum excedere non posse.

Hos calculos perquam molestos fuisse apparet, quamdiu inventum non

<sup>1</sup> Cod. Haun. Ant. Coll. Reg. 1828 in 4°.

esset, quomodo multiplicatio numerorum, quos præbet doctrina triangulorum, evitaretur. Hæc autem doctrina sæculis XV et XVI magnos progressus fecerat, nec solum si de triangulis solvendis ageretur, sed etiam ut tabulas sinuum tangentiumque promptas haberet, operibus PURBACHII REGIOMONTANI COPERNICI aliorum TYCHO niti poterat. Sed ante inventionem logarithmorum ita solum multiplicatio evitari poterat, si pro hac additio vel subtractio substituere licebat. Hujus rationis, quæ prave vocatur »prosthaphæresis« (quamquam hoc verbo, quod a principio idem valet quod æquatio centri in theoria planetarum, etiam tunc hac sententia utebantur), initium fecerat IBN JUNIS Arabs, cujus tamen opera in Europa ignota erant. Nihilo magis notum erat, IOANNEM WERNERUM formulas principales hujus rationis anno 1514 reperisse; neque enim libellus ejus, quo de hac re agebat, publice emissus erat, et quamquam Tycho eum dicit »in libello de motu octavæ sphæræ aliqualem præbuisse ansam«, nemo tamen scire poterat, quæ summa esset rationis Wernerii. Itaque his, etsi tempore præcedebant, imputari nequaquam potest, quod anno 1580 hæc ratio Hvenæ inventa est. Hoc LONGOMONTANUS, qui anno 1589 Hvenam venit et post aliquod tempus primus Tychonis adjutor factus est, in *Astronomia Danica* sua testatur, et ipse TYCHO in epistula quadam mense Novembri anni 1580 ad HAGECIUM scripta mentionem ejus fecit, et in epistula mense Novembri anni 1599 ad HERWARTUM scripta his verbis utitur: »Postea superveniente meque in Dania Uraniburgi anno 80 per 4 menses invisente PAULO WITTICHIO bonæ memoriæ, excellenti mathematico Vratislaviensi, qui talibus etiam (a me Witebergæ, dum istic olim transieram, admonitus) interea insudaverat, cum illo communicata opera, ea ipsa luculentiora reddidi et semper exinde in usu habui, quo studiosis meis observationes nostras in numeros redigentibus temporis et laboris dispendium minueretur.«

Formulæ autem a Wittichio inventæ hæc erant:

$$\cos A \cos B = \frac{1}{2} [\cos (A - B) + \cos (A + B)]$$

$$\sin A \sin B = \frac{1}{2} [\cos (A - B) - \cos (A + B)].$$

Exstant hæc in breviario illo, cui nomen est »*Triangulorum planorum et sphæricorum praxis arithmetica*«, quod eo consilio Tycho composuit (vel componendum curavit), ut adjutoribus suis in locis planetarum ex observationibus supputandis utile esset. Quod solum exstat exemplum hujus libelli, anno 1591 signatum est, neque tamen dubitari potest, quin multo ante compositus sit, cum in commentatione quadam de Marte, quæ anno 1585 vel 1586 scripta est, mentio ejus fiat. Ex hoc autem breviario rationem illam post annum 1580 Hvenæ ulterius progressam non esse apparet. Ceterum Wittichius aliquot annis, postquam Hvenam adierat, inventionem suam cum JUSTO BUERGIO, mathematico præclaro, Landgravii adjutore, communicavit, qui illam rationem aliquantum excoluit. Hujus denique inventis niti videntur illa præcepta, quæ a. 1599 a MELCHIORE JÆSTELIO Tycho accepit.

Unum etiam genus observationum, quæ Hvenæ instituebantur, commemorandum est, observationes tempestatis. Tales ab aliis nonnumquam institutæ erant, neque tamen longior earum series usque ad id tempus publice edita esse videtur. IOANNES quidem WERNER multos per annos annotationes fecerat de tempestate, sed nihil aliud quam exempla prolata erant in libro post mortem ejus a Schonero edito, qui vocatur *Canones . . . complectentes præcepta et observationes de mutatione auræ* (Norimbergæ 1546), ubi comparationes tempestatis observatæ cum collocationibus cælestium ordine instituit. Nec Tychoni ignotum esse poterat, VICTORINUM SCHÆNFELDIUM Marpurgensem in *Prognostico astrologico anni 1567* per annos duodeviginti quotidie sese tempestatem annotasse retulisse et periodum quattuor annorum invenisse sibi visum esse, quæ extraordinariis tantum phænomenis cælestibus turbaretur. TYCHONI vero, qui experientia sola niteretur, manifestum esse oportebat, leges mutationum tempestatis, sive ex cælestibus penderent sive non penderent, nisi per continuas observationes cognosci non posse. Itaque a primo die mensis Octobris anni 1582 continuas annotationes de tempestatis natura quotidie faciendas curavit, quæ usque ad Aprilem anni 1597, cum Hvenam reliquisset, continuatæ sunt, intermissis tantum anni 1584 tribus mensibus, quibus ELIAS OLAI in Borussiam iter faciens commentarios diurnos secum ferebat et in iis tempestatem annotabat, neglectis Hvenæ eodem tempore observationibus. In his commentariis ipsius Tychonis manus non apparet, neque tamen dubitari potest, quin hujus jussu inchoati et continuati sint; hæc autem prima observationum meteorologicarum series usque ad hunc diem servata est. Etsi vero sine usu instrumentorum observationes factæ erant (neque enim barometrum nec thermometrum inventum erat), tanta tamen cura commentarii confecti sunt, ut eorum auxilio confirmari poterit, inter aëris qualitatem, quæ Hvenæ et locis circumjacentibus trecentos annos abhinc erat et nunc est, nullam, quæ quidem cognosci possit, dissimilitudinem intercedere. Neque tamen per hos commentarios quæsitum esse videtur, num re vera collocationibus planetarum tempestas moveretur; quod inde fortasse explicandum est, quod prædictiones astrologicas, nisi summam expositæ erant, Tycho posterioribus annis magis magisque improbavit; nisi studiis astronomicis magis necessariis eum impeditum esse potius suspiceris, quo minus in talibus rebus tempus consumeret.

**IV.** TYCHO cum sibi proposuisset, ut omnes doctrinæ astronomicæ partes instauraret, quæcumque reperisset, in ingens opus sese relaturum sperabat, quod imprimis novum suum catalogum stellarum exhibiturum esset simul cum fundamento ratione excogitato, quo novas planetarum tabulas, quæ ibidem recipiendæ erant, niti oporteret. Ut huic »Theatro astronomico«, quod studiorum ejus summam præbere oporteret, quasi prodromum præmitteret, tria volumina conscribere in animo habebat, quæ phænomena magis extraordinaria, novam stellam anni 1572, magnum cometam anni 1577 ceterosque

cometas, quæ postea observati essent, tractaret. Sed numquam ei contigit, ut magnum illud opus conficeret (cujus rationem et ordinem anno 1588 in epistula ad PEUCERUM scripta delineavit), ac ne tertium quidem prodromi volumen umquam confectum est. Rursus tamen, quæ eo volumine, quod »*Astronomiæ instauratæ Progymnasmatum*« primam partem esse voluit, tractare sibi proposuerat, tantum creverunt, ut postremo non pauca complecteretur, quæ ad novam stellam nihil fere pertinerent, quare ipso vivente prelum non totum reliquit. At alterum volumen, cui titulum inscripsit »*De mundi ætherei recentioribus phænomenis*«, anno 1588 in ipsius officina absolutum est, et quæ de cometarum natura ac systemate mundi Tycho cogitaret, certiolem fecit orbem terrarum.

Inde ab antiquo ævo ea opinio de cometis prævaluerat, quam proposuerat ARISTOTELES, phænomena eos esse in superioribus partibus aëris Terræ, siccis calidosque vapores e locis humilioribus, ubi aër principale elementum esset, proficiscentes, qui in regiones altiores, ubi ignis prævaleret, elevati ibique accensi essent. Huic opinioni SENECA quidem contra dixerat, cælestes eos esse oportere, quoniam vento ac tempestate non afficerentur et continuo cursu moverentur. Hæc tamen opinio medio ævo non recipiebatur nec vincere poterat, quamdiu Aristoteles philosophiæ et physicis imperare perseverabat. Primus REGIOMONTANUS animum ad eos intendit et distantiam eorum a Terra definire conatus est. Sed quia bonis instrumentis ac rationibus idoneis indigebat, hoc solum dicere poterat, cometam anni 1472 parallaxin majorem quam 6<sup>o</sup> habere non posse. Etsi post ejus tempus magis advertebantur animi ad cometas, quæstio tamen de eorum distantia, quacum conjuncta erat altera de natura eorum, nondum dijudicata erat. TYCHONEM vidimus in primo, quem edidit, libro sese primo quoque tempore de ea re quæsiturum promississe; quod, cum mense Novembri anni 1577 apparuit magnus cometa, præstitit. Amplius duos menses hic conspicuus erat et a Tycho paucis, quæ tunc possidebat, instrumentis diligenter observabatur. Distantiam capitis cometæ a compluribus stellis fixis radio et sextante, interdum vero altitudinem atque azimuthum quadrante minore dimetiebatur. Hæc observationes iis, quas aliorum cometarum postea instituit, minus illæ quidem accuratæ erant; multo tamen meliores erant illis, quas alii ejusdem ætatis observatores instituere poterant, et certe demonstraverunt, nullam eum parallaxin habere, quæ quidem cognosci posset, ex quo eum non modo non in aëre se movisse, sed etiam multo longius quam Lunam distare colligi poterat. Hoc demonstrato denuo labefactata est sententia Aristotelica, in ætherea regione omnia esse immutabilia; primum quidem labefactata erat, cum novam stellam ad hanc regionem pertinere Tycho demonstraret; cometa vero anni 1577, utpote qui ad latius patens phænomenorum genus pertineret, etiam clarius demonstravit, relinquendas esse opiniones Aristotelicas de legibus naturæ. Tycho non solus ille quidem inter astronomos cometam longius quam

Lunam abesse reperit, sed cum ejus observationes multo accuratiores quam æqualium esse constaret, hujus sententia plus auctoritatis habuit. Ipso vivente contra argumentationem ejus una sola vox sublata est, sed tanto majorem strepitum edidit. Medicus quidam Scotus, IOANNES CRAIGIUS, vir ceteroqui plane ignotus, gloriam quandam Herostraticam adeptus est, cum argumentationem summi astronomi falsam esse contenderet; qui contra eum *Apologiam* scribere non est dedignatus. Hæc typis descripta est anno 1591, neque ullum exemplum nunc exstare constat; nobis tamen contigit, ut in hac editione e codice manu scripto publice eam emitteremus. Magis mirum est, quod post annos amplius quadraginta ne GALILÆO quidem persuasum erat, cometas nullam habere parallaxin; quod denuo testatur, illum, qui summa Kepleri inventa consulto neglexerit, ab astronomia exacta, quæ per Tychonem et Keplerum summos progressus fecerat, prorsus alienum fuisse. Tychonem recte vidisse, KEPLERUS contendit atque observationibus tandem HEVELIUS confirmavit, sexaginta fere annis postquam ea ratione, quæ omnibus, qui præsumpta opinione liberi essent, satis faceret, Tycho demonstraverat.

Cometa anni 1577 peculiari litterarum generi locum dedit, quod annos amplius centum floruit, libellis atque commentariolis, qui dirum cæli prodigium describebant et prædictiones omnis generis de fœdis eventibus, quos secum ducturum esset, continebant. Licet suspicari, Tychonem, ut insulsissimos inter hos libros refutaret, anno insequenti commentationem ad popularem intelligentiam accommodatam lingua Germanica conscripsisse, quam tamen numquam typis describendam curavit, nobis vero nunc edere licet.

Concesso vero, cometas quoquo versus per cæli spatium libere moveri, non jam licuit solidas sphæras cælestes credere, quas multi inveteratæ opinioni inhærentes planetas circumferre existimabant. Tycho autem longius etiam progressus est, cum cursum cometæ in cæli spatio definire conaretur. Ex inquisitionibus suis conclusit, cometam in orbe circulari extra Veneris orbitam circa Solem moveri, ita ut maxima elongatio a Sole  $60^{\circ}$  ac directio motus retrograda esset. Loca autem cometæ observata cum æquabili motu in orbe conjungi non posse ei visa sunt, cum in conjunctione inferiore tardissime, at eo tempore, quo primum observaretur, celerius, tum denuo tardius cometa motus esse videretur. Hunc motum per epicyclum creari posse ait, sed cum inæqualitas non major esset quam  $5'$ , ei non necessarium videbatur tale quid existimare, cum de temporario tantum corpore, non de planeta, ageretur, et illud fortasse non ita constanter moveri existimandum esset. Sed hoc etiam modo rem se habere posse arbitratur<sup>1</sup>: »Sive igitur cometa hic noster non undequaque et exquisite rotundum ad Solem circuitum, sed aliquantulum oblongiorem, in modum figuræ, quam ovadam vulgo vocant, confecerit.« Etsi orbitam circularem et motum aliqua ex parte inconstantem esse Tychoni veri similis videbatur, hæc tamen verba, quamvis cursim abstracta sint, notatu

<sup>1</sup> *De mundi ætherei recentioribus phænomenis* p. 194.

digna sunt, quia tum primum astronomus fieri posse animo finxerat, ut corpus cæleste in orbita circulo dissimili moveretur, nec diserte addiderat, illam orbitam compluribus motibus circularibus creatam esse<sup>1</sup>. Ceterum non lauit Tychonem, illum, quem accepisset, cursum cometæ parallaxin quamvis exiguam præ se ferre debuisset; idcirco vero eam observatam non esse existimavit, quod refractio obluctaretur et, si cometa prope horizontem esset, effectum parallaxis tolleret. Etsi hoc non recte opinatus est, conclusio ejus principalis, cometam longius quam Lunam abesse, quæ summa rei erat, hac re non afficitur.

Cometæ orbitæ descriptio Tychoni occasionem dedit sententiæ suæ de systemate mundi exponendæ. Itaque nobis rationes inquirendæ sunt, quibus commotus systemata Ptolemaicum et Copernicanum simul reiciebat.

Multæ rationes erant, quare viri docti sæculi XVI sententiam de Terræ motu recipere cunctarentur. Antiquo ævo audax ARISTARCHI Samii opinio, Terram uno anno circa Solem circumferri, cum quinque planetæ sua quisque periodo circa idem centrum moverentur, magnis Alexandrinorum mathematicis atque astronomis probata non erat, atque hoc illam quidem ob causam, ut videtur, quia non sufficiebat ad »phænomena salvanda«, quæ progrediente cognitione motuum planetarum magis magisque implicata fiebant. Nihil aliud affectabant illi mathematici nisi systema mathematicum, quo loca planetarum supputari possent, hoc vero Alexandriae etiam assecuti sunt, quantum imperfectis illorum temporum instrumentis fieri poterat. Qui ab horum cœtu alieni erant scriptores, ut CICERO SENECA PLUTARCHUS (ut eos omittamus, qui postea epitomas conscripserunt), qui astronomiæ mathematicæ prorsus ignari erant, satis habebant STOICORUM rudes opiniones sequi vel systema illud simplex geocentricum, quod descripserat ARISTOTELES. Medio ævo, ubi regnante fide Christiana cultus humanitasque Græcorum denuo recipi cœpit, confusio philosophiæ Aristotelicæ ac theologiæ Christianæ, quæ SCHOLASTICIS accepta erat, dominatum occupavit atque illud systema mundi procreavit, quod præclare nobis depinxit DANTE. Perfectissima pars rerum creaturarum, Empyreo, Dei sedi, proxima, extrema cæli sphaera esse fingebatur, primum mobile, quod semper moveretur et includeret primum octavam vel stellarum fixarum sphaeram, tum alias sphaeras, semper minus perfectas, quæ planetarum propriæ essent et ab angelis gubernarentur, usque ad Terram quiescentem, omnium intimam vel imam, quæ ab hominibus peccatoribus incoheretur et in medio teneret Diabolum cum regno suo. Hanc Terram in numerum planetarum ab angelis gubernatorum referre, hæc sententia impia esse videbatur. Notum est, opus illud COPERNICI a theologo quodam Norimbergensi typographis mandatum esse,

<sup>1</sup> Exciendi tamen sunt quidam astronomi Indi, qui planetarum epicyclum ovatum admiserant, qua una in re, ut videtur, aliquid de iis, quæ Græca astronomia assecuta erat, illi immutare conati sunt. Cf. DREYER, *History of the Planetary Systems* p 242.

qui metuens, ne scriptori vel etiam sibi ipsi fortasse mali eventus inde consequerentur, brevem ei præfationem præmiserit, in qua (ut inde ab antiquo ævo sæpius factum erat) plane concessum esse diceret, ut hypothese mathematica, quæ nullam sibi veritatem assereret, motus cælestium explicarentur. Illo ipso die, quo opus ad eum pervenit, Copernicus mortuus est, neque amici ejus operam dederunt, ut illius præfationis, quæ nomine signata non erat, auctorem eum non esse demonstrarent. Perspicuum sane erat omnibus, qui primi libri capp. septimum et octavum attente legebant, scriptorem non dubitasse de novæ suæ doctrinæ veritate, sed longe major operis pars speciem prorsus mathematicam præ se fert, sicut Ptolemæi *Syntaxis*, quo factum est, ut Congregatio Indicis Romana, cum anno 1620 illud legi vetaret, »donec corrigeretur«, perpauca locos reperiret, qui delendi essent. Constat, systema Copernicanum a multis tamquam meram hypothesin acceptum esse, quæ satis idonea esset, qua rationes mathematicæ fundarentur; quod hoc boni secum tulit, ut novæ doctrinæ fautores amplius septuaginta annos a persecutionibus liberarentur.

Quamquam igitur TYCHO BRAHE Aristotelis aut Scholasticorum assecutor minime erat, aliæ tamen quædam opiniones, non modo ad religionem, sed etiam ad physica pertinentes, philosophum impedire poterant, quo minus Terram moveri crederet. Notum est, doctrinam de forma Terræ spherica, quæ inde a PARMENIDIS atque PYTHAGORÆ temporibus a nullo fere Græcorum impugnabatur, summa vi impugnasse Ecclesiæ Patres, tamquam a Scripturæ sacræ auctoritate dissidentem. Horum de mundo opiniones iis nitebantur, quæ e libris Veteris Testamenti petere poterant, quare, si summam rei spectes, eadem fere erant, quas jam multo antequam in unam gentem Iudæi coaluerant, Babylonii habebant. Neque ante annum Domini fere 1000 forma Terræ spherica ita omnibus probata erat, ut sine periculo litteris tractari posset. Sed iis, quibus de hoc persuasum erat, longe etiam progrediendum erat, ut Terram moveri existimarent; et cum hæc doctrina prolata est, nemini theologorum, sive Ecclesiæ catholicæ sive evangelicarum alicui addicti erant, dubium erat, quin Scripturæ auctoritati palam contra diceret. Ecclesia quidem catholica vivo Tychone nihil de ea re publice elocuta erat, sed et LUTHERUS et MELANCHTHON verbis gravissimis hoc fecerant, et ex epistula, quam theologiæ quidam professor Tubingensis anno 1598 ad Keplerum dedit, doctrinam de Terræ motu inter theologos illius universitatis in maxima invidia fuisse patet. Etiam Tychoni in aperto fuisse videtur, quæ de Terræ collocatione in universo Scriptura doceret, neque aliter interpretanda neque inscientiæ Mosis atque prophetarum imputanda esse. Hoc ipse lucidissime ait in epistula anno 1589 ad ROTHMANNUM scripta.

Sed iis quoque, qui talibus opinionibus præsumptis non commovebantur, satis difficile erat Terræ motum cum generalibus opinionibus physicis, quæ illo tempore vigeant, conjungere. Memoria enim tenendum est, leges, secun-

dum quas corpora moventur, parum cognitae fuisse, et ii quoque, qui Terræ motum defendebant, adversariorum objectionibus, quæ nobis nunc levissimæ esse videntur, argumenta sæpe opponerent non meliora. Quod sæpius afferebatur, Terræ revolutionem diurnam ventum vehementissimum omniumque ruinam creaturam, Tychoni quidem risu dignum esse videbatur, sed vulgo tamen acceptum erat, quæque inde templis domibus miserisque earum habitatoribus dira consecutura essent, GEORGIUS BUCHANAN, vir Scotus doctus, et qui in rei publicæ gubernatione locum excelsum teneret, versibus hexametris ita depinxerat, quasi ipsa res ageretur. Sed gravius quiddam obici poterat, cui ne acerrimi quidem Copernicani satis respondere possent: Si Terra moveretur, sagittam, quæ sursum emissa esset ad perpendicularum, numquam in eundem locum, sed in locum multis millibus distantem cadere oportere. Nam si contra diceretur, aërem quoque cum Terra moveri ac sagittam secum agere, sic responderet adversarius: Aërem, etiamsi moveri putaretur (quam autem causam cogitari posse, cur moveretur?), multo tardius quam Terram moveri oportere, quoniam natura ac pondere huic dissimillimus esset (animadvertendum est, ante Galilæi ætatem neminem dubitasse, quin graviora corpora levioribus celerius caderent); itaque etiam hoc concessio, fore ut sagitta multum relinqueretur, eademque de causa, qui in alta turri staret, ventum vehementem semper sensurum esse. Item si quis de summa turri lapidem demitteret, numquam hunc ad locum Terræ, qui directo infra illum esset, unde dejectus esset, pervenire posse. Neque enim aërem, si moveretur, lapidem ponderosum eadem velocitate secum ferre posse; lapidem vero, etiamsi secundum naturam suam, sicut Terram, per circulum moveri existimari posset, eadem tamen velocitate moveri non posse, quoniam Terra quidem loco suo naturali esset, lapis vero in locum suum naturalem cadendo pervenire niteretur, ut concesserat ipse Copernicus lib. I cap. 8.

Huic objectioni ante Galilæi ætatem nemo fere Copernicanorum recte respondere poterat, et æqua obscuritate utrique eadem proferebant, quid naturale vel non naturale esset ut quodque corpus faceret, sicut ante 2000 annorum Aristoteles disputaverat. Hoc argumentum e lapide cadenti sumptum refelli non posse Tycho contendebat, sed mirandum est, ne huic quidem, qui astronomos doceret leges motuum planetarum per observationes quærere, in mentem venisse hoc experimentum simplex facere, ut de summo malo navigii celeriter euntis parvum lapidem demitteret; quod multoties facere potuit, cum inter insulam suam fretique ripas ultro citroque navigaret. Contendit nihilo minus (in annotatione satis longa, quam epistulis a Rothmanno acceptis eidemque datis adjunxit), globum a constrato navis, quæ in motu sit, sursum emissum, non directo, ut quidam existiment, sed quanto velocius navis moveatur, eo longius post eam casurum esse. Etsi de conjunctione, quæ inter quæstiones cælestes et terrestres (i. e. chemicas) esset, loqui solebat, hujus sententiæ veritatem experimento non exploravit.



Quod opinioni vulgari, totam sphæram cælestem 24 horis revolvi, ii, qui Terram revolvi credebant, semper obieiebant, stellarum velocitatem propter immensam earum distantiam tantam esse oportere, ut ne cogitari quidem posset, Tycho respuit atque hanc ipsam velocitatem Dei potentiam ac sapientiam testari arbitratur; pluribus autem verbis utitur, ut ætheream regionem moveri Terramque quiescere naturæ convenire demonstret, quoniam motus quieti præstet. Hæc ratio prorsus Aristotelica est. Atque hoc quidem dandum est, quamdiu parallaxis Solis 3', ideoque distantia ejus vix vicesima parte ejus, quæ re vera est, æstimaretur, spatia universi non nimis magna visa esse, ita ut illa velocitas non admodum enormis fuisset. Bene dicit scriptor quidam ejusdem ætatis<sup>1</sup>, si Copernicus, quique eum sequerentur, nullum vidissent umquam motum velociorem avis volatu, futurum fuisse, ut sagittæ aut pilæ tormentariæ velocitas æque incredibilis videretur ac stellarum fixarum velocitas.

Itaque cum hoc, quod contra cæli revolutionem afferebatur, Tychonem non moveret, contra Terræ annum motum ipse primus, ut videtur, aliquid attulit, cui resisti non posse ei videbatur. Antequam inventa telescopia stellas fixas non sicut planetas orbium, sed punctorum tantum fulgentium speciem præbere ostenderat, diametri earum apparentes nimium magni æstimabantur. Tycho, qui in hac re minus quam ii, qui ante ipsum vixerant, modum excedebat, sic æstimabat diametros: primæ magnitudinis 120'', secundæ 90'', tertiæ 65'', quartæ 45'', quintæ 30'', sextæ 20''. Si igitur stellæ alicujus tertiæ magnitudinis parallaxis annua 1' esset (majorem vero esse non posse, observationes ejus demonstrabant), verum stellæ diametrum æque magnum esse oportere atque annuæ Terræ circa Solem orbitæ diametrum; maximas vero stellas quam ingentes ita esse? sin vero etiam minor esset parallaxis annua, quam immanes has esse? Vastum autem spatium, quod ultra Saturni orbitam esset, num frustra vacare?

Hæc compluribus epistulis ad Rothmannum datis Copernico Tycho objecit; illi vero non persuasit. Quamquam igitur Tycho dubitare non poterat, quin in centro mundi Terra quiesceret, in Ptolemaico tamen systemate acquiescere non poterat, cujus rei causam ipse Marti planetæ tribuit. In systemate enim Ptolemaico Martis orbita extra Solis orbitam erat; itaque distantia ejus a Terra major erat quam Solis distantia. At Copernicus Martis orbitam Terræ orbitæ proxime circumdederat, medias vero distantias a Sole 1.<sup>52</sup> et 1.<sup>00</sup> esse existimabat; quo fiebat, ut Martis distantia, cum in oppositione esset, dimidio minor esset quam Solis, sed ita quoque parallaxis ejus Tychonis instrumentis cognosci non poterat. Itaque facile intellegimus, Tychonem in epistula anno 1584 ad BRUCÆUM Rostochium scripta hunc certiore fecisse, multis sese accuratisque observationibus, quas exitu anni 1582 et initio anni 1583 instituisset, demonstravisse, Martis parallaxin longe minorem quam Solis esse.

<sup>1</sup> THOMAS LYDYAT, *Prælectio astronomica* (Londini 1605) p. 59.

Atqui cum hanc 3' æstimaret, Martis parallaxin 3' longe minorem esse observationibus reperisse videtur. Permirum igitur est, quod tribus locis Tycho contrarium dicit. Nam in epistula alia anno 1587 ad GUILIELMUM Landgravium, alia anno 1588 ad PEUCERUM, alia anno 1589 ad ROTHMANNUM scripta, illas observationes sibi clarum fecisse dicit, Martem exitu anni 1582 circa oppositionem Terræ propiorem quam Solem fuisse. In epistula tantum ad Peucerum, quomodo hoc ænigma solvendum sit, his additis verbis significat: »astipulante una motu ipsius diurno, cum Copernicanis potius numeris consentiente, eo quod paulo celerius certo dierum intervallo in antecedentia repedaret, quam Alphonsinorum concederet a Ptolemæo deducta ratiocinatio, idque ob minorem a Terris distantiam, quæ motum paulo intentiorem apparere efficiebat«. Hacne sola de causa temere concluderit, observationes demonstravisse, Martis parallaxin majorem esse quam Solis, certe contendere non possumus. KEPLERUS, cui ignota erat epistula ad Peucerum scripta, qui vero ipse ex illis observationibus parallaxin minimam vel nullam inveniebat<sup>1</sup>, sibi reperisse videbatur, ænigma illud per calculos quosdam in exemplo transscripto observationum anni 1583 discipuli alicujus manu conscriptos solvi posse, quibus distantiam Martis, quam initio illius anni a Terra habebat, juxta numeros theoriæ Copernicanæ minorem quam Solis fuisse repertum erat. Putabat Keplerus, hos calculos per errorem factos esse, cum Tycho credidisset, discipulum ipsius jussu quæsivisse, præberentne observationes ullam parallaxin, et illud, quod supra diximus, invenisse. At ita res se habere non potest; nam inter commentarios Tychonis manu scriptos, qui Vindobonæ asservantur, prima exempla horum calculorum invenimus, quæ ipsius Tychonis manu scripta sunt, quos in brevius contractos, additis quæ inde sequerentur, discipulus transscripsit. Errori igitur locus non est, et illi calculi ideo tantum confecti esse videntur, ut accurata distantia juxta Copernicum inveniretur. Tales calculi distantiam Martis etiam mense Januario anni 1585, cum iterum in oppositione erat, instituti sunt, non solum juxta Copernici theoriam, sed etiam juxta aliam quandam hypothesin, qua secundum circulum eccentricum et duos epicyclos Mars circa Terram moveri conjectabatur. E verbis Tychonis hæc sola causa efficitur illius conclusionis de distantia anni 1582, quod dicit de motu retrogrado. Ita nimirum res se habet, ut magnum illum observatorem latere non potuerit, theorias planetarum Ptolemaicas longe ultra illa amplificandas esse, quæ e Ptolemæi *Syntaxi* deduci possent, antequam cum observationibus tam bene congruerent quam theoriæ Copernicanæ, quamvis hæc vitiosæ essent. At has recipere non poterat, quia Terram moveri concedere nequibat, ac novum contra eas argumentum inde reperisse sibi visus est, quod duo cometæ, quos in oppositione Solis viderat, non ut planetæ superiores retrogradationem habebant. Ergo utrumque systema reiciendum novumque excogitandum esse existimavit.

<sup>1</sup> *De motibus stellæ Martis* cap. XI (Op. III pp. 219 et 474).

In libro de cometa anni 1577 systema a se »ante quadriennium« (i. e. anno 1583) »quasi ex inspirato« excogitatum adumbravit. In hoc, ut notum est, Terra centrum est universi, orbitarum Solis et Lunæ stellarumque fixarum sphaeræ, quæ 24 horis circa illam revolvitur secum ducens Solem Lunam planetasque. Sol autem centrum est orbitarum planetarum, quarum Martis Jovis Saturni orbitæ satis magnæ sunt, ut Terram intra se teneant. Sed ut distantia Martis in oppositione minor esset Solis distantia, semidiameter orbitæ illius paulo minor esse existimabatur quam diameter orbitæ Solis, ita ut alia aliam secare putaretur. Hoc multos æqualium offendisse notandum est; videntur homines palam illi quidem concessisse, solidas sphaeras non esse et orbitas nihil aliud esse nisi lineas mente conceptas, quæ re vera non essent, intus tamen veteribus opinionibus carere non potuisse.

Facile intellegitur, hoc systema, si mathematica spectes, cum Copernicano plane consentire; hoc enim uno differunt, quod initium coordinatarum illud in Terra, hoc in Sole ponit. Cum hodie astronomi planetæ alicujus coordinatas geocentricas ita supputant, ut primum a Sole proficiscentes coordinatas heliocentricas supputent, deinde ad eas, quas invenerint, Solis coordinatas geocentricas addant, quid aliud quam systemate Tychonico utuntur? Cum hoc systema Terram quiescere vellet, neque piis superstitionibus neque iis, quæ illa ætas de motus legibus, quæ in physicis valerent, prave docebat, repugnabat, ac nihilo minus progrediente doctrina æque ac Copernicanum amplius explicari poterat, sicut explicavit etiam Keplerus, cum fidem Tychoni morienti datam pie præstans theoriam suam motus planetarum juxta omnia tria systemata demonstraret. Itaque magno illo astronomo minime indignum erat, nec potest negari, antequam leges gravitatis inveniens NEWTON *causam* aperuisset, quare planetæ secundum orbitas ad normam sectionum conicarum accommodatas circa Solem moverentur, et BRADLEIUS aberrationem stellarum fixarum (anno 1728) inveniens motum annum uniuscujusque stellæ parvam quandam imaginem Terræ orbitæ exprimere ostendisset, prorsus certe contendere non potuisse, Sol an Terra motus centrum esset. Quæri tantum poterat, utrum veri similis esset, etsi concedendum est, post inventionem telescopiorum veri similis factum esse systema Copernici. Hæc causa erat, cur GALILÆUS Terræ motum certe demonstrare studens, quod ex antiquo ævo constabat, æstus accessus et recessus Lunæ deberi, temere aspernaretur et Terræ motui hanc rem imputandam esse ostendere conaretur.

Systema Tychonicum, ut quod Terram quietam relinqueret, in media quasi via inter Ptolemaicum systema et Copernicanum positum erat (quamquam Tycho semper certe negabat, hujus meram immutationem esse, et ipsum se illud de hoc non cogitantem invenisse affirmabat); suspicandum vero fuit, ante Copernicanum illud inventum esse. Factum esse potest, ut Copernico juveni in mentem veniret, sed ad systema heliocentricum, quod illud secun-

dum rationis leges consequitur, continuo certe progressus est. Nonnumquam etiam opinati sunt quidam, jam antiquo ævo notum fuisse illud systema. RAIMARUS URSUS, inimicus Tychonis, qui ipsum se systema Tychonicum invenisse contendebat, cum Tycho eum furatum esse insimularet, APOLLONIO Pergæo notum fuisse affirmavit, quod postea nonnulli probarunt. Quod ut refutaret, Tychonis hortatu anno 1601 KEPLERUS disputationem contra Ursum scripsit, quæ recentiore demum tempore inter opera ejus omnia edita est. Constat nunc inter omnes, systema Tychonicum unum tantum exemplum esse theoriæ illius generalis circulorum mobilium eccentricorum, quæ cum Apollonii nomine conjuncta est, etsi hic vix primus proposuit. In hac omnium planetarum orbitalium centra rectam lineam efficiebant, quæ per Terram atque Solem ibat; in systemate Tychonico omnia in unum locum, Solis centrum, coacta sunt. Tempore vero recentissimo SCHIAPARELLIUS, præclarus ille astronomus Græcorumque astronomiæ investigator, systema Tychonicum notum fuisse contendit HERACLIDI Pontico, qui Alexandri magni temporibus, centum fere annis ante Apollonium, vivebat; ac credit etiam, longius illum progressum esse, cum ante Aristarchum Terram quoque circa Solem moveri doceret. At cum certum videatur Mercurii Venerisque orbitalium centra Heraclidem in Sole posuisse et Terram 24 horis revolvi docuisse, tum propius systema Tychonicum eum accessisse nemo antiquorum scriptorum testatur. Quod vero ad Terræ motum attinet, certe testatur AËTIUS doxographus, Heraclidem Terram moveri docuisse, »neque tamen progredientem, verum se vertentem« (οὐ μὴν γε μεταβατικῶς, ἀλλὰ τροπικῶς), i. e. revolventem<sup>1</sup>. ARISTARCHUS autem, prius quam hypothesein heliocentricam poneret, per illamne opinionem viam sibi muniverit, quinque planetas circa Solem moveri, sciri non potest. Nihil igitur est, quod systema Tychonicum umquam antea publice propositum esse probet. Orto vero systemate heliocentrico, facile intellegitur, intercessionis causa illud propositum esse, ac satis veri simile est, ut plures eodem tempore proposuerint. Neque Ursus solus, sed etiam HELISÆUS RÆSLINUS hoc se fecisse contendebat; quorum conatus etsi Tycho tamquam de suis meritis, quæ ei videbantur, detrahentes indignans rejecit, nemo tamen negare potest, vere illos loqui potuisse.

Sæculo sequenti, cum vetus opinio, nihil aliud opus esse nisi systema linearum geometricarum, quo »phænomena salvari« possent, celeriter evanesceret, et systema Copernicanum paulatim victoriam reportaret, systema Tychonicum a compluribus receptum est, qui piis superstitionibus vel aliis dubitationibus tenebantur. Receptit inter alios PETRUS GASSENDUS, philosophus ille Epicureus, qui Tychonis vitam descripsit; qui tamen aperte confessus est, Copernicanum systema sese prælatum fuisse, nisi Scripturæ sacræ repugnare judicatum esset. Receptit etiam LONGOMONTANUS, di-

<sup>1</sup> AËTIUS *de plac. phil.* III 13 (DIELS, *Doxographi Græci* p. 378). Cf. SIMPLICIUS in ARIST. *de cælo* II 13 p. 293 b 30 (p. 519 Heiberg).

scipulus Tychonis, nisi quod Terram circa axem suum revolvi concedebat. At ut sæpe fit, si quis intercedere conatur, nihil admittebant illi, qui partium studiosi erant. GALILÆUS etiam adeo progressus est, ut in noto illo *Dialogo de maximis duobus systematis, Ptolemaico atque Copernicano* Tychonicum systema ne commemoraret quidem, quamquam affirmare licet, circa annum 1630 nullum justum iudicem huic prætulisse Ptolemaicum<sup>1</sup>; et in libello, quem »*Trutinatore*« vocant, quo argumentis Tychonis, quibus cometæ cælestes esse demonstrabantur, summa ope refragatur, occasione data utitur, ut systema Tychonicum obiter perstringat. Ait enim, »apud Ptolemæum et Copernicum esse systema mundi integrum summo cum artificio constructum et ad finem perductum, quale quid in Tychone ipse nondum videat«<sup>2</sup>. Hanc obtrectionem iniquissimam acriter propulsavit KEPLERUS in appendice libelli illius de cometis, qui inscribitur *Tychonis Brahei Dani Hyperaspistes*. In memoriam revocavit, quæ ipse libro de Marte hac in re effecisset, et quamquam ipse cum Copernico prorsus faciebat, justitia tamen, qua imbutus erat animus ejus ingenuus, eum cogit hos impetus repellere, qui ab homine illustri procedebant, cujus vitæ studium plane diversum erat, quique non satis cognoverat astronomiam mathematicam. Theorias planetarum Copernici ad systema Tychonicum integras adhiberi potuisse patet, quod ipsum Tychonem in *Progymnasmatis* (I p. 477) fecisse videmus, ubi Saturni theoriam eo consilio adumbrat, ut maximam planetæ a Terra distantiam inveniat, qua inventa futurum erat, ut fines simul systematis planetarum invenirentur. Hic utitur ea ratione, quam verbis »per epicycli epicyclium« designat Copernicus; planeta enim in circumferentia parvi epicycli moveri fingitur, circa quem eodem spatio temporis bis circumferatur, quo centrum hujus epicycli circuitum alterius epicycli majoris directione retrograda semel percurrat.

**V** Inquisitiones TYCHONIS de cometarum distantibus et novum ejus systema mundi magis quam pleraque alia studia ejus vulgus hominum delectabant. Secundum ordinem tenebat catalogus ejus stellarum, qui ipse quoque aliqua ex parte populo placere poterat, etsi observationibus, quas instituit, Lunæ et planetarum longe inferior est. Cassellis autem stellæ fixæ præcipue observabantur, quare non illic, sed Uraniburgi nova astronomia condita est.

Unum solum catalogum locorum stellarum fixarum illa ætas possidebat, quem præbebat PTOLEMÆI *Syntaxis* plus quam mille stellarum, qui, quamquam res non constat, creditur esse HIPPARCHI catalogus, quem ita correxit Ptolemæus, ut longitudes ad suum tempus accommodaret, cum præ-

<sup>1</sup> Cf. CARTESII *Principia philosophiæ* III 16—17.

<sup>2</sup> Sic KEPLERUS (*Op.* VII 272) interpretatus est GALILÆI verba: »de' quali due abbiamo i sistemi del Mondo interi e con sommo artificio costrutti e condotti al fine, cosa ch'io non veggo che Ticcone abbia fatta«. G. GALILEI, *Il Saggiatore* (Romae 1623) p. 25 (*Ed. naz.* VI p. 232).

cessionem haud satis recte aestimaret singulis annis 36" vel centenis annis 1°. Hic catalogus Tychonis tempore e duabus editionibus Latinis annorum 1515 et 1528 et Græca editione anni 1538 cognosci poterat. Collocationes stellarum ab initio tam accurate indicatæ erant, quam instrumenta Alexandrinorum permittebant, quare errores 10' fere vel etiam majores occurrebant; huc vero accesserant etiam errores librariorum, quo factum est, ut novus catalogus stellarum jam diu multum desideraretur. Arabes non observaverant positiones stellarum fixarum, sed catalogo Ptolemaico contenti fuerant, catalogus vero, quem observationibus nitens 150 fere annis ante Tychonis ætatem Samarcandi institutis confecerat ULUGH BEG, in Europa nondum notus erat. Norimbergæ autem WALTHERUS loca nonnulla stellarum fixarum definire conatus erat et rationem longitudinum earum definiendarum multo meliorem invenerat. Has enim Hipparchus e Solis longitudine per Armillas Zodiacales definierat, cum Lunam interponeret, quia, quamdiu Sol supra horizontem est, nulla stella fixa cerni potest; Walthero vero in mentem venit pro Luna Venere uti, quæ propter parvum diametrum, tardum motum exiguamque parallaxin multo utilior erat. Inter eas observationes, quæ in *Scriptis clarissimi viri Ioannis Regiomontani* anno 1544 typis descriptæ sunt, nonnullæ hujus generis inveniuntur, quæ anno 1489 et annis sequentibus institutæ sunt. Anno 1577, cum magnus cometa apparuit, armillas Tycho nondum possidebat, quare loca duodecim stellarum, quibus ei opus erat, ita definivit, ut altitudinem earum meridianam (unde sequebatur declinatio) per quadrantem dimetiretur et transitus earum per meridianum tempus observaret, ex quo interpositis Luna et stella  $\alpha$  Aquilæ ascensio recta definiebatur. Hæc tamen ratio, qua etiam Landgravius utebatur, propter horologiorum pravitatem maxime importuna erat, quare, cum primum fieri potuit, Venus adhibita est. Hoc factum est vere anni 1582, cum per sex fere septimanas plena luce Venus clare cerni poterat, etiam antequam meridianum transibat, ita ut in tanta altitudine observari posset, ut refractiones falso aestimatæ nihil nocerent. Sextante trigonico distantia Solis Venerisque mensura inibatur, cum umbra parvi illius cylindri, qui in centro arcus erat, in pinnacidium mobile caderet. Declinationum mensura per armillas fiebat, ac, si fieri poterat, etiam altitudinum meridianarum. Eodem modo post Solis occasum cum nonnullis e stellis lucidissimis, quæ prope Eclipticam erant, Venus conjungebatur. Tum Solis atque harum stellarum uniuscujusque differentia ascensionis rectæ facile supputabatur, et cum nota esset Solis ascensio recta, ita reperta erat stellæ ascensio recta absoluta; declinationis autem mensura recta via facta erat. Quantum eo tempore, quod inter observationes diurnas et nocturnas intercesserat, Sol et Venus locum mutavissent, ratio satis habebatur. Deinde stellæ ita definitæ cum stella  $\alpha$  Arietis, quæ prope æquinotium vernale lucidissima est, conjungebantur. Annis sequentibus, quoties fieri poterat, hæ observationes redintegrabantur, et ut vis parallaxis et refractionis

avertetur, bina inventa conjungebantur, prout Venus Solem ab oriente vel occidente aspiciebat, talibus delectis observationibus, ubi, quantum fieri poterat, eandem altitudinem et declinationem et a Terra distantiam uterque habebat. Hac ratione Tychoni contigit, ut optime rem perageret; ea enim ascensio recta,  $26^{\circ}0'30''$ , quam stellam  $\alpha$  Arietis exitu anni 1585 habuisse ad extremum inventum est, solis  $15''$  minor est ea, quam ex ascensione recta anni 1755 a BRADLEIO indicata, ratione habita motus proprii ab AUWERSIO reperti, illo tempore eam habuisse supputari potest.

Deinde aliæ octo stellæ principales, in sua quæque cæli parte, accurate definitæ sunt, cum declinationes et distantia alius ab alia recta via observantur, quibus factis triangulum sphaericum, quod faciebant polus ac bina stellæ, angulum polarem sive differentiam ascensionum rectarum dabant. Etsi numeros non tam accuratos Tycho adeptus est quam sibi videbatur, quia eo in errorem ductus est, quod summa illarum differentiarum paucis tantum partibus secundis a  $360^{\circ}$  differebat, multo tamen accuratiores erant, quam priores astronomi adepti erant. Hoc quidem apparet ex comparatione locorum illarum novem stellarum, quæ exitu anni 1585 definitæ sunt, cum numeris Bradleii atque Auwersii, errorem veri similem ascensionum rectarum tantum fuisse  $\pm 24''.1$ , declinationum vero  $\pm 25''.9$ , ratione habita mediæ refractionis.

Quantum præstaret Tychonis ratio causas errorum tollendi, apparuit, ubi primum Cassellis in observatorio Landgravii ascensiones rectæ absolutæ definiri cœptæ sunt. Hic initio pro Venere Jupiter adhibebatur, qui cum cerni non possit, quamdiu Sol supra horizontem est, per longius temporis spatium horologiis confidendum erat; quod hic tamen minore periculo fieri poterat quam apud Tychonem, postquam ad horologia corrigenda perpendiculis oscillatoriiis uti cœperat BUERGIUS. Anno vero 1587 Veneris usus receptus est, et observatis altitudine et azimutho longitudo Aldeboræ definita est. Longitudines ad annum 1586 accommodatæ bene illæ quidem concordabant inter se, sed plus  $6'$  majores erant iis, quas invenerat Tycho. Hoc nihili faciendum esse Landgravius existimabat, quoniam adhuc nemo ne tam accurate quidem longitudes definire potuisset. Causa erat, quod jam KEPLERUS suspicatus est<sup>1</sup>, parallaxis Solis  $3'$  falso æstimata, quæ observationibus Cassellis factis imprimis nocebat, quæ omnes hieme, cum et Sol et Venus parvam altitudinem habebant, institutæ nec cum aliis conjunctæ erant, quibus, ut Hvenæ factum erat, errores, quantum fieri posset, avertentur. Hoc perpetuo  $6'$  errore postea factum est, ut catalogus Cassellis inceptus (qui nunquam absolutus est) ad annum 1593, quocum longitudes congruunt, accommodatus esse falso putaretur.

His novem stellis principalibus et duodecim aliis, quæ prope Eclipticam

<sup>1</sup> KEPLER, *Ephemeris ad annum 1617* (Op. VII p. 494): »Necesse est hinc oriri conglotationem aliquam, ut in montibus nivium.«

erant, tum aliis rursus, quæ per has definitæ erant, Tycho nixus catalogum stellarum paulatim ad finem perduxit, cum eadem semper ratione uteretur, qua in novem illis definiendis usus erat. Uniuscujusque stellæ distantiam ab aliis duabus, altera antecedenti, altera consequenti, dimetiri solebat, sin vero majores erant declinationes, comparisonis causa tres stellæ sæpe adhibebantur. Vix tamen opus est dicere, singula loca stellarum non adeo accurate definita esse, quam novem stellarum principalium loca definita esse supra invenimus. Ita ille catalogus 777 stellarum ortus est, qui in *Progymnasmatibus* typis descriptus est. Anno autem 1595 observationes stellarum fixarum Tycho denuo aggressus est, ut numerum 1000 compleret, et hoc consilio etiam primis duobus mensibus anni 1597, cum in eo erat, ut Hvenam relinqueret, celeriter observationes instituit. Vivo Tychone catalogus perfectus libris tantum manu scriptis nonnullis viris illustribus privatim distributus est, sed post mortem ejus in KEPLERI *Tabulis Rudolphinis* anno 1627 typis descriptus et editus est; LONGOMONTANUS vero, qui in eo conficiendo Tychoni imprimis præsto fuerat, quare multas ex observationibus posterioribus fide indignas esse optime noverat, 777 illas stellas in *Astronomiam Danicam* suam recipere satis habuit.

Non est obliviscendum, etiam magnitudines stellarum in catalogo sæpe indicatas esse, atque ita quidem, ut duobus additis punctis (:) stellam paulo lucidiorem, uno vero puncto (·) paulo debiliorem indicata magnitudine esse significaretur. Hæc tamen operis pars non nimis diligenter confecta esse videtur.

Per totum fere sæculum XVII alius nullus major catalogus stellarum, in quo collocationes accurate indicatæ essent, reperiebatur quam Tychonis. Anno vero 1690 ei successit catalogus HEVELII, qui paulo erat accuratior et instrumentis prorsus similibus confectus erat, quæ ne telescopiis instrueret, Hevelius recusaverat, quamquam ejus tempore instrumenta metiendi talibus ornari solebant. Deinde initio sæculi XVIII cum apparuit FLAMSTEEDII catalogus, illi ambo plane obsoleverunt.

Ut observationes suas ad justam normam referret, numerum constantem præcessionis æstimabat Tycho 51", quem numerum e comparatione collocationum Reguli et Spicæ a se inventarum cum iis, quas indicaverant HIPPARCHUS et ALBATEGNIUS et COPERNICUS, elicuit. Cum numerum hunc constantem statueret, veterem opinionem de trepidatione æquinoctiorum sive inconstantia præcessionis improbavit. Hujus tamen erroris memorabilis historiam hic non scribimus, quod jam alio loco fecimus<sup>1</sup>. Hoc solum in memoriam revocamus, ortum eum esse inter HIPPARCHI et PTOLEMÆI tempora (quamquam hic ejus mentionem non facit), et primum ejus auctorem fuisse videri Alexandrinum aliquem, qui in fixa Babyloniorum Ecliptica principium signorum Zodiacalium quinto fere gradui Eclipticæ mobilis respondere

<sup>1</sup> *History of the Planetary Systems* pp. 203 et 276.



invenisset. Scriptores vero paulo posteriores, alii in octavo, alii in decimo, alii in duodecimo gradu Arietis æquinoctium ponunt, quæ discrepantia causa fuisse videtur, cur æquinoctia nihil aliud quam ultro citroque oscillari crederentur. Postea hæc sententia ab astronomis Arabibus immutata et amplius exulta est; nam cum numerus a Ptolemæo receptus, singulis annis  $36''$ , a suis observationibus discrepare iis videretur, præcessionem inconstantem esse concluderunt. ALPHONSUS rex eam inter  $26''^{.45} \pm 28''^{.96}$  sive a  $+ 55''^{.41}$  ad  $- 2''^{.51}$  variare existimabat, quare decimam sphæram addere opus erat, quæ ceteris omnibus, ut quæ primum mobile esset, revolutionem diurnam imperficeret, cum nona sphæra causa esset motus progredientis, octava vero periodici, quorum ille 49000 annorum per cæli circuitum, hic 7000 annorum per duos circulos parvos æquinoctia ferret. Quin etiam COPERNICUS præcessionem  $50''^{.20} \pm 15''^{.37}$  æstimans trepidationem acceperat. TYCHO eo quidem tempore (a. 1588), cum primum *Progymnasmatum* caput scribebat, talem inconstantiam aliqua ex parte agnovisse videtur, quoniam ambitus anni discrepantiam, quam collatis observationibus diversis temporibus per sæcula institutis invenerat, ita explicabat. Postea vero tales discrepantias erroribus observandi imputandas esse perspexit (*Progymn.* I p. 253 sqq.), et quamquam etiam KEPLERI animus inclinatus erat, ut præcessionem non prorsus constantem esse crederet, vere tamen dici potest Tycho finem fecisse veteri illi errori de trepidatione iisque machinationibus implicatis, quæ causa ejus esse putabatur.

Inde quod æquinoctia per parvos circulos circa mediam quandam collocationem moveri putabantur, facile consecutum est, ut obliquitas Eclipticæ inconstans esse existimaretur. Hanc HIPPARCHUS existimaverat proximam esse  $24^{\circ}$ , quo numero etiam ERATOSTHENES usus esse videtur.<sup>1</sup> PTOLEMÆUS autem reperit, distantiam solstitiorum esse inter  $47^{\circ} 40'$  et  $47^{\circ} 45'$ , et  $\frac{1}{11}$  totius circuitus eam esse dicit, quod obliquitatem dat  $23^{\circ} 51' 20''$ .<sup>2</sup> Erat re vera anno Domini 150  $23^{\circ} 40' 35''$  et anno a. Chr. n. 220 fuerat  $23^{\circ} 43' 20''$ . Cum astronomi Arabes invenissent  $23^{\circ} 33'$  vel  $23^{\circ} 35'$ , quidam eorum opinati sunt, eam inter  $23^{\circ} 53'$  et  $23^{\circ} 33'$  variare. TYCHO ipse æstimavit eam  $23^{\circ} 31\frac{1}{2}'$ ; erat autem re vera anno Domini 1580  $23^{\circ} 29' 38''$ , quod satis bene cum eo numero  $23^{\circ} 29' 46''$  congruit, quem BUGGIUS, astronomus Danus, anno 1791 ex observationibus Tychonis elicuit.<sup>3</sup> In epistula die 16 mensis Novembris anni 1599 ad HERWARTUM de Hohenburg scripta Tycho exponit, complures sibi esse rationes, collocationibus stellarum a Ptolemæo indicatis nitentes, cur dubitaret, num veterum temporibus tanta fuisset obliquitas, quantam illi existimavissent. Hoc rectissime judicabat, etsi in eo modum non servabat, quod eos  $20'$  plane erravisse et obliquitatem fortasse ne minimum quidem

<sup>1</sup> Cf. BERGER, *Die geographischen Fragmente des Eratosthenes* p. 131.

<sup>2</sup> *Synt.* I 12 (p. 67—68 Heiberg).

<sup>3</sup> *Astron. Jahrbuch für 1794*, p. 100.

mutatam esse suspicabatur; sed cum trepidationem recte rejecerit, facile intellegitur, etiam inconstantiam obliquitatis (quæ nimis sane magno æstimabatur) eum rejecisse, præsertim cum ea obliquitas, quam invenerant Arabes, paucis tantum minutis ea, quam ipse invenerat, major esset.

**VI.** Viginti annos Hvenæ TYCHO studiis operam dederat, cum vere anni 1597 hanc insulam et brevi post etiam patriam relinquere sese oportere existimavit. Hujus consilii causas hic non locus est singulas perquirendi; cum vero exilium Tychonis ad studia astronomiæ promovenda maximum momentum ideo habuerit, quod ita solum KEPLERO licuit per reliquum vitæ spatium observationibus Tychonis liberrime uti, pauca de ea re dicenda sunt.

Satis notum est, Tychoni, quamvis magna essent ejus merita, ipsius tamen culpa cum iis viris, qui Daniæ rei publicæ præessent, multas inimicitias intercessisse. Præterea autem officia, quæ cum magnis pecuniæ donationibus, quas multos per annos acceperat, conjuncta erant, magna semper negligentia exsecutus erat. Quod sine dubio regis adolescentuli animum contra eum iniquum reddidit; ille enim magna justitia impletus erat et ab homine, qui colonos quidem, quos non omnia sibi, quæ deberent, reddere arbitraretur, summa acerbitate tractaret, ipse vero in suis officiis rei publicæ præstandis negligens esset, facile alienari poterat. Hæc certe præcipua causa erat, cur anno 1596 prædium, quod in Norvegia feudi jure possidebat, ei detraheretur. Quæ contra eum insidiæ struebantur, etiam a nonnullis professoribus universitatis sustentabantur, quos magno opere concitaverat Tychonis vanæ fidei, medicinæ imprimis Galenianæ, contemptus aperte pronuntiat. Etsi vero Tycho sumptus circumcidere coactus erat, hæc tamen causa satis idonea non erat, cur patriam relinqueret, quoniam brevi post pecuniam satis amplam ducibus Mecklenburgensibus mutuam præstare poterat. Gravior causa erat sine dubio condicio humilis, qua in societate civili liberi ejus, qui illo ipso tempore ætate adulta erant, utebantur, utpote qui a muliere ignobili progeniti essent. Facile dicebat ille quidem, ut sæpe in carminibus, gradum dignitatis et clipeum nobilitatis nihili se æstimare; acerbum tamen ei fuit, quod duobus ejus filiis, cum annis 1590 et 1593 in academiam Soranam missi essent, inter discipulos ignobiles locus assignatus est. Hac de causa anno 1594 eam partem Knudstorpæ, paterni sui prædii, quæ ei obvenerat, vendidit. Præterea filiam suam natu maximam discipulo cuidam sponderat, qui matrimonium mulieris nobilis affectare non potuit; cujus affinitatis dissolutio magnam ei molestiam attulit. Ac licet etiam suspicari, eum sibi finxisse, fieri posse, ut magni sui observationum thesauri, quibus astronomia instauranda esset, hac causa illata sibi eriperentur, quod publica pecunia collecti ideoque ipsi publici essent. Hæc quidem mera est opinio, sed facile certe in mentem ei venire poterat amicus ejus VEDELIUS, qui silvam rerum, quam, ut historiam Daniæ illustraret, magno labore collegerat, alteri tradere coactus erat, quia uti ea nimis cunctari videbatur.

Quomodocumque se hæ res habuerunt, quarum complures, atque eas imprimis, quæ ad eorum hominum rationes attinet, qui rei publicæ præpositi erant, nobis parum cognitæ esse dolendum est, animo certe elato Tycho calamitatem suam tulit. Dum variis locis actiones instituit, ut novam sedem et novas opes ad operam suam continuandam inveniret, apud HENRICUM RANTZOVIVM in castello Wandesburgo prope Hamburgum habitabat. Ex instrumentis suis paucis tantum uti poterat; nam pleraque condita erant, et quattuor e maximis, inter quæ Armillæ maximæ et Quadrans chalybeus, quæ omnium fere maximas partes agebant, etiam tunc Hvenæ erant ac postea demum in Bohemiam ad eum missa sunt. Verum non quiescebant planetæ, quia custos eorum melioribus auxiliis carebat, atque animo invicto Tycho ad motus eorum, quantum fieri poterat, observandos accessit. Radio a prima ætate contempto uti quam omnino nihil efficere præferebat. Etsi vero angulos horales stellarum per armillas observando tempus definire non poterat, ita rem perfecit, ut annotaret, quod temporis momentum horologium indicaret, cum duæ stellæ majores, quarum altera Stella Polaris esse solebat, lineam verticalem efficerent, ex quo tempus supputari poterat. Contigit tamen ei, ut initio anni 1598 Quadrantem suam volubilem erigeret, qui magno ei usui fuit. Ut suarum observationum vitiis mederetur, observationum planetarum a DAVIDE FABRICIO, observatore diligentissimo, in Frisia Orientali institutarum exempla transscripta comparavit. A mense Decembri anni 1598 aliquot menses Wittembergæ observationes fecit, donec tandem æstate anni 1599 in Bohemia portum invenit. Sed hic quoque ordini et constantiæ laborum incommodum attulit, quod sæpius in alium locum demigravit: Praga Benachiam, hinc rursus Pragam, primum in villam imperatoris FERDINANDI, denique CURTII domum, ubi mortem obiit. Sed in omnibus difficultatibus observationes usque ad ultimum finem continuatæ sunt, ac præcipue postquam omnia instrumenta, ultima prope exitum anni 1600, in Bohemiam perlata sunt.

Cum Tycho Daniam relinqueret, nondum absolutum erat illud opus, quod, quamquam ipse non ita voluerat, morte ejus præmatura caput factum est omnium, quæ scripserat. Anno 1588 *Progymnasmatum* partem primam conscribere cœperat, quæ eodem anno typis describi cœpta est. Sed tarde egerunt typographi, primum quia deerat charta, donec moletrina chartaria Hvenæ exstructa est, tum quia inquisitiones, de quibus in libro agitur, nondum omnes absolutæ erant. Absolutæ tamen erant, quæcumque ad novam stellam pertinebant, quare hæc typis descripta sunt, cum aliquot quaterniones præcedentes interim vacui relinquerentur. Cum ita post primum caput, quod de Sole agebat, aliquid spatii superesse appareret, appendicem inseruit de Lunæ motu, quamquam ad novam stellam aut definitionem locorum stellarum fixarum hic nihil pertinebat. Sed magna ipsius Tychonis inventa, quæ ad Lunæ motum attinebant, causa fuit, cur hæc appendix brevi ante mortem

ejus absolveretur, ita ut post illam demum liber editus sit. Eodem vero tempore, quo hic, alius liber Uraniburgi typis descriptus erat, *Epistolæ* GUILLELMI Hassiæ Landgravii hujusque astronomi CHRISTOPHORI ROTHMANNI ad Tychonem scriptæ hujusque ad illos responsa; qui liber anno 1596 emissus est. Hæ epistolæ inter omnes, quas ad externos homines doctos Tycho misit ab illisque accepit, longe gravissimæ sunt (etsi inter illos erant SCALIGER KEPLER aliique); uberrime enim in iis disputatur de rationibus observandi, quæ Uraniburgi adhibebantur, iisque, quæ ibi inventa sunt; quare plurimum inde discere possumus.

Wandesburgo autem anno 1598 Tycho librum emisit, qui inscribitur *Astronomiæ instauratæ Mechanica*, quo instrumentorum ejus descriptiones continentur. Facile intellegitur, cum novam sedem quæreret, interfuisse ejus, ut mundo ostenderet, quæ perfecisset, quare operum suorum conspectum adjecit. Commemorat orbitæ Solis elementa correctæ, quæque in theoria Lunæ invenisset, loca mille stellarum accurate definita, refutationem veteris erroris de trepidatione æquinoctiorum, ingentis planetarum observationum molis collectionem eo consilio diligenter paratam, ut novas tabulas motuum eorum conficeret; denique demonstrationem a se perfectam, cometas cælestes esse ac longius quam Lunam distare. Splendidum profecto testimonium dedit, dignum se esse, qui cum HIPPARCHO PTOLEMÆO COPERNICO eodem loco esset. Etiam catalogi stellarum exempla manu scripta viris potentibus missa sunt, et in usum imperatoris diarium annorum 1598 et 1599 confectum est, ad quod accedebat procœmium historicum uberius. Hic liber unus erat e tribus, quos RUDOLPHO imperatori, cum primum ad eum admissus esset, Tycho obtulit. Numquam typis descriptus est, atque hodie procœmium solum et fragmenta ephemeridum exstant, quæ nos nunc primum edituri sumus.

Restant etiam, quæ dicenda sint de Tychonis studiis ad Solem Lunam planetasque pertinentibus, quorum illa de Sole et Luna in *Progymnasmatum* prima parte describuntur, cum de planetarum motu ad eos tantum calculos pervenerit, qui præparationis causa faciendi erant.

Eo jam tempore, cum Tycho Hvenæ domicilium collocavit, Solis altitudinem meridianam constanter observare cœpit eo consilio, ut Solis orbitam annuam accurate definiret, ac prout crescebat numerus instrumentorum ejus, pluribus quadrantibus simul utebatur. Post mensem Martium anni 1582 imprimis utebatur magno Quadrante murali, declinationes vero, postquam exædificatum erat Stellæburgum, per Armillas maximas satis constanter observabat. Sed post annum 1590, cum ea pars *Progymnasmatum*, quæ ad Solem pertinebat, absoluta et typis descripta esset, Solem minus constanter observabat. Æquinoctia annorum a 1584 ad 1588 diligenter definita sunt. Sed quia solstitiorum tempus accurate definire difficile erat, propterea quod declinatio, cum maxima est adversus septentriones et adversus meridiem, tardissime mutatur, ad Solis orbitam definiendam illis Tycho non utebatur. Pro

hoc tempus definiebat, cum Sol  $45^{\circ}$  ab æquinocitiis erat, in mediis Tauro et Leone, cum Copernicus idem fecisset in Scorpione et Aquario, quos propter parvam Solis altitudinem majoremque parallaxis et refractionis effectum multo illis minus aptos esse recte ait Tycho. In Apogæi longitudine definienda melius egit quam Copernicus. Invenit enim  $95^{\circ} 30'$  cum annuo motu  $45''$ , qui  $61''$  esse debuit; Copernicus invenerat  $24''$ , qui numerus longe inferior quam præcessionis est. Cum vero hic æquationem centri paulo minorem fecisset quam debuit (invenerat enim  $1^{\circ} 51'$  pro  $1^{\circ} 55'$ ), Tycho eam nimis magno æstimavit,  $2^{\circ} 3\frac{1}{2}'$ , quæ respondet eccentricitati orbitæ  $0.03584$ . Spatium anni tropici e comparatione suarum observationum cum quibusdam WALTHERI (quæ altitudine poli, quæ Norimbergæ est, accuratius definita denuo ad calculum vocatæ sunt) invenit esse  $365^d 5^h 48^m 45^s$ , una fere parte secunda minus, quam re vera est. His elementis usus novas tabulas Solares confecit, quæ minus quam minuti parte ab observationibus discrepabant, cum Alphonsinæ et Prutenicæ tabulæ  $15'$  vel  $20'$  sæpe erravissent. Compluribus ex iis, quibuscum litterarum commercio junctus erat, Solis ephemerides misit, quæ secundum novas tabulas supputatæ erant.

Quamvis probandæ fuerint hæ inquisitiones, nihilo tamen æstimandæ sunt, si cum iis comparantur, quæ de Lunæ motu præclare Tycho invenit. Hoc ei contigit, eo quod inde ab anno 1582 Lunam constantissime observaverat, atque id quidem, quantum fieri poterat, in puncto nonagesimali, i. e. eo loco motus Lunæ diurni, ubi latitudo sola, non longitudo, parallaxi afficitur. Neque ut astronomi priores satis habebat eam præcipue in syzygiis et in quadraturis observare, sed per totam orbitam menstruam quotannis eam persequabatur. Constanter etiam deliquia observabat et loca observata cum iis, quæ e tabulis supputata erant, frequenter comparabat.

Inveniant jam Græci, lineam nodorum annis  $18\frac{1}{2}$  per cæli circuitum ab oriente adversus occidentem circumferri, cum linea apsidum 9 fere annis contraria directione circumferretur. Eccentricitatem definierat HIPPARCHUS et maximam æquationem centri invenerat  $5^{\circ} 1'$ . Intellexerat autem, hanc non semper rem explicare, sed cum observationes deessent, longius progredi non potuerat. PTOLEMÆO vero contigit, ut »secundam inæqualitatem«, quæ nunc evectio appellatur, inveniret, et Hipparchi theoriam ita maximum errorem præbere reperit, si eodem tempore, quo in quadrato Solis Luna esset, maxima esset æquatio centri. Hujus rei ita rationem habuit, ut Lunæ epicyclum non in circulo deferenti, in cujus centro Terra esset, sed in circulo eccentrico moveri arbitraretur, atque hoc ita quidem, ut motus angularis, quem in hoc haberet, non ex centro circuli deferentis, sed e Terra conspectus æquabilis esset; evectionem autem æstimavit  $1^{\circ} 19' 30''$ . Sed observationibus sequentibus apparuit, restare etiam aliquam inconstantiam, quæ nondum explanata esset, neque tamen Ptolemæo contigit, ut tertiam inæqualitatem vel legem, cui obnoxia esset, inveniret. Hoc solum modo observationibus theoriam ac-

commodare studuit, ut lineam apsidum epicycli (e qua anomalia, i. e. motus in epicyclo, initium capere existimabatur) non adversus Terram, sed adversus aliud quoddam punctum in linea apsidum circuli deferentis ita positum, ut inter hoc et centrum circuli deferentis media Terra esset, directam esse existimaret. Hæc vero πρόσνευσις τοῦ ἐπικύκλου non idem efficit, quod tertia inæqualitas a Tychone inventa; illa enim et ab elongatione Lunæ a Sole et ab anomalia, tertia vero inæqualitas a sola elongatione pendet.

Quamquam astronomi Arabes theoriam Lunæ Ptolemaicam ne minimum quidem mutaverunt, miro errore nonnulli putaverunt, eam correctionem (*mohazat*), quam »tertiam inæqualitatem« appellasset ABU'L WEFA, eandem fuisse, quam Tycho invenisset. Re vera illa prorsus similis est Ptolemæi prosneusi. Complures quidem astronomi orientales Lunæ motum accurate descripserunt, sed nemo eorum, ne Abu'l Wefa quidem, quicquam dixit, quod cum theoria Ptolemaica non prorsus congruat. Si quisquam fuit, qui Tychoni præierit, nemo alius fuisse potest quam Ptolemæus, qui prosneusi sua, ut jam ante dictum est, nihil aliud quam secundam inæqualitatem corrigere frustra conatus est.<sup>1</sup>

COPERNICUS Lunæ motum multo simplicius quam Ptolemæus explanaverat et immensas parallaxis et diametri apparentis Lunæ mutationes evitaverat, quæ manabant e constructione Ptolemæi, at cum rerum natura nihil commune habebant. Æquationis quidem centri ita rationem habebat, ut epicyclum per circulum deferentem Terræ concentricum media Lunæ celeritate moveri existimaret, sed ut secundam inæqualitatem explanaret, pro circulo deferenti eccentrico alterum epicyclum adhibebat, cujus centrum mense anomalistico directione retrograda per priorem moveri existimabat, cum singulis mensibus synodicis recta directione per alterius epicycli circuitum Luna ita bis moveretur, ut in omni syzygio medio Terræ proxima esset et in omni media quadratura longissime ab ea distaret. TYCHO denique alio modo mutationem longitudinis descripsit. Centrum circuli deferentis, cujus radium = 1 posuit, in parvo circulo collocavit, cujus radium 0.02174 æstimavit; in hujus autem circuitu Terram collocavit, ita ut in syzygiis centrum illius in Terræ centro esse et in quadraturis longissime ab eo distare existimaret. Duos autem introduxit epicyclos, quorum radios 0.058 et 0.029 æstimavit; prioris periodum mensem anomalisticum esse putabat, cum per alterum Luna contraria directione velocitate duplo majore moveretur, ita ut in Apogæo 0.029 extra circulum deferentem et in Perigæo 0.087 intra eundem esset. Duo igitur illi epicycli primam inæqualitatem efficiebant, cum maxima esset, 4° 59' 30", circulus autem, qui per Terram ibat, alteram efficiebat 1° 14' 45", qui numerus tantum 1' 42" vero minor est.

Verum illam quæstionem, quam neque Ptolemæo neque Arabibus neque Copernico contigerat ut solverent, solvit Tycho, qui tertiam inæqualitatem,

<sup>1</sup> Cf. *History of the Planetary Systems* pp. 252—256.

»variationem«, invenit, cujus cum magnitudinem, tum legem, qua ageret, indicavit. In epistula die 12 mensis Augusti anni 1595 ad HAGECIUM data, postquam exposuit, »theoriam Copernici in noviluniis et pleniluniis et quadraturis utrisque utcumque locum mereri, ut ne in his quidem requisita præcisione omnia expediat«, sic pergit: »In locis vero quattuor, quæ jam dictis intermedia sunt, nequaquam apparentias salvat, nisi dimidii gradus«; ac tribus annis post in eo conspectu operum suorum, quem in *Astronomiæ instauratæ Mechanica* dedit, Lunam et »aliam quandam inæqualitatis insinuationem« habere ait. Hujus tertiæ inæqualitatis ita rationem habere noluit, ut tertium adderet epicyclum, sed centrum prioris epicycli in circulo deferenti 40'.<sup>5</sup> in utramque partem mediæ suæ collocationis oscillari existimavit, ita ut in syzygiis et quadraturis hanc teneret et in octantibus longissime ab ea distaret; ita totius librationis periodus dimidia pars erat circuitus synodici. Numerus autem 40'.<sup>5</sup> uno admodum minuto major erat, quam esse debuit; quæ exigua est differentia.

Sed in longitudinis mutatione quartam etiam inæqualitatem observationes Tychois ostenderunt. Die 21 mensis Martii anni 1599 Wittembergæ LONGOMONTANO scripsit, deliquium Lunæ diei 31 mensis Januarii ejusdem anni cum theoria non congruisse, sed  $\frac{2}{3}$  horæ serius evenisse, cum exspectavisset, fore ut æque atque illud, quod die 19 mensis Januarii anni 1581, ipsum quoque prope Apogæum, evenisset, congrueret. Cum res diligentius perquisita esset, observatum Lunæ locum, cum Sol a Perigæo ad Apogæum moveretur, i. e. in priore anni dimidio, eum, qui ratione inventus esset, subsequi et in altero anni dimidio ei antecedere apparuit. Initio Tycho, cum Wittembergæ adhuc esset, ubi ad mensem Junium anni 1599 manebat, »circellum annuum« in theoriam introduxit; in hac autem urbe folia theoriæ Lunæ, quæ adhuc deerant, typis descripta sunt. Postea vero, cum Pragæ versaretur, numerus circulorum nimis magnus ei visus est, quare assensus est sententiæ Longomontani, qui »æquationis annuæ« ita rationem habendam esse censebat, ut Lunæ æquatio temporis adhiberetur, quæ a Solis æquatione 8<sup>m</sup> 13<sup>s</sup> per sinum anomalie Solis multiplicata differret. Ceterum ita vix dimidiæ partis æquationis annuæ, 4'.<sup>5</sup>, ratio habita est, atque aliquot demum post annos verum numerum 11' Keplerus invenit.<sup>1</sup>

Neque tamen prætermittendum est, eodem fere tempore KEPLERUM, qui in hac re a Tycho non pendebat, æquationem annuam ita invenisse, ut observationes trium deliquiorum anni 1598 cum temporibus ratione inventis compararet. In epistula autem die 29 mensis Januarii anni 1599 ad HERWARTUM data opinionem memorabilem jecit, causam rei vim esse posse, quæ a Sole proficisceretur, quare hieme fortissima esset, cum Terra et Luna proxime Solem essent; quam tamen opinionem postea rejecit.

<sup>1</sup> Cf. KEPLERI *Opera omnia* III p. 28 et VIII p. 627.

Progredientes jam ad Lunæ latitudinis mutationem æque magna hic Tychonem invenisse reperimus. Inclinationem Lunæ orbitæ adversus Eclipticam HIPPARCHUS et PTOLEMÆUS æstimaverant  $5^{\circ}$ , quem numerum servaverat COPERNICUS. Nonnulli tamen astronomi Arabes numeros discrepantes invenerant, ut IBN JUNIS  $5^{\circ} 3'$  vel  $5^{\circ} 8'$  sese invenisse ait. TYCHONI primum dubitatio mota est de numero Hipparcheo, cum observationem quandam cometæ anni 1577 ad calculos vocaret. Die 1 mensis Novembris cometæ distantiam a Luna metiendo invenerat  $18^{\circ} 30'$ , cum distantiam a stellis observatæ per supputationem efficerent distantiam a Luna  $18^{\circ} 9'$ , ratione habita Lunæ parallaxis. Hanc discrepantiam initio refractioni imputavit, sed mense Augusto anni 1587, cum Luna prope Cancrum maximam latitudinem meridionalem haberet ideoque tam elevata esset in cælo, ut nec parallaxis nec refractionis error multum efficere posset, inclinationem invenit  $5^{\circ} 15'$ . Tum quidem animo concepit, fieri posse, ut post Ptolemæi tempora mutata esset inclinatio, sed jam anno sequenti (ut ex epistula ad BRUCÆUM Rostochium missa apparet) novam inæqualitatem Lunarem hanc esse intellexit. Postea vero multas suas observationes Lunæ perscrutando inclinationem inter  $4^{\circ} 58' 30''$  et  $5^{\circ} 17' 30''$  variare vidit, et mense Septembri anni 1595 retrogradationem nodorum non æquabilem esse, sed ita variare invenit, ut veri nodi usque ad  $1^{\circ} 46'$  mediis suis locis antecedere vel ea subsequi possent. Hoc ita explicavit, ut verum polum Lunarem circulum, cujus radius esset  $9' 30''$ , circa medium polum describere existimaret, atque hoc ita quidem, ut in syzygiis inclinatio minima (quod mutabilitatem Ptolemæum latuisse explanaret) et in quadraturis maxima esset. Hæc constructio in syzygiis et quadraturis nullam dedit æquationem lineæ nodorum, in octantibus vero primo et tertio  $+ 1^{\circ} 46'$ , in secundo et quarto  $- 1^{\circ} 46'$ , ita ut motus proportionalis esset 2 ( $\odot - \odot$ ). Quæ autem hoc modo inventa erant, cum observationibus Tychonis, qualis erat earum subtilitas, bene congruebant. Memoratu vero dignum est, sæculo XVIII etiam NEWTONIUM HALLEIUM EULERUM eadem duplici ratione latitudinem Lunæ correxisse, ita ut de æquatione inclinationis et lineæ nodorum separatim agerent, neque quemquam ante TOBIAM MAYERUM demonstravisse, duas has correctiones in unam correctionem latitudinis conjungi posse, quæ esset  $8' 49''$  per sinum anguli multiplicata, qui duplex esset elongatio a Sole, deducto argumento latitudinis.

Itaque ante mortem Tychonis magnæ motus Lunæ perturbationes omnes inventæ erant præter solam accelerationem sæcularem medii motus, quæ sine comparatione observationum sæculorum spatio interjecto institutarum inveniri non poterat et sæculo demum XVIII ab HALLEIO inventa est. Post Ptolemæi ætatem nullus astronomus ante Tychonem scientiæ motus Lunæ quicquam addiderat; quam immensos vero progressus hic fecerat!

Fieri non potuit, quin extremis vitæ annis, quando tot ægritudines Tychonem circumstabant, magna eum voluptate affecerit, quod Luna cursus sui, quem



tam diu persequebatur, tot mysteria ei aperuit. Hoc eum impulit, ut inquisitiones suas de planetarum motibus resumeret, quas sæpius ingressus erat. Omnium quinque planetarum loca observata cum tabulis semper quidem Tycho comparaverat, sed præterea ex libris ejus manu scriptis nonnulla experimenta cognovimus, quibus numeros elementorum orbitarum planetarum ad tabulas Prutenicas adhibitos eo consilio corrigere studebat, ut loca ratione inventa observationibus melius accommodaret; ut Saturni oppositionibus, quæ annis a 1582 ad 1593 evenerant, usus est, mediam longitudinem, longitudinem Apogæi, eccentricitatem quibusdam numeris mutavit, neque tamen ad finem pervenit. Sed omnes hi calculi ad tempus tantum instituti erant, cum sibi proposuisset, ut absoluta theoria Lunæ planetarum orbitas accurate perscrutaretur. Hoc, Hvenæ dum erat, distulerat, non modo quod aliis negotiis occupatus erat, cum in observationibus Solis Lunæque et stellarum catalogo operam et studium collocaret et varia sua scripta adornaret, sed etiam ut expectaret, dum silva observationum planetarum, quantum fieri posset, perfecta esset. Hanc dilationem justam fuisse inde intellegitur, quod ingentes observationum thesauri ita comparati sunt, quibus tamen propter eandem dilationem ipsi Tychoni uti non licuit. Hoc modo KEPLERO iter patuit, qui Tychonis observationibus usus, quibus ultimo hujus vitæ anno operam jam dare cœpit, leges motuum planetarum invenit.

Sed jam Hvenæ observationes planetarum memorabilia quædam effecerunt, quæ Tychonem non latuerunt. Intellegitur enim ex epistula ejus ad PEUCERUM, anno jam 1588 eum conjectavisse, e Martis motu quædam perspicere posse, quæ nemo adhuc suspicatus esset. Mense Decembri anni 1590 MAGINUS per litteras ab eo petivit (quod sane supervacaneum erat), ut Martem imprimis observaret, quia eccentricitatem orbitæ ejus certis periodis mutabilem esse suspicaretur. Tycho autem respondit, hoc se non in Marte solo, sed, etsi non tanto opere, etiam in ceteris planetis invenisse, quare aliam causam esse oporteret («verum id fit per accidens atque aliunde evenit»). Brevi vero intellexit, quæ causa esset. In epistula mense Februario anni 1591 ad GUILELMUM Landgravium data sic scripsit: »Facile ab iis, qui rem penitus introspiciunt, animadvertitur, adhuc aliam latere inæqualitatem e Solari forte eccentricitate vel aliunde proveniente, quæ sese apparenti planetæ motui insinuet«. Sed mirum est, quod suum solum systema mundi hoc explanare posse addit; nam etiam Copernicanum systema hoc posse manifestum est, quoniam in utroque planetæ circa Solem moventur. Præterea in conspectu operum suorum, quem *Astronomiæ instauratæ Mechanicæ* inseruit, sic loquitur: »Tum quoque circuitum illum annum, quem Copernicus per motum Terræ in orbe magno, veteres secundum epicyclos excusarunt, variationi cuidam obnoxium esse perspeximus.« Eodem autem modo in epistula die 1 mensis Aprilis anni 1598 ad KEPLERUM data loquitur; addit vero, Marti hinc oriri differentiam 1° 40'. Hujus mirabilis coartationis et dilatationis

recurrentis orbitæ Solis (sive Terræ) ipse Keplerus explanationem invenit. Jam in libro anno 1596 emisso, qui inscribitur *Mysterium Cosmographicum*, sibi persuasum esse scripserat, fore ut omnes planetæ (in quorum numero Terram habebat) plane eodem modo moveri invenirentur, et cum anno 1600 apud Tychonem moraretur, illam rem inde effici intellexit, quod Solis (vel Terræ) motus non ut e centro orbitæ, sed ut ex alio quodam puncto æquanti conspectus æquabilis esset — sicut volebant theoriæ planetarum Ptolemaicæ. Hoc TYCHO jam pridem, etsi non nimis clare, intellexisse videtur, de qua re KEPLERUS mense Julio anni 1600 ad HERWARTUM sic scripsit: »Et hoc est, quod Tycho quasi sub ænigmatis involucro (ut interdum solet) ad me perscripserat de variabili quantitate orbis annui.«<sup>1</sup> Itaque numerus eccentricitatis Solis in *Progymnasmatibus* positus, 0.03584, altero tanto major erat, quam esse debuit, id quod ipsius Solis observationes numquam demonstrare poterunt. Sed cum libri absolutionem et editionem ultra differri Tycho nollet, hujus correctionis ibi mentio facta non est, atque in appendice solum, quam Tychone mortuo Keplerus adjecit, commemoratur.

Tycho mortuus est die 24 mensis Octobris anni 1601, si calendarium reformatum sequimur. Petivit a Keplero, qui ei morienti astabat, ut instaurationem, quam mente concepisset, astronomiæ ratione nitentis secundum systema Tychonicum exsequeretur, non secundum Copernicanum, cui ardentius favebat Keplerus. Hic autem, quamquam studia ejus systema Copernicanum optime confirmavit, supremæ rogationis magni illius astronomi numquam est oblitus, cujus providentia comparati erant inexhaustibiles thesauri observationum planetarum, quæ in omnibus, quæ cogitari poterant, locis orbitalium eorum institutæ erant. Notum est, quam præclare his thesauris Keplerus usus sit, nec Tychonis laudibus obtrectamus, si hunc tantum efficere vix potuisse contendimus. Neque tamen Keplerus umquam oblitus est, quæ magno suo antecessori deberet, cujus nomen in scriptis suis ubique prædicat, cujus vero intelligentiam claram eorum, quibus non modo in Martis motu perquirendo, sed in omnibus astronomiæ partibus opus esset, omnem materiam necessariam ad usum suum præparasse ait. In opere suo de Marte, quod astronomiam hypothesebus non nitentem (*αίτιολόγητον*), quam desideraverat RAMUS, mundo præstitit, ubi vero hic primus veram planetæ in spatio inani orbitam, non imaginem solam ejus in cæli firmamento designatam invenit, theoriam Martis secundum tria systemata, Ptolemaicum Tychonicum Copernicanum, pie ac fideliter demonstravit.

**VII.** Persecuti sumus studia Tychonis astronomica a prima ejus adolescentia usque ad mortem præmaturam, quæ anno ætatis 55 eum oppressit. Breviter etiam perstrinximus studia ejus chemica, quæ exigua tantum ex parte nobis nota sunt, ita ut hoc solum inde perspici possit, hic quo-

<sup>1</sup> KEPLERI *Op.* III p. 24.

que eum paratum fuisse veterum præcepta relinquere et experimenti via scientiam quærere.

Sed aliis quoque rationibus fortiter eum studuisse intellegimus, ut præsumptis opinionibus liber veritatem quæreret. Quamquam, ut e scriptis ejus et epistulis apparet, fidei Christianæ sincere addictus erat, vacabat tamen angusta et superstitiosa religione, quæ ejus tempore ubique vigeat. Cum in patria ejus, sicut in aliis civitatibus a lege pontificis Romani abhorrentibus, ecclesiæ publicæ sine ulla recusatione obœdiendum esset, et Lutheri Calvinique asseclæ æque inter se contrarii essent atque ecclesiæ catholicæ assentatores iique, qui protestantismo adhærebant, illum suam viam tenuisse videmus, cum Hvenæ sacerdoti persuaderet, ut e formula baptismi exorcismum ommitteret, quia odiosus atque impius ei videretur. Videmus eum inter omnium ecclesiarum cultores amicos eosque, quibuscum per litteras colloqueretur, libere quæsivisse ac paratum quoque fuisse calendarium Gregorianum recipere, cum Lutherum negaret, si ante centum annos pontifex Romanus calendarium reformasset, quicquam in hac re mutaturum fuisse, quæ ad doctrinam Christianam nihil sane attineret. Quam liber ejus animus fuerit, inde quoque elucet, quod, etsi sæculo XVI vivebat, quam Diaboli auream ætatem appellaverunt, cum rebus humanis Diabolum quotidie sese inserere nobiles atque ignobiles, docti atque indocti crederent, Tycho his opinionibus vacuus erat. Idem inde apparet, quod superbia illustri genere insolescenti carebat, ita ut non solum, ut alter Mæcenas, artes litterasque, quas homines humiliores exercebant, tueretur, sed collegarum invidiam contemnens, ut hominum scientiam naturæ augeret, totum se daret.

Etsi exploratio cæli præcipuum vitæ ejus studium erat, animus tamen aliis studiis ingenuis vacabat. Ardor sæpe animi in poëmata effunditur, quæ omnia Latine conscripta sunt, sed quamvis ascitus fuerit hic ornatus, fortibus tamen et veris affectibus haud raro abundant. Ubi ad observatorium condendum opes ei suppeditaverunt, Hvenæ ædificium exstruxit, quod non ad hoc solum idoneum, sed dignum etiam esset, quod templum venustatis vocaretur. Eo structuræ genere exædificatum ut erat, quod tempore renascentium artium in terris septentrionalibus receptum est, in historia architecturæ civitatum Scandinaviæ novam ætatem Uraniburgum condidit. Turriculæ proceræ ornatusque elegans exteriorum partium ædificii, quod medium cumulabat tholus, supra quem Pegasus auratus, qui venti directionem ostendebat ac simul domini studium supra terras sese extollendi significabat, utile dulci miscebat — omnia cum illo ingenii cultu, cui ædes dedicatæ erant, optime concordabant. Idem dici potest de magno numero picturarum et inscriptionum, quæ interiores ædium partes ac Stellæburgum postea exædificatum ornabant. Eundem sensum concentus atque concordia rerum in illa fiducia reperimus, quam astrologiæ superiori, si hoc nomine uti licet, Tycho

Die vorliegende Ausgabe ist eine kritische Ausgabe der Werke des Dichters. Sie ist in drei Bänden erschienen. Der erste Band enthält die Werke des Dichters in der ursprünglichen Fassung. Der zweite Band enthält die Werke des Dichters in der überarbeiteten Fassung. Der dritte Band enthält die Werke des Dichters in der überarbeiteten Fassung.

Die vorliegende Ausgabe ist eine kritische Ausgabe der Werke des Dichters.

Dr. phil. phil.

**DE NOVA STELLA**  
(1573)

TYCHONIS TABULAE DVM  
NOVA ET INVALUIS

REX MEMORIAE TYPIS

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701

1701



1701

1701

1701

ANTIQVÆ NOBILITATIS  
SPLENDORE, & MULTIPLICJ ERUDITIONE, IUUENI CLARO,  
TYCHONI BRAHE OTTHONIDJ, DOMINO DE  
KNUDSDORP, AMICO OBSERUANDO

**D**VCERE præclarum claris maioribus ortum,  
Non est præcipuus Nobilitatis honos:  
Hoc, aliunde tuis accedit honoribus, altum  
Virtutis culmen quisquis adire paras.  
Ast Mentem radijs Virtutum tingere sacris,  
Est proprium veræ Nobilitatis opus.  
Maçte animo, Tycho, veteris quem stemmata Gentis,  
Quem solers Animus, commoda bina, beant.  
BRAHORVM quid enim, & BILDORVM sanguine claro,  
Fert magis antiquum Danica Nobilitas.  
His generosa tui generis primordia ducens,  
Ingenij superas Nobilitate Genus:  
Diuinæ latices hausisti Palladis omnes,  
Triuisti studijs tempus & omne bonis.  
Ergo age, quid dubitas doctis committere chartis,  
Quæ sunt Ingenio scripta profecta tuo?  
Crede mihi, cumulus veniet tibi magnus honorum,  
Iudicium quando Posteritatis eris.  
Tunc tua tolletur multum super æthera Virtus,  
Vt vicit reliquas, hæc noua STella, faces.

JOHANNES FRANCISCUS RIPENSIS,  
PHILOSOPHIÆ & MEDICINÆ  
DOCTOR.

TYCHONI

TYCHONI BRAHE OTTHONIDI,  
 DOMINO DE KNUDSDORP, IUUENI  
 DOCTO, & VERE NOBILI,  
 IOHANNES PRATENSIS,  
 MEDICUS,  
 S. D.

5



VM nuper relictis Domesticis Musis, & Pyronomicis tuis  
 exercitijs, Hafniæ, apud nos eses, Tycho nobilissime: ac  
 de communibus studijs, vltro citroque, qui mos noster est,  
 conferremus: inter reliqua ingenij tui, quæ domi sup- 10  
 primis, monumenta, Diarium labentis huius Annj, sin-  
 gulari & erudita a te Methodo conscriptum, produxisti,  
 mihiq; legendum communicasti. Quod quidem, vt perlustraui dili-  
 gentius, summopere placuit, & mirifice me recreauit. Quapropter cepi  
 diligenter te statim ad editionem cohortari: vt alijs quoque tam vtilis 15  
 fæcundusque labor inferuaret. Videbam enim, plurima ibi contineri,  
 quæ, si publicarentur, plurimum lucis rebus Astronomicis adderent:  
 multa, in Arte, hæctenus dubia parumque firma, corrigerent: multos  
 denique communium Astrologorum receptos ignotisque errores dete-  
 gerent. Nam, præterquam quod lectissimorum Artificum decreta se- 20  
 quutus, quæ in ijs difficilia paucisque euoluta sunt, Exemplis illustribus  
 declaras, & tanquam occlusum Silenum, intus, conspicienda proponis:  
 etiam proprias, in vtraque Astrologia Obseruationes, certas illas qui-  
 dem, & magno, a te, tot inauditorum Organorum fabricatione, tot im-  
 probis laboribus, tot vigilatarum noctium tædio redemptas, proponis. 25  
 Verum ad editionem te suadenti, & tum temporis, & aliquoties etiam  
 postea, parum obsecundans fuisti: causas quasdam adducens, quæ tibi  
 quidem satisfacere poterant: mihi vero, tantum abest quod satisfecerint,  
 vt etiam in proposito meo plus me confirmarint. Etenim, quod hæc  
 tuas pagellas (tuis enim verbis vtor) non eum in finem, vt orbi ederent- 30  
 tur, conscripsisse te respondes; sed rudiores esse tantum, & extempora-  
 neas, tuarum, ijs de rebus meditationum, delineationes, tibi reseruan-  
 das, neque ideo dignas publice legi: facit id quidem, mi Tycho, mode-  
 stus ille animus; qui, quanto, pulcherrimarum & sublimium rerum||  
 scientia, sublimiorem se fecit: tanto quoque, sese humiliorem gerit. Sig- 2v  
 num certe, docti, & vere excelsi Animi. Veruntamen, non ita semper  
 nobismet, de nobis ipsis, credere debemus: vt rectis Amicorum iudicijs  
 fidem derogare videamur. Atqui, ne me, Amore tui obcæcatum, minus  
 recte iudicare existimes: quæso, tot excellentium doctrina virorum sen-  
 tentiam



tentiam specta, quorum & iudicium audiuisti sæpius, & precibus es ad editionem sollicitatus. Quin, nec tibi soli conscripta esse illa concedes; si, & finem laborum tuorum, & ius, quod sibi Respub. literaria, in tuos, eruditorumque omnium sudores, sibi vendicat, consideraueris. Quos  
5 tu, e Naturæ fontibus, in te, deriuasti fontes quasi secundarios, eorum, te riuulos, in alios deducere, æquum est, saluis Domini Legibus. Opu-  
lenta mater, Natura est, larga, filios genuinos, hæreditate donans: in-  
exhausti Abyßus, e quibus, quo plus hauseris, & in alios congeneres  
deriuaueris, hoc te sæcundiore Radio tingent. Quod vero extempo-  
10 raneas recensque natas delineationes esse dicis; noui id quidem, &  
certo nouj: utpote, qui sedulam tuam, in alijs quoque Naturæ Myste-  
rijs euoluendis, tum præcipue, in Spagyrica Cabala, diligentiam, vnus  
e paucis cognoscam. Nihilominus, si, quæ extemporanea, maturus  
effundit Animus, non possunt non esse matura. Neque enim prolixius  
15 digesta, felicius quoque semper proueniunt. Diuersa Prodeuntium  
fors: alia, Temporum tardis Reuolutionibus maturantur: alia, eorun-  
dem quasi Legibus exempta, impetus habent & Resolutiones momen-  
taneas: quæ, si fermentantur diutius, nouis sæpe ac peregrinis impli-  
cata Ascendentibus, in Transplantationem minus felicem, degenerant.  
20 Quæ cum ita sint, vir nobilissime, non desinam, quod verbis antea co-  
ram, idipsum, nunc quoque, absens, a te, scripto efflagitare. Patere  
itaque, mi Tycho, patere: & quæ ego sancte volo, ea, ne tu nolis velle,  
etiam atque etiam rogo. Verum, quod si, totum opusculum, quod in  
iustam excreuit magnitudinem, edi, certas ob causas, non permittis:  
25 saltem hoc contendam, ut, quas Diario addidisti de noua hac & admi-  
rabili ad Cassiopeiam STELLA (quæ nunc, tot tantisque fatigat &  
Genios & Ingenia) doctissimas & vere Mathematicas considerationes,  
in lucem prodire sinas. Eas enim præcipue votis a te expectant omnes:  
& ut expectent, solida rerum Mathematicarum Scientia, qua te excel-  
30 lere inter paucos Artifices sciunt, adducit. Quoniam, ut insolita & ad-  
mirabilis plane, Iubaris istius generatio est; nec vulgarium Philoso-||  
35 phorum Decretis consona: ita quoque, non Vulgarem sui Obserua-  
torem Dimensionemque postulat. Eius quidem argumentj, aliorum  
quorundam Schedulas aliunde nobis allatas, videre contigit (quas ad  
te mitto) sed qua Observationum Methodo, quo Demonstrationum  
robore, rem tantam aggressi, illi viderint. Ne igitur, hac in parte, cu-  
pidæ hominum expectationi desis, amice oro. Ex noua hac face, In-  
genij tui accensam facem, errantibus alijs prælucere finito, & Demon-  
strationum Luce, Opinantibus Animis, Sacer illabere. Porro, huic, de  
40 noua hac stella Tractatuj, Epistolam tuam in Diarium (si hoc, ut dixi,  
totum, edi non permiseris) adiungi velim: in qua, doctissime, totius  
Diarij artificium Methodumque illam singularem, explicas. Etenim,  
hoc

hoc mihi persuadeo, ex sola illa Præfatione, plus commodi Astronomiæ studiosis acceßurum, quam ex prolixis multorum Commentarijs. Quoniam, præter ea, quæ nunc dixi, attingis quoque ibi, præcipua in Astrologicis Capita. Qualia sunt, quæ de Octogonica cœlestium Domorum partitione, a reliquis, etiam cœli, & circulorum diuisione, diuersa, adfers: de horis Zodiaci inæqualibus: de Lunæ Mansionibus (in quibus duobus, bona pars Ægyptiacæ Scientiæ pendet) de secreto illo Directionum Horoscopi lunarium configurationum modo. Quæ quidem Directionum leges, Astrorum, in omnibus Elementis, silentes Periodos, fructuumque Resolutiones, germinationes, Exaltationes, Anticipationes, Retardationes, & reliquas Temporum Transplantationes metiuntur. Hæ, si rectius Metheorologis cognitæ eßent, equidem, certiores haberemus Astrorum effectus: nec instabilitatem Materiæ (quæ tamen, suo illecta sydere, pulchre illi, statim harmonica est, & sponte sequax) immerito toties inculcaremus: neque tam crebro, Artificum delinquentium errata, Artis pulchritudinem deformarent. Harum & similium rerum, cum abs te, in Prefatione illa, fundamenta sparsim inferantur: vellem, tanta vtilitate, Astrologiæ Candidatos non priuarj. Quibus, & hoc, beneficij loco, a te donarj vellem, vt illam, Eclipseos lunaris annj huius labentis, pragmatiam, quam, & ex Alphonsino, & Coperniano calculo, tum propria motuum Obseruatione, ita extruxistj, vt Paradigmatibus absoluti loco esse possit, vna cum tua in Vraniam Elegia, præcedentibus omnibus quasi coronidem Musicam impositura, superiorum quoque comitem esse patereris.

Habes nunc, mi Tycho, quodnam petitionis meæ caput sit: quid, || hac a te Epistola efflagitem. Quæ, si honesta sunt: si Reipub. vtilia: si ab omnibus bonis, mecum, expetita: debebis vtique, Amici desiderio & expectationi satisfacere: & quæ Reipub. Astronomicæ a te debentur studiorum primitias, lubens offerre. Quod quidem vt facias inprimis, Amicitia nostra poscit: Genius admonet: Vrania mandat: Mercurius (si renuis) Caducei tibi posthac vsuram denegat.

Vale, & nobilissimum virum Dominum Stenonem Bilde, Auunculum tuum, doctissimum illum, in hoc Aquilone, Musarum, omniumque liberalium inuentionum Fautorem, meis verbis officiose saluta.

HAFNIÆ 3. MAIJ.

ANNO SALUTIFERI PARTUS 1573.

IOHANNI

IOHANNI PRATENSI, DOCTORI  
MEDICO, AMICO OPTIMO,  
TYCHO BRAHE  
OTTHONIDES,  
S. D.

5



10

15

20

25

30

35

40

40

ECEPI literas tuas, clarissime Doctor Iohannes, amicorum optime: in quibus, id, quod tu, vnâ cum alijs viris doctis, amicis nostris, toties, Hafniæ coram postulastj, nunc denuo, scriptis, absens non cessas efflagitare: vt nimirum, Diarium illud Astrologicum & Metheorologicum, a me circa elapsæ hyemis initia elaboratum, nunc demum typis mandari & publice edi, amplius non recusem. Multas, vt in tuam descendam sententiam, & eas quidem iustas, nec facile aspernendas, adducis rationes; verum, cum meo me pede metior, id quod sæpius tibi & alijs hæc eadem a me postulantibus respondi, non possum non adhuc respondere: me, non statuere, id scriptum, ea diligentia absolutum, & ad eam maturitatem deductum: vt dignum sit in lucem prodire, ac manibus teri doctorum. Nec enim, eum in finem iste labor a me susceptus est, vt publice edi velim; sed saltem, meipsum & domesticos amicos, hac qualicumque dierum Astrologica & Metheorologica descriptione, oblectandi gratia. Nam, & Adrianum Imperatorem, sibi quotannis prognostica ex astris conscribere, non erubuisse legimus. At, si in publicum emittere decreuissem, maiorem sane in eo conficiendo adhibuissem diligentiam: & multa, quæ passim desiderantur, ac silentio, ob festinationem præterita sunt, suis numeris absoluissem: multa, oscitanter & currentj calamo inserta, deliberatius expendissem. Non enim, vt verum fatear, mihi ipsi in omnibus satisfacio: nec facile erat, tot alijs negotijs, tum præsertim Spagiricis meis exercitijs occupato, quiddam perfectius, magisque enucleatum, pro ea temporis exigua occasione, in tam difficilj, & a paucis hæctenus recte tractata materia, præstare. Sed his, tu, pro tuo illo, erga nos, singulari & beneuolo affectu, candide obuias: asserens, scriptum illud, etsi extemporaneum sit, & propter alias occupationes ad perfectam maturitatem non elaboratum: tamen eiusmodi esse, vt non sine fructu ab harum Artium studiosis legi possit: multaque in eo contineantur, quæ Astronomiæ Candidatis (si ederentur) ingrata non essent futura. Ista potius, beneuolo tuo & sincero animo, quo omnia candide interpretaris, & propenso, erga nos, nostraque studia, fauori, tribuo; quam, quod reuera agnoscam, tale aliquid, a nobis, ea in re præstitum esse. At demus, non sine fructu aliquo, ab

quo, ab Astronomiæ studioſis legi, id qualecumque eſt, poſſe: & non-  
 nulla in eo continerj, quæ ad Artis penitiorẽ inquisitionem vtiliter  
 admonentur; proptereaque edi non recuſarem: quĩ tamen, quæſo,  
 multiplices illæ Figurarum octogonicarum delineationes, in priori, vel  
 Directionum intricatæ denotationes, in altera facie, aſignatæ, arte im- 5  
 preſſoria exprimi facile poterint? vt nihil dicam de cœteris diuerſimo-  
 dis figuris & carachteribus, quibus tertia facies, luminarium exortus  
 & occaſus, coorientesque & cooccidentẽs fixas exprimit: aut quarta,  
 reliquorum Planetarum cum Fixis per Horizontem tranſitum, eorun- 10  
 demque, tum inter ſe, tum quo ad fixa ſydera, ipſamque Lunam, varias  
 configurationes, ob oculos ponit. Quĩ, inquam, omnia illa, in Typo-  
 graphicum laborem facile cadunt? Sunt enim omnes figuræ de nouo  
 ſculpendæ, & carachteres ac numerj, pro varia, quam habent forma  
 & quantitate, varie ordinandi: vt non exiguum temporis interuallum  
 difflueret, antequam is labor abſoluj poſſet. Adde, quod hic labens an- 15  
 nus, cui Diarium illud adaptauimus, dimidia fere ſui parte iam abſo-  
 lutus eſt: vt ſi, nunc, tandem ederetur, omnem gratiam amiſiſſe non  
 immerito videatur. Has tu, vt opinor, animaduertens difficultates, ſi  
 non totum Diarium conceſſero, ſaltem Epistolam dedicatoriam, qua  
 illud opusculum vtriuſque Astrologiæ cultoribus inſcripſi, imprimi po- 20  
 ſtulas. In illa enim aſeris totam Diarij rationem explicatam eſſe, &  
 plurima aliter proponi, quam hæctenus receptæ tulerunt ſententiæ.  
 Fateor id quidem: & quæ in ipſo Diario aliter a nobis elaborata ſunt  
 quam communiter fieri ſolet, illa præſertim, in hac Epistola latius de- 25  
 clarauĩ: vſitata vero & vulgaria, aut obiter attigi, aut prorfus ſilentio  
 præterij. Sed ipſa Diarij deſcriptio, ita cum hac Epistola coniuncta eſt:  
 vt, ſi alterum demas, neutrum perfectẽ intelligi poſſit. Multa ſiquidem  
 in Epistola, vel prætermiſſa, vel breuiter tacta, quæ in ipſo Diario  
 ſponte ſeſe offerunt: at, econuerſo, multa, in hoc aſignata, quæ ſine  
 Epistolæ declaratione a quouis facile non percipiuntur. Vides nunc, 30  
 mi Pratenſis, quanta me remorentur obſtacula, quo minus votis tuis,  
 in publicando Diario, facile aſentirj poſſim. ||

De Stella vero, quæ ſuperiorj anno prope Caſiopeiam fulgere cœpit, 5  
 quod expetis: vt ſi totum Diarium publicari non admiferim, ſaltem ea,  
 quæ, de hac, a me conſcripta ſunt, ipſique Diario præfixa, in lucem 35  
 prodire concedam: id enim votis omnium maximopere a me deſiderari  
 affirmas. Huic quidem petitionj facilius annuere poſſem, ni eadem  
 prorfus ratio me retraheret, qua Diarij editionem iam antea excuſa-  
 bam. Iſta etenim, quæ de hac ſtella, ſuperiori Decembri exarauimus,  
 non minus quam ipſum Diarium, ſunt immatura, & feſtinanti calamo, 40  
 obiter annotata; vt indigna mihi videantur publicari ac in Eruditorum  
 manus venire. Neque enim, eam ob cauſam a me ſuſcepta ſunt, vt pu-  
 blice edi,

blice edi, & a quibusque legi vellem: sed, cum hæc stella, in Nouembrj,  
 superioris Annj, mihi solito more sidera lustranti, ex inopinato ap-  
 paruisset: rej inaudita nouitate impulsus, coepi eam organis Astrono-  
 micis demetirj (quemadmodum in cœterorum & vsitatorum siderum  
 5 obseruatione, ab ineunte ætate diligentior fuj) partim, vt ea, quæ in  
 hoc fidere per instrumenta deprehenderem, cœteris, a me factis Astro-  
 rum obseruationibus, adiungerem; partim, vt nonnulla, quæ ex ob-  
 seruationibus concludi & demonstrari poterant, chartis mandata, Di-  
 10 ario nostro præfigerem. Vtiliter enim, illud, qualicumque eius Stellæ  
 descriptione, ornari posse iudicaui: cum ipsa etiam Stellæ apparitio,  
 labentem hunc annum proxime anteceßerit. Minime autem omnium  
 decreui, ea (vt prius testatus sum) in lucem aliquando prodire: alias,  
 integrum, per se, absque Diario, hac de Stella conscripsissem libellum:  
 maioremque, in eo elaborando, sedulitatem adhibuissem: cum non du-  
 15 bitem, hoc inauditum Stellæ illius miraculum, multorum, per vniuer-  
 sum orbem Doctorum virorum fatigare ingenia: & si quæ, hac de re,  
 a quoquam conscripta viderint, auide arripi, & pro vniuscuiusque captu  
 varie diiudicari. Veruntamen si id quicquid est de hac noua Stella pa-  
 gellarum mi Pratenfis, tibi eiusmodi esse videatur, vt sine magna re-  
 20 prehensione publicari, ac ab eruditis legi possit; tuo arbitrio, vt impri-  
 matur ac in lucem prodeat, concedo: ne nimium videar tuis petitioni-  
 bus resistere; & plus, hic, amicitia nostræ detrahere, quam forte in  
 ipso scripto desiderari possit. Vt autem, hac in re, nunc tandem tuæ  
 25 absentiar petitioni, faciunt, non solum plurimæ & iustæ, quibus in li-  
 teris tuis me vrages, adhortationes; sed, vt verum fatear, chartæ illæ,  
 de hac Stella, e Germania, ad nos allatæ, quas mihi, nunc, vnâ in-  
 30 spiciendas || misisti, plurimum me eo impulerunt, vt nostras, de eadem,  
 Obseruationes, & iudicium, publicare tibi nunc tandem concedam.  
 Quæ enim hæcenus, hac de re, a diuersis, in Germania conscripta ac-  
 cepimus; ea (saluo tamen vniuscuiusque honore) non satis suis nume-  
 ris constare arbitror. Nam, vt de cœteris taceam, quod hanc Stellam  
 inter Cometarum species referant, ac 12. saltem, vel, vt quibusdam pla-  
 35 cet, 15. ad summum, abesse a nobis, terræ semidiametris existiment,  
 plurimum hallucinantur. Nos etenim, Obseruatione diligenti facta,  
 deprehendimus eam, tam vertici quam Horizonti proximam, vnam  
 eandemque, præcise, a Schedir Cassiopeiæ (cum qua, Stella hæc fere  
 Meridianum transit) obtinere distantiam: vt in ipso scripto latius vi-  
 dere licet. Vnde, necessario, nullam habebit aspectus diuersitatem.  
 Ideoque, non in elementari orbe, infra Lunam (vt illi putant) sed longe  
 40 supra, in ipso cœlo, locum obtinere hanc Stellam, Mathematica certi-  
 tudo postulat. Perfeci autem hanc Obseruationem, magno & exquisito  
 instrumento, peculiari quadam ratione ita fabricato, vt Stellarum in-  
 tercapedines,

tercapedines, eius beneficio, longe certius & exactius indagari possint, quam vel per Radium Astronomicum, vel aliud quoduis, huic officio, hactenus deputatum organum. Hæc enim omnia, ob varia impedimenta, præsertim anguli exquisite recti, paratu difficilem, vt aliquamdiu durare possit fabrefactionem, nobis semper suspecta fuere. Neque enim ignoro, per altitudinem Stellæ maximam & minimam, data prius Poli altitudine, beneficio Quadrantis, idem præstari posse: facilius tamen, error hoc modo committitur: tum propter altitudinis polaris exquisitissimam & in ipso Minuto (vt hîc opus est) difficilem, peneque, ob varia requisita, impossibilem cognitionem: tum, quia temporis momentum, quo Stella ipsa Meridianum transit, & in minima ac maxima existit altitudine, adeo exquisite, vt opus est, vix certo dignoscitur. Adde, quod huic obseruationi, Quadrans miræ magnitudinis necessarius erit, qui sua capacitate non solum singula Minuta: sed etiam Scrupulorum aliquas partes continere possit: qualem ante triennium, prope Augustam Vindelicorum, in horto Pauli Hainzelij, viri Patricij, & eius Reipublicæ Confulis, Mathematicarum rerum amantißimi, extrui curauimus; cuius Semidiameter 14. cubitos exuperat.

Sed quo digredior? hac, inquam, ratione, certo deprehendi, hanc Stellam, longe vltra Sphæram Lunæ a nobis abesse: omnique, eius locum || carere, visus diuersitate: cum tamen, si saltem remoueretur terræ semidiametris, vt illi sentiunt, in circulo Verticali, Horizonti vicina, paralaxin 3 Grad. plus  $\frac{1}{3}$  induxisset: sin vero 12. saltem (vt alij volunt) eandem, 4 partium cum  $\frac{1}{4}$  effecisset. Hæc vero tantæ differentiæ loci illius, a maxima altitudine in minimam, etiam sine instrumento, solis oculis, diligenter consideranti animaduerti poterant. O crassa ingenia. O cæcos cœli spectatores. Ex his insuper manifestum euadit, quam considerate & vere, hanc Stellam inter Cometas numerarint: si negetur ijs, in orbe elementari eam existere: cum, ipsa etiam forma, ab omnibus vlla ætate hactenus visis Cometis, longe differat; & veris ac genuinis Stellis sit quam simillima. Nam, quod quidam possibile existimauit, caudam eius sursum proijci, & solum illud rotundum caput nobis obiectum esse; tandemque futurum, vt caudam ad nos conspiciendam reclinet: is, non satis animaduertit ea, quæ a quibusdam veteribus, & nostro quoque æuo, diligentius a Clariß. Mathematicis Petro Apiano, ac Gemma Frisio, deprehensa sunt: caudam omnium Cometarum, semper directe in oppositam soli partem vergere: adeo quod nonnulli hinc dubitarint, an cauda illa, aliud quiddam sit, nec ne, quam refractione quædam radiorum Solarium, corpus Cometæ densiusculum penetrantium. At si aliquis contendat hanc Stellam esse ex peculiari- bus illis Cometarum speciebus, cauda destitutis, quas Veteres, Crinitas appellarunt: vbi igitur crines, instar flammei orbis vndique æqualiter circumfusi?

circumfusi? Si vero inter eas, quæ Rosæ dicuntur, vbi lata & ampla rotunditas, per se quidem fulgens, & ignea, a margine vero raros ac subobscuros diffundens radios? Hæc enim Stella, prorsus his omnibus caret; nullamque caudam vel in longum, vel in rotundum projicit.

5 Nisi quis, radios illos, qui ab initio, cum maior esset, apparebant, barbam vocare velit: eadem sane ratione & Sirium, Arcturum, Procyonem, Lyram, reliquasque insigniores Fixas, Cometarum nomine appellabimus: cum hæc, non minus scintillantes radios vndiquaque spargant. Quapropter, hanc Stellam longe differre a Cometis iudico; nec similem

10 illi vitam a temporibus Hypparchi hætenus existimo: vt vt nonnulli Cometarum exigui, & sine caudis interea apparuerint: nisi quis per obseruationes tunc temporis ab Artificibus factas, conuincet, eos, veris & genuinis Stellis simillimos fuisse, & non in elementari orbe, infra Lunam; sed in ipso cœlo, vt nos, in hac Stella demonstraui, constituisse. Nec id quidem, quod hæc || ipsa Stella, tam colore, quam magnitudine alteretur, necessario eam inter Cometarum species numerandam esse cogit. Imo vero, si successiue imminuta, tandem (quod Mense Septembri, vel ad summum, Octobri proximo, seruata decrescentiæ

6v proportione, futurum auguror) conspici desinat: minus, miraculi loco ducam, quam si perpetuam in cœlo cum reliquis sideribus sedem sibi

20 vendicet. Quæ enim post absolutam totius Vniuersitatis in Initio completionem, miraculose in Natura aliquando existunt; ea, vt etiam ante Vniuersitatis finitam Periodum, esse aliquando desinant, mihi apprime consentaneum videtur. Cùm itaque nostra, de hoc nouo sidere, sententia, plurimum differat ab ijs, quæ in chartis illis e Germania ad vos allatis continentur, & nos, obseruationes nostras certo Demonstratorum robore fulciamus; nolui harum rerum auidos suo fraudare desiderio, tuisque & aliorum amicorum petitionibus diutius resistere: sed vt prius conceffi, ita & nunc concedo; vt illud quicquid est de hac noua

30 Stella libelli publicetur, ac typis, tuo arbitrio, mandetur. Mitto tibi itaque totum Diarij opusculum, ex quo partem illam, quæ de hac Stella tractat, excerpere poteris; ac Typographo vestro excudendam tradere. Nihil in ea mutauit, præterquam ea, quæ hætenus in ipsa Stella a prima apparitione, eoque tempore quo ista scripsi, mutata deprehendi:

35 hæc breuiter in margine annotaui; vt debito, & signato loco, a Typographo cœteris interferi possint. Imo vero, si ne nunc quidem cessas Epistolam in Diarium dedicatorem vnâ efflagitare, & hanc, aliquid vtilitatis, per se, etiam si Diario priuetur, Lectori adferre posse existimas, non vsque adeo renuo, vt ipsa, Tractatui De Stella subiungatur.

40 Eclipsis etiam Lunarum pragmatian, & iudicium de eius effectibus, admitto vt prioribus adiungas; vnaque extemporaneam illam in Vraniam Elegiam: vt tandem votis tuis in omnibus satisfiet. Sin vero, aliqua in  
his

his singulis reperiuntur, quæ non satis suis numeris absoluta sunt, & in reprehensionem ab eruditis, forte, venire possunt: tu, non minus quam ego, culpam mereris, qui immaturos foetus in lucem prodire cogis. Titulum vero libelli, tuo arbitrio ordinandum relinquo: id saltem expetens, ut nomen auctoris, vel supprimas, vel per Anagrammatismum inuertas; modo tibi sic consultum videtur. Eo enim nunc peruersitatis degenerauit iudicium hominum, ut plerique ingens dedecus existiment, si quis nobili genere oriundus, aliquid in liberalibus & sublimioribus Scientijs audeat: præsertim vero in his, quæ præ reliquis Artibus non solum plebeculæ indoctæ, sed multis alias eruditis (excusante utroque ignorantia) exosæ & ridiculæ sunt. Quamuis (ut verum fatear) non multum morer horum insulsum iudicium. Quæ enim per se recta & honesta sunt, non possunt, ob ignari vulgi peruersam opinionem esse non recta & inhonesta.

Optarem autem quædam in his omnibus, quæ edi postulas, nunc tandem emendare, addere, minuere, transponere, & in meliorem formam redigere: sed plurimis nunc obruor negotijs, quo minus id præstare possim. Ab vna enim parte, domesticæ curæ, & alia quædam studia, quæ nunc præ manibus habeo; ab altera, nobilium & amicorum conuersatio, quibus non minimum temporis dispendij debetur, nos ita distrahunt, ut nihil in eo emendare aut restituere nunc vacet:

*Et nos, ecce, alius labor haud inglorius vrget:  
Sat Cælo Musisque datum, sat Vesta tulisti,  
Sat natale solum, & dulces rapuistis Amici:  
Terra videnda etiam, restat nunc denique Terra,  
Per varias obeunda vias, variosque recessus.  
Nunc iuuat egregio quæ pulchra geruntur in Orbe  
Cernere, & humano quæ passim inuenta labore,  
Diuersosque Hominum late cognoscere mores.  
Hoc iubet ille vigor iuuenili in pectore firmus,  
Hoc iubet egregias Artes, & multa sciendi,  
Multaque lustrandi nobis innata cupido.  
Nec mea me Patria, nec me remorantur Amici.  
Omne solum, Forti, Patria; & bene viuit vbique:  
Omnis terra suos passim largitur Amicos.  
Tandem tempus erit gelidam remeare sub Arcton,  
Trita exempla sequi, Cyathis, Canibusque, Caballisque  
Et fastu & luxu (quid enim, si talia desint  
Denique Nobilitas poterit sensisse beatum)  
Perdere cum reliquis reliquos inglorius Annos,  
Me nisi, (ut opto) Deus, Fata ad meliora referuet.*

Sed



Sed tu, optime Pratenfis, id tibi perfuafum habeas, me, quæ me cun-  
 que feret tellus, quocunq; sub axe, afpiciam tacito labentia fidera  
 cœlo, femper tui memorem amantemq; permanfurum: neque enim  
 7<sup>v</sup> corporum lo-||calis ifta feparatio, Animorum (qui a locorum miferis  
 5 anguftiis liberrimi funt) coniunâtionem diuellet. Etenim, quæ in In-  
 teriore illa & beatiore Natura radices egerunt; vt felicis illius funt  
 Æternitatis germina: ita quoq; Exterioris huius & Poftremæ Reipub.  
 euanidis Legibus nequaquam funt obnoxia. Et, quamuis corporeis  
 hifce Elementis implicati, Sensibili oculorum radio, Locorum impro-  
 10 bitate interpellati, alter alterum contingere nequeat: non tamen, ita  
 penitus in arctum cogetur angufta illa Interioris Luminis maiestas;  
 quin, quaquauerfum, quo Pulchritudo & facer Amor, illiciunt, libere  
 permeet; perrennique Radiorum Emiffione & Reflexione, correspon-  
 dentem fibi & confimilem Naturam, tingat. Quinimo, quantumuis  
 15 diftita nos habebunt terrarum fpacia, eundem tamen Solem, Lunam,  
 eademq; fydera (quæ noftra eft voluptas) iucunde fimul intuebimur:

*Et quia difiunctis, Radios coniungere in vnum*

*Non licet, & nofmet poſſe videre fimul:*

*Iungemus radios radijs radiantis Olympi,*

20 *Quando micant claro, fydera clara, Polo.*

*Tunc ego, quam ſpecto, figens mea lumina Cœlo,*

*Eft quoque luminibus, Stella videnda, tuis.*

*Sic oculos pariter Cœlum coniunget in vnum;*

*Noſtra licet iungj corpora Terra vetet.*

25 Spero autem me, ante difceſſum, Hafniæ vobis affuturum: tu vero  
 interea inſtiga Artifices, vt globus noſter æneus optime inauretur; &  
 exquisite, prout illis iniunxi, primi mobilis luminariumque contrarium  
 curſum, quantum quidem fieri poteſt, æmuletur. Inſtrumentorum eti-  
 30 am cœterorum, apud ſuos Artifices, eam, quam illis demandavi, diui-  
 ſionem & perfectionem vrge; vt omnia illa parata inueniam, vbi  
 Hafniam ad vos venero. Interim tu, clariſſ. Domine  
 Doctor, fanus vale: imo vero, Medicus cum  
 fis, tute, fac vt fanus valeas. Saluta  
 Amicos. Datæ Knusdorp die  
 35 5. Maj, Anno 1573.

DE NOVA ET NVLLIVS ÆVI ME-  
MORIA, A MVNDI EXORDIO PRIVS CON-  
SPECTA STELLA, QUÆ IN FINE ANNJ  
SUPERIORIS OMNIUM PRIMO  
APPARUIT.



ANNO præcedente, Mense Nouembrj, die eiufdem vnde-  
 cimo, vesperi post Solis occasum, cum meo more sidera  
 cœlo sereno contemplerer, nouam quandam & inusita-  
 tam, præque aliis admodum conspicuam, iuxta capitis  
 verticem, animaduerti fulgere Stellam: cumque mihi,  
 qui inde fere a pueritia, omnia cœlj sidera perfecte (non  
 enim magna huic scientiæ inest difficultas) cognita haberem, satis eu-  
 denter constaret, nullam in eo cœlj loco vnquam antea extitisse, vel  
 minimam, nedum tam conspicuæ claritatis stellam: in tantam rei istius  
 admirationem sum adductus, vt de fide, proprijs oculis adhibenda, du-  
 bitare, non puduerit. Cum vero & ab alijs loco monstrato conspici posse  
 animaduertissem, stellam reuera illic apparere, nullum mihi amplius  
 mouebatur dubium. Miraculum sane inter omnia, quæ a mundi ex-  
 ordio, in tota rerum natura extiterunt, aut maximum, aut illi certe  
 æquiparandum, quod in Solaris cursus retentione, Iosux præcibus  
 impetrata: vel eiufdem obscuratione, tempore Victimæ cœlestis facta,  
 contigisse sacra testantur oracula. Omnibus enim Philosophis constat,  
 & res ipsa non obscure declarat, in ætherea cœlestis mundi regione,  
 nullam fieri alterationem generationis vel corruptionis: sed cœlum &  
 quæ in eo continentur ætherea corpora, non augeri, non imminui, non  
 variari aut numero, aut magnitudine, aut lumine, aut quauis alia ra-  
 tione: sed semper idem, sibi in omnibus simile, nullis terentibus an-  
 nis permanere. Testantur insuper omnium artificum, millenis aliquot  
 ab hinc elapsis annis, factæ obseruationes, stellas omnes, eundem nu-  
 merum, situm, ordinem, motum, & quantitatem, semper retinuisse, qua-  
 lem nostra etiam ætate, ab ijs quos cœlestium rerum capit delectatio,  
 obseruatione diligentj facta, seruari conspiciuntur. Nec vnquam ab vilo  
 artifice antea obseruatum legimus, nouam aliquam in cœlesti mundo  
 extitisse stellam, nisi a solo Hipparcho, si Plinio adhibenda est fides.  
 Hipparchum enim aliam a reliquis omnibus prius conspectis, sua ætate  
 genitam animaduertisse stellam, autor est Plinius, Naturalis historiæ  
 libro secundo: Cuius verba, cum vt in cœteris, ita & hoc in loco sint  
 illustria & magnifica, non abs re duxi hic annotanda. *Idem* (inquit)  
*Hipparchus, nunquam satis laudatus, vt quo nemo magis appro-*  
*bauerit*

5

†

10

15

20

A<sup>v</sup>

25

30

35

bauerit cognationem cum homine siderum, Animasque nostras  
 partem esse cœli, nouam Stellam & aliam æuo suo genitam de-  
 præhendit, eiusque motu, qua die fulsit, ad dubitationem est ad-  
 ductus, anne hoc sæpius fieret, mouerenturque & eæ, quas puta-  
 A 2<sup>r</sup> mus affixas. Idemque ausus rem etiam Deo improbam, || annume-  
 rare posteris stellas, ac sidera ad normam expangere, organis ex-  
 cogitatis per quæ singularum loca & magnitudines signaret, vt  
 facile ex eo discerni possset, non modo an obirent, nascerenturue,  
 item an crescerent, minuerenturue. Cœlo in hæreditate cunctis  
 10<sup>†</sup> relicto, si quispiam qui rationem eam caperet, inuentus esset. Hæc  
 Plinius. Licet vero illa Plinij verba non obscure testentur, Hipparchum  
 veram stellam in ætherea regione, suo æuo genitam depræhendisse, &  
 hac occasione reliquarum omnium loca, instrumentis debitis (quod  
 nullus ante ipsum præstitit) signasse, vt posteri scirent an sæpius hoc  
 15 fieri posset: tamen non dubitauit interpres Plinij Milichius, illa in Co-  
 metæ alicuius apparitionem detorquere, rei potius incredibilitate, &  
 omnium Philosophorum refragante iudicio, quam auctoris sententia  
 eo perductus. Quam enim perperam, de Cometa, hunc locum Plinij  
 interpretatus sit, nemo refragabitur, qui penitus citata Plinij verba in-  
 20 trospecterit. Et quam quæso absurdum est affirmare Hipparchum, vi-  
 rum in omni scientiarum genere excellentem, præque aliis in Mathe-  
 maticis summum artificem, non sciuisse melius inter veras æthereæ  
 regionis stellas, & aëris igneum Meteoron, quod Cometam vocant,  
 discernere, quam vt per hanc occasionem omnium affixorum siderum  
 25 catalogum & situm, diuino potius quam humano labore, posteris re-  
 linqueret. Vt taceam, quam ridiculum sit, quod idem Plinij commen-  
 tator, ex verbis prædictis aberat, Hipparchum per istius Cometæ mo-  
 tum (Cometam enim fuisse hanc stellam opina-||tur) stellarum fixarum  
 A 2<sup>v</sup> situs, & motum, depræhendisse, cum omnium Cometarum cursus sit  
 30 enormis, instabilis, celer, & vagabundus: stellarum vero in octauo orbe  
 affixarum motus regularis, certus, vniformis, adeoque lentus, vt vnus  
 hominis ætate vix progredi animaduertantur. Hæc non villo carpendi  
 studio commemoro. Non enim est candidij & ingenui ingenij, aliorum  
 labores deprauando calumniarij: sed monere saltem volui, ne alij, hu-  
 35 ius interpretis, viri docti autoritate freti, ad Cometæ alicuius, & non  
 veræ stellæ apparitionem, Plinium detorquerent. Mihi sane dubium  
 non est, Plinium per hæc verba significasse, Hipparchum veram stel-  
 lam & genuinam in cœlo, suis temporibus primum natam, depræhen-  
 disse: Alias enim nec ipse quicquam noui, aut admiratione dignum,  
 40 de tanto viro retulisset, cum Cometæ crebrius conspiciantur, & a quo-  
 uis etiam Mathematicum imperito animaduertantur. Quæ autem &  
 qualis hæc fuerit, & an rursus euanuerit nec ne, quoniam ex Plinij  
 verbis

verbis colligi non potest, in dubio relinquimus. Nec simile quidpiam,  
 vel ante Hipparchi tempora, vel etiam post, annis iam elapsis mille  
 septingentis, ab vlllo artifice (vt dixi) sæpius obseruatum esse legimus,  
 priusquam hac nostra ætate, illa, de qua nunc sermonem instituimus,  
 conspici cœpit. Quod vero illa, neque sit in Elementari & aërea mundi 5  
 regione apparens igneum aliquod meteoron: sed inter cœlestes orbis  
 locum obtineat, postea demonstrabimus. Apparet itaque quam sit hæc  
 res inusitata, quam admiranda, quam denique omnibus Philosophis A 3 r  
 incredibilis, nouam & aliam a prioribus nunc demum in cœlo prodijße  
 stellam. Nec Theologis, qui alias multa in mundano orbe miraculose 10  
 contingentia, per diuina mysteria excusare possunt, sufficientes red-  
 dere causas eius rej, possibile existimo. Illis enim per Mosis de mundi  
 fabrica historiam, compertum est, Deum autorem Vniuersi, ex quo  
 cœlos & Elementa, cum omnibus suis ornatibus absoluißet, quieuiße  
 ab omni opere, nec vllam postea rerum nouam condidiße speciem. 15  
 Scio tamen aliquos ex occultiori quadam, & nostro sæculo primum in  
 lucem producta Philosophia aßerturos, possibile esse hanc stellam in  
 veteri Iliado (libet enim eorum vocabulis vti) hæctenus latitasse, &  
 nunc demum maturatione sui absoluta, mortalibus conspiciendam  
 prodijße. Etsi vero nunc non disputem de huius nouæ (vt putatur) 20  
 Philosophiæ certis vel ambiguis fundamentis: & non ignorem, ex illa,  
 multarum in Natura abstrusarum rerum, & a vulgaribus Philosophis  
 vel incognitarum, vel minus recte intellectarum, causas & progressus  
 explicari posse: tamen mihi verosimile esse, vt hoc miraculum ea ra- 25  
 tione sufficienter saluetur, vix persuadebitur. Nam si huiusmodi in  
 cœlo (quod illi quartum & igneum Elementum, non dubitant, suis  
 ducti rationibus, appellare) fierent generationes, cur non sæpius tot  
 elapsis seculis, in tanta cœlij vastitate, animaduersum est noua prodire  
 sidera? Et cur illa quæ hæctenus apparu-||erunt nullam inde a mundi A 3 v  
 exordio, magnitudinis, luminis, coloris, vel ordinis perpeßa sunt al- 30  
 terationem? Id enim in tanto temporis interuallo, & tanta stellarum  
 copia, fieri oportebat, si cœlo eiusmodi competeret generationis & cor-  
 ruptionis neceßitas. Taceant igitur omnes Philosophi, seu veteres, seu  
 noui: taceant ipsi quoque Diuinorum Mysteriorum interpretes The- 35  
 ologi: taceant cœlestium corporum contemplatores Mathematici, nec  
 de modo generationis huius stellæ & tanti miraculi excusatione, se ali-  
 quid certi constituere posse existiment. Nec est quod aliquis sibi per-  
 suadeat, hanc stellam similem esse illi, quæ Magis Orientalibus, cum  
 Saluator mundj nasceretur, apparuit. Illa enim non in cœlo inter reli-  
 quas stellas: sed in ima aëris regione, non procul a superficie terræ lo- 40  
 cum obtinebat. Alias enim nec motu suo, iter, Salvatorem quærenti-  
 bus, nec quiete, domum in qua inueniretur, ostendißet. Sed cum toto  
 cœlo

cœlo circumuoluta, nullum habuisset tam exigui spacij in orbe terreno respectum: cum tota terra, cœlo collata, non habeat sensibus incurrentem magnitudinem. Adde quod illa stella solis Magis ab oriente profectis, vt Dominum adorarent, illique tanquam Regi, Deo, & Hominj, munera, Aurum, Thus, Myrrham offerrent, apparuit: siue quod Deus peculiariter eorum mentes & oculos illustrauerit, vt illj a longinqua & ignota regione venientes, eum agnoscerent, per quem omnia facta sunt, humanam induisse naturam, quem proprij Iudæj, inter quos A4<sup>r</sup> nascebatur igno-||rabant: siue quod hi sapientes homines, per occultioris & incognitarum rerum indagatricis Magiæ cognitionem, ea viderint & intellexerint, quæ reliquis hominibus, huius scientiæ ignaris, occulta erant: vnde etiam non immerito Magorum appellationem in sacris literis fortitj erant. Sed qualis ea fuerit stella, quæ illis apparuit, non est huius loci scrupulosius indagare, cum ipsis etiam Theologis, ob Magiæ ignorantiam, nihil in hac re certj constet. Sufficit enim demonstraße hanc nouam & inusitatam stellam, quæ nuper apparuit, nullam habere cognationem cum illa, quæ Magis conspiciebatur: nec posse eius generationis modum saluarj, vel a Theologis, vel a Philosophis, nec ab ipsis etiam Mathematicis. Reliquum igitur est, vt statuamus Dei totius Machinæ mundanæ opificis, admirandum hoc esse Ostentum, præter omnem naturæ ordinem, a seipso in initio constitutum: nunc demum aduersascenti mundo exhibitum. Diuina enim maiestas liberrime agit, nec vllis obstricta est Naturæ vinculis, sed cum vult, sistit aquam fluuiis & vertit sidera retro.

25 *Hæc potuit Solis currus inhibere volantes,  
Cum populi Israël dux Iosue sterneret hostes.  
Hæc potuit Solis sine Luna, extinguere lumen,  
Cum suus est factus pro nobis victima Gnatus.*


Quapropter etsi de hoc nouo & nunc primum nato fidere, aliqua in A4<sup>v</sup> medium adferre constituerim: tamen de || eius generatione, & quibus rationibus extiterit, me nihil affirmare posse, ingenue fateor: sed solum ea, quæ ad Mathematicam considerationem spectant, excutiam.

Dicam enim de eius, quo ad fixas & Zodiacj longitudinem, latitudinemque positu: de ipsius a Terra, centro Vniuersi, remotione: nec non de eiusdem magnitudine, lumine, & colore: quibus etiam de huius stellæ effectibus, ab Astrologia petitas coniecturas subiungam.

# DE HVIUS NOVÆ STELLÆ IN CŒ- LO, QVO AD FIXAS POSITU, & IPSIUS QUO AD ZODIACUM, LONGITUDINE & LATITUDINE.



CONSPICIEBATUR hæc recens nata stella in Boreali 5  
cœlij plaga, versus polum Arcticum, iuxta constellatio-  
nem, quam veteres Magi Casiopeam appellarunt, vicina  
paruæ istj stellæ, quæ est in Cathedræ medio loco, modi-  
cum ab ea versus Cepheum remota. Constituebat etiam 10  
cum suprema Cathedræ, & ea quæ in pectore Schedir  
appellatur, eaque quæ iuxta incuruationem ad ilia tendit, figuram qua-  
drilateram. Sed vt tota res melius cognoscatur, præcipuas stellas fide-  
ris Casiopeæ, vnâ cum huius nouæ ad illas positu, oculis subijciam.



Bv

Distantiam

Distantiam vero huius stellæ a fixis aliquibus in hac Caſiopeiæ constellatione, exquisito instrumento, & omnium minorum capacj, aliquoties obseruau. Inueni autem eam distare ab ea, quæ est in pectore, Schedir appellata B, 7. partibus & 55. minutis:

B 2<sup>r</sup> a superiori || vero fellæ G, partibus 5, minutis 21: a flexura denique, & ea, quæ iuxta ilia D, 5 partibus minuto 1. Ex his distantijs huius nouæ stellæ a dictis fixis, ipsius locus incidit, quo ad longitudinem in 7G: ♄, cum latitudine

10 Septemtrionalj 54 fere partium, paucissimis vtrobique neglectis minutis: idque potissimum per duas vltimas distantias, a flexura videlicet, & suprema Cathedræ innotuit. Nam si

15 harum duarum fixarum loca, secundum longitudinem & latitudinem nota, præsupponamus, non latebit scientiæ triangulorum sphericorum gnaro, noui sideris ab æquinoctio verno in longitudinem, & ab Eccliptica in latitudinem remotio. Sint enim euentioris demonstrationis gratia, in sequentj figuracione,

20 duæ stellæ fixæ sideris Caſiopeiæ A & B: quarum A sit illa in Cathedræ parte superiore, quam alij in ascensu medio collocant: B vero illam, quæ in flexura est, iuxta ilia, representet: C autem locus nouæ stellæ, & A C,

25 arcus distantiæ eius a suprema Cathedræ: CB, arcus inter hanc & flexuram interceptus: & A B, arcus intercapedinis vtriusque fixæ. Sit insuper G polus Zodiacj Boreus, a quo


30 duo quadrantes descendant in Ecclipticam, per prænominatas fixas in A & B positas: per A quidem G D: per B vero G F. Erit itaque D F arcus Ecclipticæ dirimens vtriusque fixæ longitudinem, & A D, atque B F, arcus latitudinum earundem fixarum. Pari ratione a polo

35 Zodiacj, per locum nouæ stellæ in C positæ, ||

B 2<sup>v</sup> ducatur quadrans in Ecclipticam, quæ hîc G E erit. Itaque E locus longitudinis nouæ stellæ, & D E arcus differentiæ longitudinis huius a priori fixa in A posita:

40 C E vero arcus latitudinis, seu remotionis ipsius ab Eccliptica. Præsupponantur autem loca longitudinis & latitudinis Fixarum, qualia Copernici abacus, adiecta æquinoctij preceſſione, indicat, vt sit longitudo

prioris



prioris stellæ A in 29. G. 0. M. ab æquinoctio verno, idque in puncto  
 D, cum latitudine boreali 51. G. 40. M. quam representat (vt dixi) ar-  
 cus A D. Longitudo autem posterioris in B positæ, sit in 7. G. 50. M.  $\gamma$ .  
 Idque in puncto F, cum latitudine boreali 49. G. 0. M. quam designat  
 arcus BF. Hinc lubet indagare arcum DE, quantum videlicet E longi- 5  
 tudo nouæ stellæ excedat longitudinem fixæ in A positæ, quæ est in B3r  
 D, vt E locus longitudinis nouæ stellæ, in Eccliptica cognoscatur. Libet  
 etiam hinc arcus CE quantitatem indagare, vt innotescat etiam huius  
 nouæ stellæ ab Eccliptica remotio, quam latitudinem vocant. Verum  
 vt in horum noticiam per triangulorum Sphæricorum scientiam, de- 10  
 bito processu peruenire liceat, confidero omnium primo Triangulum  
 A G B, cuius bina latera in G polo iuncta, nota sunt, per complementa  
 latitudinum fixarum G A, scilicet 38. G. 20. M. G B vero 41. G. 0. M.  
 Est etiam angulus, quem dicta latera comprehendunt notus. Illum  
 enim metitur arcus D F, differentia videlicet longitudinis vtriusque 15  
 fixæ, quæ est 8 Gra. 50. M. Vnde per vigesimam octauam proposi-  
 tionem libri quarti, Iohannis Regiomontani, de triangulis sphæricis,  
 arcus A B innotescit, quem inuenimus 6. partium cum  $\frac{1}{4}$ , qualem etiam  
 per instrumentum, capiendo vtriusque fixæ distantiam, obseruauit.  
 Habet itaque nunc dictum Triangulum A G B omnia latera nota: 20  
 vnde per vltimam propositionem libri quarti Regiomontani de Trian-  
 gulis, vel tertiam libri quinti eiusdem, Copernici vero de iisdem deci-  
 mam tertiam, Angulus B A G manifestabitur. Inueni autem hunc an-  
 gulum, absoluta operatione numerorum, iuxta dictas propositiones,  
 partium III. Minutorum 46. Nunc etiam pari ratione angulum Tri- 25  
 anguli CAB, qui est ad A, dimetiar: nam & omnia huius || latera nota B3v  
 sunt ex antecedentibus, C A part: 5 Minutorum 21: C B, 5 Part. 1 Min.  
 A B 6. Par. 15 Min. Euadit igitur Angulus C A B, per dictas proposi-  
 tiones, partium 49. Minu. 52. Hunc angulum ab angulo B A G prius  
 inuento, aufero, tanquam partem de suo toto, & relinquitur quantitas 30  
 anguli C A G, partium 61, Minu. 44. Nunc progredior ad Triangulum  
 C A G, cuius Angulus, qui ad A, iam innotuit: duo vero latera dictum  
 angulum comprehendentia G A & A C, ex superioribus nota sunt.  
 Quapropter beneficio 28 propositionis libri quarti Regiomontani de 35  
 Triangulis, reliquum latus G C innotescet, partium videlicet 38 Mi-  
 nut: 4. Erat autem arcus G C, complementum latitudinis nouæ stellæ.  
 Vnde sublato eo, a Quadrante, vera stellæ latitudo, partium 53 Minut:  
 56 euadit: quantitas videlicet arcus C E. Pro longitudine vero huius  
 stellæ indaganda, anguli D G E, quantitatem per omnia latera Tri-  
 anguli G A C, iam cognita, dimetior, iuxta operationem propositionis 40  
 34 libri Quarti, vel tertie libri Quinti Regiomontani de Triangulis.  
 Inuenio autem dictum angulum part: 8, & minuti vnus. Hunc vero  
 angulum



angulum metitur arcus DE, differentiam longitudinis nouæ stellæ a longitudine prioris fixarum representans. Quapropter adiecto hoc arcu, partium, vt dixi, 8 & 1 Minuti ad longitudinem prioris fixæ, quam absumpsimus esse in 29 G, 0 Min.  $\vee$ , euadit locus longitudinis || nouæ stellæ in 7. G  $\gamma$  & Min: 1. Latitudinem habens ab Ecliptica supra inuentam 53 Part: 56. Minu. quod erat demonstrandum. Hac itaque ratione, locum longitudinis & latitudinis huius noui sideris, beneficio doctrinæ Triangulorum infallibilij methodo inquisiimus. Proceßum vero operationis, in inquirendis angulis & lateribus Triangulorum quibusue iam commemoratis, iuxta citatas huius doctrinæ propositiones, non est huius loci plenius explicare, tum quod prolixius, & nimis perplexum fieret hinc totum negotium. Bona enim pars propositionum libri quarti Regiomont. in hoc opere absumitur, eo quod omnes, more Geometrico catenatim cohæreant: tum etiam quia diuini-  
 10  
 15  
 20  
 25  
 30  
 35  
 40  
 45  
 50  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

Ex hac inuenta huius Nouæ stellæ longitudine & latitudine, ipsius etiam declinationem, siue quod idem est, ab Æquatore remotionem minimam, beneficio Sphæralium Triangulorum, inueni Part: 61 Min: 58. Quemadmodum per instrumentum etiam oculari obseruatione facta, illam eiusdem exquisitè quantitatis inueni. Pari quoque ratione ex nota declinatione & longitudine data, eius ascensionem rectam inquisiui G. 0. M. 22. Vnde hæc stella cum 20. Min. primi Gradus  $\vee$ . cælum culminat, cum verticij proxima est: & cum totidem  $\Omega$ , denuo Meridianum tranfit Horizonti vicina. Est itaque locus eius circulo, quem Colurum Æquinoctiorum vocant, ferme coincidens: idque iuxta limites viæ lacteæ, Casiopeiæ, & Cepheo interiectos. Verticalis autem est illis in terra locis, quæ eleuationem poli Arcticij 62. G. minus 2. M. habent.

habent. Tanta enim est stellæ (vt dixi) declinatio. Atque hæc de nouæ illius stellæ positu, tam quo ad fixas, quam quo ad Ecclipticæ longitudinem et latitudinem, ipsumque Æquatorem, sufficienter, & dicta & demonstrata esse arbitror. Hunc autem positum seruauit toto tempore, ex quo illam primo conspeximus, nec vlllo minuto (sæpenumero facta 5  
diligenti obseruati-||one) hinc progressa est, elapsis iam mensibus sex. C<sup>r</sup>  
Quapropter in posterum etiam eodem in loco permanfuram, nec vlllo alio motu proprio, quam stellarum fixarum, communi octauæ Sphæræ, progressuram auguror.

## DE SITV EIVS, QVO AD MVNDI DIAMETRV M, ET DISTANTIA A TERRA CENTRO VNIUERSI.




**A**RDUUM est, subtilique indiget ingenio, stellarum a nobis indagare remotionem, propter incredibilem earum a terra distantiam: nec vlla ratione commodius & certius id prestari potest, quam per paralaxeos, si quam habent, mensuram. Si enim stella aliqua horizonti vicina, alio in loco cernatur, quam vbi altissima vertici appropinquat, necessarium est eam reperiri in aliquo orbe, respectu cuius terra sensibilem habeat magnitudinem. Quam vero longe remoueatur dictus orbis, paralaxeos quantitas semidiametro terræ collata, manifestabit. Sin vero stella tam iuxta horizontem, quam verticem, in eodem primj mobilis puncto cernatur, non dubium est, eam, vel in octaua Sphæra, vel non longe infra, in orbe, cuius respectu tota terra punctj vicem gerat, locum obtinere. Vt || igitur nobis ea ratione innotesceret, vtrum hæc C<sup>v</sup>  
stella in Elementari regione, aut inter cœlestes orbis existeret, qualemque ab ipsa terra haberet distantiam, indagauimus an vllam, & quantum, haberet paralaxin, idque hoc modo. Interuallum inter hanc & Schedir Cassiopeiæ (eo quod hæc stella fere cum noua, Meridianum vnâ obtineat) obseruauimus cum verticj proxima esset, 6 tantum gradibus 30  
ab ipso zenit remota (ideoque nullam, etiam terræ propinqua in eo loco induceret paralaxin, sed locus eius visus & verus in vnum punctum propter fere coincidentes a terræ centro & superficie lineas, vnitur). Idem præstiti cum longissime a zenit remota, Horizonti proxima esset: & vtroque eandem præcise a dicta fixa inuenj distantiam nullo minuto variatam, partium videlicet 7 & 55 Minutorum. Idemque per alias 35  
stellas multiplicj facta obseruatione expertus sum: vnde hanc nouam stellam nullam habere aspectus diuersitatem, etiam Horizontj vicinam, concludo. Alias enim in minima sua altitudine longius remota fuisset a prænominata

a prænominata stella in pectore Cassiopeæ, quam in altitudine maxima. Quapropter non in Elementarj regione infra Lunam, sed longe supra, in orbe, cuius respectu terra sensibilem non obtineat magnitudinem, collocari hanc stellam necessarium erit. Si enim in suprema  
 5 aëris regione infra concavam sphaeræ Lunarum regionem esset, sensibilem induxisset in circulo altitudinis variationem, horizontj proxima,  
 C2<sup>r</sup> ab eo loco quem obtinebat verticj vicina. De-||scribatur enim certioris demonstrationis causa, circulus repræsentans Meridianum, vel aliquem alium verticalem primi mobilis, in quo loca omnium stellarum  
 10 considerantur, qui sit CBDE, cuius centrum sit A: Diameter vero BE verticem, CD Horizontem designet: sit insuper eodem centro descriptus circulus MKL, qui terrenj orbis circumferentiam denotet. Inter hos alius signetur circulus GHFI, qui infimum sphaeræ Lunæ & terræ proximum repræsentet ambitum, in quo stellam hanc existere fingamus: sitque primum in maxima sua altitudine iuxta punctum G: Manifestum est quod careat omni diuersitate aspectus. Ambæ enim lineæ a centro terræ, & oculo in eius superficie constituto educæ, in vnum eundemque primi mobilis circuli, videlicet CBDE cadent locum, in punctum videlicet B, vel prope, si stella non sit præcise in G. Hæc enim  
 20 6 gradibus a vertice remouetur, cum nobis altissima sit, qui tamen nullam sensibilem inducunt variationem ab ipso vertice. Constituatur vero hæc stella in eodem circulo GHFI, in minima sua altitudine, idque in puncto O, necessarium erit eam in alio loco extremj circuli videri, si oculus constituatur in K superficie terræ, quam si in A eiusdem centro. Ductis enim lineis a K superficie, & a centro terræ A, per O locum stellæ, in extremum orbem BDEC cadet linea ab A per O in P: a K vero per idem O in Q. Est igitur PQ, arcus primi mobilis, stellæ aspectus diuersitatem ostendens. ||

C2<sup>v</sup> Lubet itaque inuestigare quantitatem arcus PQ, vt innotescat quantum haberet hæc stella diuersitatem aspectus Horizonti proxima, si in circulo IGHF proxime infra orbem Lunæ constitueretur in puncto O. ||

C3<sup>r</sup> Idque vt commodius fiat, producatu linea QOK, donec alia a centro A producta, illj perpendiculariter incidat, sitque hæc in puncto R. Cum vero angulus BKQ notus sit per obseruationem: est enim complementum altitudinis minimæ, ipsius stellæ, videlicet, partium 62, Minut. 5, non ignorabitur ei contrapositus RKA ipsi æqualis. Est insuper angulus KRA ex hypothesi rectus: & latus KA notum est per mensuram quamcumque: est enim semidiameter ipsius terræ: non ignorabitur AR, per 29 propositionem Regiomontanj de triangulis planis. Si itaque ponatur semidiameter terræ KA, partium 100000, tanquam sinus totus, cum sit latus recto angulo, qui ad R, oppositum, euadit latus AR, partium 88363. Nunc demum concipio triangulum ROA, cuius duo  
 40 latera

latera RA, & AO, nota sunt. Est enim AO distantia a centro terræ ad infimam superficiem orbis Lunæ, quam vnâ cum Copernico statuimus partium 5200000, qualium semidiameter terræ AK, erat 100000 (lubet enim maioribus numeris negocium hoc absoluere, vt calculus eo fit commodior & exactius innotescat) cumque in dicto triangulo angulus 5  
ORA ex hypothefi rectus fit, per 27 propositionem Regiomontanj de



triangulis planis, non latebit angulus ROA. Multiplicato enim latere AR in totum finum, producantur 8836300000, qui numerus per latus AO diuisus, relinquit 1699 partes, finum videlicet angulj ROA, cuius arcus est 0 partium,  $58\frac{1}{2}$  || Minutorum, qui numerus anguli quæsitj C3<sup>v</sup> determinat quantitatem. Huic vero angulo ROA, æqualis est angulus POQ: est enim illj contrapositus, vt patet ex elementis Geometriæ. Idcirco arcus PQ, qui hunc angulum metitur (nam propter immensam distantiam

distantiam inter Sphæram Lunæ & primum mobile, arcus PQ non  
 differt sensibilibiter ab arcu circuli interuallo OP iisdem lineis inter-  
 cepto) stellæque designat paralaxin, erit minorum  $58\frac{1}{2}$ , quod erat  
 quærendum. Tantam igitur habuisset hæc stella in O posita, aspectus  
 5 diuersitatem, ab eo loco, quem prope verticem obtinebat, in eum ubi  
 Horizonti proxima conspiciebatur. Id autem per multas & diligentes  
 obseruationes (vt supra dixi) factas, exquisito & minime fallaci instru-  
 mento, falsum inuenimus. Vnde concludo hanc nuper visam stellam  
 non esse in circulo IGHF, suprema videlicet aëris regione, proxime  
 10 infra Lunæ orbem, nec in aliquo loco adhuc terræ propiore. Tunc  
 enim maiorem induxisset quantitatem arcus PQ, maiorque fieret aspec-  
 tus diuersitas: sed longe supra Sphæram Lunæ, in ipso cælo locum ob-  
 tinere, idque in orbe aliquo, tanto interuallo a terra remoto, vt linea  
 KA semidiameter terræ, non habeat respectu eius sensibilem quanti-  
 15 tatem: sed tota terra illi collata nil præter puncti vicem habere animad-  
 uertatur, idque in octaua Sphæra, vel non longe ab hac in altioribus  
 trium superiorum Planetarum orbibus fieri, ab artificibus compertum  
 C4<sup>v</sup> est. Vnde hæc stella in ipso cælo, vel in octauo orbe cum || reliquis fixis,  
 vel in proxime huic subiectis Sphæris constituetur. Quod autem nec in  
 20 orbe Saturni, nec Iouis, Martis, aut aliorum Planetarum existat, hinc  
 patet, quod elapso iam sex mensium spacio, nullo minuto ab eo loco,  
 in quo primum eam conspeximus, motu proprio progressa est, quod  
 fieri oportebat si in aliquo Planetarum orbe esset. Moueretur enim  
 motu ipsius orbis peculiari, contra primi mobilis rationem, nisi in al-  
 25 tero polorum, orbium secundi mobilis quiesceret, a quo tamen 28 par-  
 tibus, vt supra ostendi, remouetur. Toti enim orbis proprijs polis reuo-  
 luti, sua circumducunt sidera, vel ab illis, (vt Plinio & quibusdam alijs  
 placere video) circumaguntur. Nisi quis receptam a Philosophis &  
 Mathematicis sententiam negare velit, solasque stellas immotis orbi-  
 30 bus conuolui (quod absurdum est) asserere. Vnde si hæc stella in aliquo  
 orbium septem errantium siderum constitueretur, necessario cum ipso  
 orbe, cui affixa esset, contra diurnam reuolutionem circumduceretur.  
 Atque hic motus etiam in lentissimo Saturni orbis progressu tanto tem-  
 poris interuallo, etiam absque omni instrumento intuenti animad-  
 35 uerteretur. Quapropter hæc stella noua nec in Elementari regione in-  
 fra Lunam, nec in orbibus septem errantium siderum, sed in octaua  
 Sphæra inter reliquas fixas locum habet, quod erat demonstrandum.  
 Hinc sequitur illam non esse aliquam peculiarem Cometarum speciem,  
 nec quoduis aliud apparens igneum Meteoron. Hæc enim omnia  
 C4<sup>v</sup> non in ipso cælo generantur, sed infra || Lunam in superiorj aëris re-  
 gione existunt, vt omnes testantur Philosophi: nisi quis cum Albateg-  
 nio statuere velit, Cometas, non in aëre, sed in cælo nasci. Ille enim se  
 Cometam

Cometam supra Lunam in sphaera Veneris obseruasse existimat: quod an fieri possit, nobis nondum constat: Sed Deo dante aliquando, si nostra aetate aliquis extiterit Cometa, eius rei certitudinem inquiremus. Hoc etsi verum esse ponamus (quod vnâ cum omnibus Philosophis vix admitto) tamen non sequitur hanc stellam Cometarum esse speciem: tum propter ipsam formam, quam habet cum veris stellis communem, & ab omnium hactenus visorum Cometarum figura dissimilem: tum quod nullo motu proprio, tanto tempore, vel in latitudinem, vel in longitudinem processit, vt in Cometis fieri animaduersum est. Licet enim hi aliquando in vno loco per aliquot dies quiescere videantur: tamen non ita diu, nec ita exacte, diligenter per instrumenta exquisita obseruatione facta, eundem seruant positum. Concludo igitur hanc stellam, non esse vllam Cometarum speciem, vel aliquod igneum meteoron, siue infra Lunam, siue supra generentur: sed lucentem in ipso firmamento esse stellam, nulla aetate a mundi exordio ante nostra tempora prius conspectam. Atque hæc de stellæ eius situ, tum quo ad zodiacum, tum quo ad mundi diametrum, & cœli orbis, sufficienter dicta demonstrataque existimo: nunc ad reliqua progrediar. ||

## DE EIVSDEM MAGNITVDINE, LVMINE, ET COLORE.



**M**AGNITUDO stellarum duobus modis ab artificibus consideratur: vno, quo ad visibilem & apparentem diametrum: altero, quo ad veram, quam in ipso cœlo habent quantitatem. Licet enim stellæ nobis admodum conspiciantur exiguæ, & non aliter quam paruæ faces in cœlo lucentes appareant: tamen per ingeniosas Mathematicorum obseruationes compertum est, eas non solum totj terrestri globo æquales esse, sed longe illum sua magnitudine excedere: adeo vt vix aliqua tam exigua in firmamento conspiciatur stella, quin decies octies, ad minimum, terrenam molem exuperet: vt taceam aliquas primum honorem obtinentes, centies quinquies terram magnitudine excedere. Id licet multis incredibile videatur: tamen immensam earum a nobis distantiam considerantj nullum mouebit dubium. Quapropter etsi hæc noua stella, exigua quo ad visum appareat: tamen reuera ingentem habet magnitudinem. Non tamen semper eiusdem apparuit quantitatis. Nam ab initio, mense Nouembrj, quo primum conspici cœpit, non solum omnes stellas fixas, sed ipsos etiam Planetas, et quidem Iouem tum terræ proximum, Venerisque illustre sidus, visibili quantitate exsuperauit: || postea paulatim imminuj cœpit, adeo vt mense Decembrj,

Decembrij, Ioui fere æquaretur: in Ianuario, illo paulo minor, et fixis primj honoris maior, quibus in Februario et Martio æqualis apparuit, confpiceretur. Demum etiam plus imminuta est, adeo vt hoc tempore in initio nimirum Maij, stellas secundi honoris non excedat. Quemadmodum vero quo ad visibilem diametrum hac ratione imminuta est, sic etiam quo ad veram, variatam esse consentaneum est. Ab initio autem quando longe excedebat stellas primæ magnitudinis, incredibilj quantitate totam Terræ molem superabat. Nam si stellæ fixæ primæ magnitudinis, Terram (iuxta Mathematicos) centies quinquies exuperant, & hæc noua tantundem a Terra, quantum illæ (vt supra demonstrauimus) remouetur, maioremque longe obtinuit visibilem diametrum, neceßario etiam longe plus centenis vicibus molem, quam Terra & Maria efficiunt, ab initio exceßit. Sed progrefu temporis imminuta, iam non maior esse poterit ipsa Terra, quam sunt stellæ secundi honoris.

Lumen vero stellæ, confpicitur esse præ cæteris fulgidum & radians: adeo vt ab aliquibus in initio etiam interdiu iuxta meridiej tempus, cælo nulla aëris densitate offuscato, nonnunquam cerneretur. Scintillat etiam, vt reliquæ stellæ fixæ, & plurimum. Vnde etiam patet eam non esse inter orbis planetarum, sed in sphæra octaua vna cum reliquis fixis (prout supra quoque aßeruimus) collocarij. Planetæ enim non scintillant, sed so-||lum stellæ fixæ, & inter eas aliquæ magis, aliquæ vero minus: siue quod earum maxima a nobis remotio hoc efficiat per aërem intermedium, vt quidam opinantur, quod tamen non credo: alias enim Saturnus Apogeus, cum proximus est stellis fixis, etiam scintillaret: siue quod fixa sidera super propria centra perpetuo circumgirantur, & inde pro aëris qualitate scintillationem aspectuj immittant, vt potius cum Platonicis statuo.

Quantum vero ad colorem huius stellæ attinet, non semper eundem retinuit, sed ab initio albicans videbatur, & propius Iouiali splendori acceßit: progrefu autem temporis, lumine coarctato & inspifato, in rutilantem & Martium fulgorem degenerauit: qualis est Aldeboræ, aut illius, quæ in dextro humero Orionis rubescit. Non tamen vsque adeo rutilans fuit, quemadmodum hæc in humero, sed propius ad colorem Aldeboræ acceßit. Nunc autem relicto isto Martio rubore, in liuidam transiit albedinem, ita vt hoc mense Maio, quiddam Saturnium & Veneri simile præ se ferat.

Quod autem hæc stella tam magnitudinem quam colorem, vt diximus, sensibilibiter mutauerit, id non sufficienter probat, eam in Elementari regione, infra orbem Lunæ collocarij, & peculiarem esse quandam Cometarum speciem, vel aliam quamuis igneam exhalationem. Si enim possibile fuit, nouum aliquod corpus, in ipso æthere generari, quod

quod de hac stella supra infallibilibus demonstrationibus, contra omnium Philosophorum || sententias & decreta, probauimus: longe minus D2<sup>v</sup> impossibile & absurdum censebitur, hanc ipsam nouam stellam, aliquam alterationem magnitudinis & coloris admittere. Imo vero, quemadmodum illa aliquando in cœlo, præter communes Naturæ Leges 5 extitit, ita etiam si in eodem aliquando, contra easdem Naturæ Leges conspicj (vt credibile est) desinat, non video, quid priori, hinc magis absurdum consequatur.

## ASTROLOGICUM IUDICIUM DE EFFECTIBUS HUIUS NUPER NATÆ STELLÆ

10



TSI de effectibus huius stellæ aliquid certj constituere longe superet Astrologiæ metas, & verisimile sit, Deum, maius quippiam per hanc, mundo ostendere, quam beneficio vllius scientiæ Physicæ a quouis mortalium præsciri possit: tamen breues coniecturas ab Astrologiæ fontibus petitas subiungam, quatenus nonnulla huius artis beneficio præsciri possibile est, & mihi cognita pro temporis breui occasione in mentem veniunt: nihil hac in parte derogantes Theologorum, vel aliorum quorumuis sententiæ, nec nostras coniecturas pro Edictis prætorijs aut oraculis vendentes. Verisimile est autem, quemadmodum || huius stellæ miraculum, præ omnibus, quæ a mundj exordio facta sunt, est rarissimum & maximum: sic etiam rarissimos & maximos habituram hanc stellam effectus. Quapropter illam plus ostenti habere iudico, quam vlli superiorum Planetarum congressus, etiam illj, quos vocant maximos: aut vllæ luminarium quantæcumque eclipses: vel vllæ aliæ, quouis modo stellarum in cœlo congressus aut configurationes. Hæc enim omnia, etsi magnas in hunc inferiorem mundum habeant potestates, vt indies veri experiuntur Artifices: tamen, quia crebrius fiunt, & naturali ordine, non tantas habere possibile est significationes, quantas hæc recens nata stella, quæ præter omnem Naturæ ordinem, nunc primum in cœlo extitit, omnesque reliquas fixas, sua magnitudine & luminis fulgore plurimum exuperat. Qui vero & quales futuri sint huius stellæ effectus, admodum difficile est ex Astrologiæ fundamentis indagare. Hæc enim Ars, ex multiplici, & raro fallenti experientia, suas constituit Conclusiones, nec nisi semel, tempore Hipparchi factum esse legimus, quod noua in cœlo prodierit stella. Vnde ab experientia, iudicium hac in re petere, ambiguum peneque impossibile est. Verisimile tamen esse iudico, quod veluti circa Hipparchi tempora, qui floruit iuxta annum mundj 3840, ante Christum annis

15

20

D3<sup>r</sup>

25

30

35



annis fere 125 (quemadmodum ex obseruationibus ab eo factis, & a Ptolomeo citatis colligitur) paulatim post eius stellæ apparitionem, D3<sup>v</sup> quam obseruauit dictus Hipparchus, mirabiles || contigerunt, tum in populo Dej, tum in vniuerso orbe habitabilj mutationes: ita hisce simi-  
5 liter temporibus, fatales ingruere periodos, non est dubium.

In populo enim Dej, cœpit lux veræ doctrinæ paulatim deficere, & ab ingratis Iudæis negligi atque conculcarj. Exortæ sunt tum, Sectæ illæ tres, Pharifæorum, Ebæorum & Saducæorum. Concertabant inter se summj Pontifices, non largitionibus ac ambitione tantum, sed & 10 sanguine atque cæde, pro aris & summo Pontificatu obtinendo, vt ex historia istius Iohannis apparet, qui a fratre, hac de causa, in ipso templo occisus est. Paulo post, sceptrum etiam amisit Ianna Hyrcanus, vltimus ex tribu & domo Daud: & secutæ sunt passim horrendæ clades & funestæ lanienæ, ciuiles & externæ, vsque dum gregem suum pu-  
15 fillum, tum temporis in oppido angustum redactum, Dux de Bethle- hem ciuitate Iuda inuisit, & oriens ex alto Stella Iacob, de qua Bileam vaticinatus erat, Lux vera toti orbi salutaris, illuxit: quam duce stella, Magi inuenerunt, & sublato postea interstitio, Iudæi pariter atque Gentes micantem conspexerunt.

20 Circa hæc etiam tempora, in Rebuspub. passim magni cœpere motus. Græcorum Monarchia, crebris bellis, tam externis quam ciuilibus labefactarj, & imperium Romanis indies magis magisque acrescere cœpit, donec imperij fines Orbis in Vrbe forent: sic etiam hanc stellam, quæ nostra ætate prodijt, maximam Reipublicæ mutationem, alium-  
D4<sup>r</sup> que imperiorum & regnorum statum sequen-||tibus aliquot annis præ- significare iudico: præsertim quia hæc stella incidit in completam ferme † periodum omnium Trigonorum totius zodiaci. Nam post annos abhinc decem, congressus superiorum planetarum, præ cœteris maximus, in extremitate Piscium, finem imponet Trigono aqueo, vnaque omnium  
30 aliorum circuitum (qui vix octingentis annis absoluitur) claudit, & nouum Trigonorum principium, ab Ariete, in ignea Triplicitate incipiet. Quapropter hæc recens nata stella, cum sequenti Trigonorum nouo exordio plurimum conspirabit, idque eam præsertim ob causam, quia locus stellæ respectu polorum mundi, in initium Arietis incidit,  
35 quo etiam in loco nouum Trigonorum exordium (vt dixi) celebrabitur. Quantæ igitur hinc portendantur Imperiorum & Monarchiarum, omniumque statuum per vniuersum orbem, immutationes, huius artis periti facile intelligunt. Quod vero hæc stella, quo ad polos mundi in principium Arietis, locum æquinoctialem, totiusque zodiaci nouum  
40 exordium, prope circulum, quem colurum æquinoctiorum vocant, incidat, post varios & graues tumultus variasque omnium rerum in mundo immutationes, nouum quendam & diuersum a prioribus Mon-  
archiarum

archiarum statum, tum etiam Religionis & Legum aliam administrationem portendere, ex loci ipsius insita vi & peculiari natura videtur.


Quantum vero ad ipsius stellæ naturam attinet, quoniam ab initio, Iouis amicum lumen æmulabatur, || idcirco in initio etiam suorum effectuum, læta & prospera omnia spondere videtur, rerumque e terra crescentium & vñibus humanis aptarum, vberem promittit copiam: tum etiam animantium salubritatem, & aëris lætam amœnitatem, pacemque & concordiam. At quoniam, in medio, in rutilantem Martis feruorem degenerauit, post hæc læta & auspicata initia, subsequuturas minatur ingentes clades & calamitates, quales Martis virulentum sidus, mundo peculiariter influit, vt sunt bella, seditiones, captiuitates & mortes principum, regnorum & vrbium depopulationes, tyrannides, violentiæ, iniuriæ, incendia, homicidia, rapinæ, latrocinia, & his affines calamitates. In aëre vero siccitates, flagrantes æstus, metheora ignita, atque hinc morbi pestiferi, & anhelantj veneno serpentes, atque his similia. In fine vero, ex Saturnia natura, & lucida albedine, portendit angustias, mærores, mortes, carceres, omniaque inauspicata & funesta.

Quia vero momentum, quo hæc stella primum apparuit, sciri non potest, nec ex siderum positu, qui tunc erat, more Astrologorum, iudicium fieri: tentabimus proximum quiddam, ex positu siderum, qui tempore Nouilunij proxime antecedentis stellæ apparitionem extitit: idque exemplo Halj commentatoris Ptolomej, qui idem in Cometa, cuius initium scirj non potuit, factitauit. Sequitur igitur figura cœlj & siderum qualis fuit in Nouilunio diei 5 Nouembris. Nam circa id tempus, || vel non longe ante aut post, stellam primum apparuisse existimo. Nobis enim, vt ab initio testatus sum, primum die 11 Nouembris conspecta est: an vero aliquot prius diebus fulserit, quoniam in nostra Regione dies || illj nubibus obductj, Siderum aspectum prohibebant, apud me incertum est: non tamen vltra biduum vel triduum ad summum prius extitisse opinor.

Dominatorum in hac cœli configuratione constituo Martem. Is enim in loco luminarium Carpentum, in angulo sequente Exaltationem, in Horoscopo insuper & cœli medio cardine Triplicitatem obtinet, & cum ♃ in receptione domicilij, per \* quoque aspectum existens, non longe ab angulo occidentis, qui proxime luminarium coniunctionem sequitur, remouetur: & ipsa stella, cum initio Arietis, eius domicilio & Carpentum, Meridianum cœlique culmen attingit. Vnde tot concurrentibus causis, non dubium est, Martem in hac cœlj figura prærogatiuas partes obtinere. Adde quod omnes reliqui Planetæ in ipsius domibus videlicet & ♃ reperiantur, excepta sola Venere, quæ in Libra, ipsi, quadrata radiatione associatur: ipse vero Capricornum propriam Exaltationem possidet.

Cum

Cum igitur Mars, admodum potens in Dominio Nouilunij hanc stellam præcedentis, & cum Arcturo stella, de propria natura, admodum impetuosa, in eodem circulo Positionis occidat, non longe a Lunæ nodo, quem caudam Draconis vocant, remotus: plurimum ea signifi-  
 5 cata intendit, quæ supra, ipsam stellam, ex propria natura, quam Ma-  
 uorti habet affinem, portendere diximus: utpote tumultus, prælia, ho-



stiles hominum insidias, imperiorum & ciuitatum deuastationes ac de-  
 E2<sup>r</sup> popu-||lationes, aërisque intemperiem siccam, & morbos venenatos ac  
 pestiferos, coëteraque his similia mala, quæ Martis feruens stella mor-  
 10 talibus inferre solet. Quia vero Martis dominantis locus, incidit in sex-  
 tam domum, peculiariter videtur, noua & inusitata morborum genera,  
 & per vniuersas regiones graßantes ægritudines, portendere.

Quantum vero ad ipsius stellæ positum attinet, consideratione dig-  
 num est: quod hæc, tempore huius Nouilunij, in ipsum fere verticem  
 5 incidit,

incidit, vnde in medio cœlj & decima domo constituta, peculiarem super imperia, regna, & principatus, horumque administratores, Reges, Duces & Principes, aliosque in sublimi Reipublicæ administratione positos, habet significationem. Cum illis autem præcipue consensum obtinet, quibus ♈ signum in quo stella est, vel Aries cum quo culminat, horoscopum mediumue cœlj, aut loca luminarium cum nascerentur, obtinebat. 5

Regiones vero in quibus huius stellæ effectus maxime sæuient, erunt eæ, quæ ad Boream versus polum arcticum remotæ sunt. Illis enim hæc stella per zenit capitis transit, cum in Meridiano supra polum existit, idque præcise in locis altitudinij polj 62 Graduum subiectis, vt sunt, medium totius Moscouiæ, Liuonia, Finlandia, Suecia, & meridionalis Noruegiæ pars. Verisimile tamen est, effectus, etiam ad circumiacentes regiones se extensuros. Nec immunes erunt hi populi, qui triangulo || terreo subiacent: eo quod longitudo stellæ est in ♄, & ♀ dominij Nouilunij præcedentis locus in ♃ incidat, quæ ambo signa, de Triangulo terreo sunt. Sed vt vno verbo rem totam dicam: quia huius stellæ locus, respectu polorum mundi, in Arietem cadit, super totam fere Europam significationes extendentur. Peculiariter vero illj homines, ab his communibus calamitatibus, quas stella portendit, corripientur, qui cum nascerentur, in Genethliaca constitutione, horoscopi vel luminarium cum loco huius stellæ, aut eius Dominij Martis, habuere consensum. 10 E2v 20

Tempus autem effectuum, non in paucos aliquot annos terminabitur: sed in sequentes plurimos producet, eo quod rarissimum, maximum, & præter omnem Naturæ ordinem, huius stellæ existat miraculum. Tunc vero maxime intendentur significata, quando cum effectibus coniunctionis maximæ superiorum Planetarum, quam dixi post decennium nouum Trigonorum exordium inchoaturam, coniungentur. 25

Atque hæc, de nouæ illius stellæ effectibus, breuiter & generaliter annotare libuit. Licet autem non ignorem, ex hac ipsa, quamuis vulgari Astrologia, quædam paulo specialius prædici posse: tamen hoc loco tantum præcipua & maxime generalia dicenda iudicaui. In specie enim aliquid certi prædicere velle, nec sapientis nec boni est Astrologi, neque id satis tuto fieri posse arbitror. Intelligentibus huius Astrologiæ secreta, satis || dictum arbitror. Coeteris enim hæc non scribimus, quemadmodum ab initio testatus sum. Tacebo interim ea, quæ e verioribus & secretioribus quibusdam alterius Astrologiæ fontibus, afferri possent. Illa enim paucissimis cognita, & multis forte ob inscitiam odiosa censeretur: imo per se talis ea est, vt nefas sit, eius Mysteria profiteri. || 30 35 E3r 40

INCLYTIS

E4<sup>r</sup> INCLYTIS VTRIVSQUE ASTROLO-  
GIÆ ALVMNIS, VBICUNQUE LOCORUM, VNI-  
VERSIS & SINGULIS, DOMINIS & AMICIS, PERPETUA  
LAUDE DIGNISSIMIS, TYCHO BRAHE, DANUS,  
5 SALUTEM, & FAUENTEM PRECATUR VRANIAM.



10 VNIUERSUM hoc & amplissimum totius Machinæ mun-  
danæ Theatrum, Viri inclyti, Cœlos, Terram, Maria, &  
quæ in his comprehenduntur, Solem, Lunam, Stellas,  
Animantia, Vegetabilia, & Mineralia, per Diuini numi-  
nis sapientiam, non in suimetipsum, sed hominis, quem  
suæ imagini conformem reddidit, commodum necessita-  
temque creata & instituta esse, nemo sapiens ire potest inficias. Deus  
enim, cum sit incorporeus, immensus, æternus, incomprehensibilis,  
15 vbique & nullibi, non indiget, corporea, finita, temporanea, compre-  
hensibili, & locali, Mundi forma. Sed hominem, Mundo, quo ad hæc,  
conformem, in terra, centro totius Vniuersitatis, propterea statuit, vt  
inde, quasi ex specula, vniuersi orbis Naturam & constitutionem con-  
templaretur: eaque ratione Dei inuisibilis & incorporei, per visibilia &  
creata corpora, Maiestatem, Sapientiamque in hac mortali vita quo-  
20 dammodo agnosceret. Quapropter, post æterni & imperscrutabilis Dei  
agnitionem, a semetipso, per Prophetas & Filium Redemptorem nobis  
reuelatam, spiritualisque Dei spiritualem cultum, nihil magis homini||  
E4<sup>v</sup> necessarium, & fini, propter quem constitutus est, magis conforme esse  
iudico, quam perpetuo, in iucunda operum diuinorum, quæ in Mundi  
25 fabrica vndique elucent, consideratione versari. Licet autem, vbique,  
tam in Elementari & inferiori, quam superiori & cœlesti Mundo, illu-  
stria extent diuini operis monumenta (nullum enim animal tam vile,  
nulla herba tam exigua, nullum Metallum vel minerale tam abiectum,  
quin singulare & euidens, Dei Opificis, in illis singulis, conspiciatur  
30 artificium) tamen, nullibi magis diuinæ sapientiæ testimonia, quam  
in superiori illa cœlestis mundi fabrica conspici existimo. Inferiora  
enim hæc & sublunaria, exceptis hominum Animabus, omnia, Dissolu-  
tioni & Alterationi obnoxia sunt: nec in illis, regularis & constans  
ordinis reperitur conformitas: Cœlestia vero & supralunaria corpora,  
35 non solum magnitudine, lumine, & forma, hæc inferiora longe exupe-  
rant: sed etiam æterno quodam & diuino quasi tenore, perpetuas exer-  
cent suorum orbium reuolutiones, nec a sibi præfinita via, vllam in  
partem, quicquam declinant, celeriusue aut tardius quam constitutum  
est, motus sui periodos vnquam absoluunt. Vnde, cœlestium & supra-  
lunarium

lunarium rerum cognitionem, longe digniorem, harum inferiorum & terrenarum contemplatione, iudico. Et nihil in hoc totius Mundi admirando opificio reperiri existimo, quod magis hominem, exutum terrenis & brutalibus curis, voluptate animi afficere, & in diuini numinis admirationem ac cultum adducere possit, quam æthereæ illius & cœlestis Machinæ harmoniam, sublimi cogitatione animo versare. 5

Cum vero ita hominum peruerfitate comparatum sit, vt quo excellentior Scientia aliqua existat, eo || pauciores sui habeat cultores, eoque magis ab inscijs & indoctis contemnetur: & quo difficilior ac sublimior, eo plus, ab ipsis cultoribus deprauata in abusum redigetur; hinc factum est, in hac etiam Diuina cœlestis Mundi consideratrice Arte, quam Astronomiam appellarunt, vt non solum a paucis excolatur, & ab imperito vulgo, multique alias eruditis, derideatur: sed etiam a propriis Artificibus & sectatoribus, perperam ac indigne tractetur. Quid autem inscij & imperitum vulgus, quos propria excusat ignorantia, de hac diuina Scientia iudicent, floccifaciendum, nec responsione dignum, arbitror. Hi enim, non artis vilitatem, sed propriam ostentant inscitiam: nec iudicium de Artibus, ex eorum opinione, qui eas ignorant, statuendum est. Verum, quod hæc excellens consideratio cœlestium corporum, ab ipsis Artis cultoribus peruerse, nec ea, qua par est diligentia, excolatur, non ferendum censeo. Multi enim, cum vix a limine diuinam Astronomiam salutauerint, se pro summis Artificibus venditare non erubescunt, hancque maxime (si quæ alia) liberalem Scientiam, sui questus causa, deprauare, & negligenter excolere, lucri & laudis loco ducunt. Vt autem de ea Artis parte, quæ motus & reuolutiones orbium cœlestium considerat (quæ etsi a multis excellentibus viris, summo & indefesso studio elaborata est: hactenus tamen exquisite & perfecte a nullo inuenta) nihil hoc loco dicam: altera sane, quæ effectus & influentiam syderum, diuino potius quam humano ingenio scrutatur, Dij boni, quam indigne, quam negligenter, quam questuoso & turpi abusu, hodie, a plerisque tractatur. Genethliaca enim consideratio, quæ ex positu syderum pendet, hominem cum primum vitales imbibit auras, excipiente, tota fere || deprauata est, tota in abusum redacta, tota nulla experientia, vt par erat, sed futili authoritate (quæ, vt in aliis humanis cognitionibus: ita in Mathematicis, omnium minime locum habet) a suis cultoribus exercetur. Metheorologica vero, quæ cœli, in fœcunda aëris regione, varios fœtus considerat, non solum non satis exculpta est: sed insuper etiam, ita hodie passim prostituitur, vt imperitum quoque vulgus non lateat, quam sint vani & futiles annuorum Prognosticorum Artifices. De harum vtriusque abusu & deprauatione, latius aliquando disseruimus, in libello quem inscripsimus *CONTRA ASTROLOGOS PRO ASTROLOGIA*. De posteriori vero, & Metheorologica, etsi nunc, 40

nunc, perfecte omnia fundamenta, omnesque rationes non excutere: tamen exemplar aliis insequendum (amicorum sollicitationibus impulsus) præ oculis ponere constitui. Quali autem ordine, & quibus rationibus, hunc laborem absoluerim, nunc commemorabo, vt melius nostri instituti percipiatur ratio.

Manifestum est, aëris qualitatem, post Luminarium configurationes euidenter, sensibilibiter alterari. Quapropter ad singula momenta, Nouiluniorum, Pleniluniorum, & intermediarum Quadraturarum, cœli siderumque positus, ordinaui: & non solum ad hæc: sed etiam ad medias Quadraturas (quæ octaua cœli parte dissident) idem tentare ausus fui: idque non solum, propria & multiplici experientia, edoctus: sed, Veterum autoritate vna id comprobante, feci. Testatur enim Plinius, naturalis Historiæ libro secundo, Veteres, considerasse quartam Lunam a Solis congressu, & iuxta illam iudicium tulisse. Ptolomæus etiam asserit, ante tres fere dies, & nonnunquam post tres exæquati itinere Lunaribus ad Solem, omnium tempestatum significationes existere solere. Quæ tempora, incidunt in configurationis Octogonicæ loca. Adde, quod veteres Astrologi, Lunæ configurationes & habitus, tunc præsertim considerandas esse statuerunt, quando Luna esset in Athacir, quo nomine, interualla ipsius a Sole octogonica significabant: vt nihil dicam de Crisium Indicatione in morbis animaduertenda, quæ etiam dimidias quadraturas beneficio motus Lunaribus obseruat. Et quamuis, quidam Medici, alias rationes Crisium, quam ex Lunæ transitu statuunt, ab inferiori videlicet ipsius Microcosmi Astronomia: tamen non dubium est, hanc, cum superiori consensum habere.

Tempora autem harum Solis & Lunæ octogonicarum configurationum, non ex vsitatis cœlestium motuum Tabulis, siue Alphonsinis, siue Copernianis, aut vllis aliis, mutuati sumus: sed per proprias, in vtriusque Luminaris cursu, aliquot præcedentibus annis, factas obseruationes, illa emendauimus: vt non dubitem, tempora Zyfigiarum luminarium, a nobis assignata, propius ad veritatem cœlestis normæ, accessura, quam ea, quæ ex Tabulis vel Ephemeridibus quibusue petuntur. Quam enim sensibilibiter, hæc, a scopo aberrant, ostendunt Eclipsium (vt de cœteris taceam) obseruationes, suis calculis non exacte correspondentes. Quemadmodum nos *CATALOGO OBSERVATIONVM COELESTIVM*, per integrum decennium elapsum, factarum, & in posterum (si Deo ita placuerit) continuendarum, aliquando manifestabimus: & non solum in motu luminarium: sed etiam reliquarum errantium inerrantiumque stellarum, Martis præsertim & Mercurij, multum adhuc latere scrupuli, ostendemus. ||

Ad hæc autem tempora Nouiluniorum, Pleniluniorum, & Quadraturarum, integrarum, mediarumque, cœli & stellarum positum designauimus:

nauimus: non per duodenariam cœlestis Machinæ distributionem, vt communiter fieri solet: sed veluti octogenariam luminarium in Zodiaco configurationem perpendendam duximus: ita etiam singulis hifce Zyfigijs, octogenariam totius cœli diuisionem attribuere, operepræcium vifum fuit: idque ea ratione absoluimus, vt singuli cœli quadrantes, Meridiano & Horizonte intercepti, non trifariam, sed bifariam, secarentur. Rationes autem huius diuisionis octogonicæ, habemus ampliffimas: inter quas, præterquam quod loca media inter Horizontem, & Meridianum, post horum circulorum limites, sint maximi roboris (dimidium enim angulum rectum in centro Vniuerfi efficiunt) quotidianus insuper Oceani affluxus & refluxus, etiam non obscure testatur, locis, Meridiano Horizontique intermedijs, multum inesse efficaciz. Cum enim Luna, motu primi mobilis, eo quotidie peruenerit, Oceanus statum suum obseruare solet. Quamuis non ignorem, alios, alias causas huius reciproci maris fluxus, constituere, idque ex inferiori natura & elementari Astronomia: eas tamen, cum superioribus, quibus omnia inferiora parent, consensum habere (vt supra quoque in Crisium mentione testatus sum) mihi dubium non est.

Modum vero huius diuisionis octogonicæ, non per Zodiacum, vt plerique Arabes, a suis polis: nec per Æquatorem a propriis polis, vt Albategnius: nec per eundem Æquatorem ab interfectionibus Horizontis & Meridiani, vt nostra ætate Regiomontanus factitauit, exequuti sumus: sed veluti totum cœlum hac in re || considerandum venit, sic etiam diuisionem toti cœlo æqualiter & conformiter competentem, instituimus, nulla habita ratione Zodiaci vel Æquatoris, tanquam imaginariorum, in cœli rotunditate, circulorum. Absoluimus autem hanc diuisionem, per duos circulos in sphæra maximos, mutuis Horizontis & Meridiani sectionibus, inuicem ad angulos rectos, coincidentes, & spacia cœli, eidem Horizonti Meridianoque intercepta, bifariam, in interualla æqualia diuidentes. Similem quoque in duodenaria cœli distributione obseruamus rationem, nisi quod hic, dicta spacia Horizonti Meridianoque interiecta, non bifariam, sed trifariam, æqualiter, per similes circulos interfectioni mutuz Horizontis Meridianique coincidentes, diuisionem instituere oporteat. De toto autem hoc negotio firmas & sufficientes Demonstrationes attulimus, in tractatu, quem *DE VARIIS ASTROLOGORVM IN COELESTIVM DOMORVM DIVISIONE, OPINIONIBVS, EARVMQVE INSVFFICIENTIA* inscripsimus: vbi firmissimis rationibus demonstrauius, cœli diuisionem, tam per zodiacum modo æquali, quam per Æquatorem, siue Albategnij siue Regiomontani via, quam vocauit Rationalem, Mathematicæ, harmoniz consonam, minime esse: aliamque, sufficientibus rationibus & multa experientia stabilitam, in harum locum restituimus, supputatis



supputatis etiam Tabulis, quarum beneficio, executioni numeratoriæ, hoc negotium mandari possit.

5 Infra has octogonicarum zygiarum cœli figuras, breuem & succinctam singularum figurarum, Astrologicam considerationem, sub-  
 iunximus. Et primo, dominantes stellas, quæ videlicet, plurimas præ-  
 F3<sup>v</sup> rogatiuas in loco Luminarium, & angulo sequente, tum etiam || Horoscopo, obtinent, annotauimus: has, vno nomine, more Arabum, *Almuten* appellamus. Adiunximus etiam Dominum horæ inæqualis: eo quod veteres Astrologi, plurimum tribuebant dominis horarum,  
 10 adeo, vt dierum denominationem ab illis mutuari non dubitarint. Sed dimensiones illarum horarum, non vulgari ratione (quæ diei artificialis duodecimam portionem vni horæ tribuit) exequuti sumus: hic enim modus, friuolis rationibus fundatur, parumque experientiæ consonat: sed subtiliori quadam via & peculiari Methodo, hanc diuisionem  
 15 aggregi, singulas etiam horas, eiusdem diei, inuicem collatas, reddidimus inæquales. Atque hæc diuisio, & firmioribus rationibus, & maiori experientia fundatur, quam prior, & vulgaris horarum inæqualium distributio: vt in tractatu nostro, *De horis zodiaci inæqualibus, quas Planetarias vocant*, abunde demonstrauius: adiunctis insuper Tabulis, ex quibus singularum horarum quantitas, per omnes totius anni  
 20 dies, facile depromi, & negotium hoc numeris absolui possit. Post Planetas, figuræ ipsius & horæ Almuten existentes, ascripti etiam, cum quibus fixis, ☾, tempore eius Zygiæ commoratur, & quorum Planetarum naturam illæ referant: vnaque adiunxi defluxus & applicationes ☾: a quo videlicet Planeta recedat, & cui proxime accedat, siue corpore, siue quauis configuratione alia. Demum, & mansiones Lunares, etsi a quibusdam repudiatas, tamen non negligendas duxi: eo quod omnes veteres Astrologi, mansiones Lunæ, quas 28, ex diebus  
 25 suæ reuolutionis statuerunt, magni semper fecerunt. Sed initium harum mansionum, non a 20 ♀ deduximus, vt communiter modernis Astrologis mos est: sed ab ipsa prima stella asterismi Arietis, a qua  
 30 pri-||ma mansio nomen habet, quæ ab æquinoctio verno hoc anno remouetur 27 P.  $\frac{5}{6}$ , exordium cœterarum Mansionum instituimus. Falluntur enim moderni Astrologi, qui vtuntur iisdem limitibus Mansionum, quibus Veteres, quorum tempore, prima stella Arietis, fuit in 20  
 35 fere gradu Arietis: at nunc, ob Æquinoctij præcessionem, nostra ætate, octo fere gradibus ab initio Arietis nonæ sphæræ remotior. Postremo, ex his, breuem coniecturam, de aëris statu, illi Zygiæ competentem, subiunxi. Atque hactenus octogonicarum figurarum rationem, eorumque quæ his infra scripta sunt, satis explicatam esse arbitror.  
 40

Præmissimus autem his, cœli, ad tempora octogonicarum configurationum Solis & Lunæ octogonarijs & æqualibus constitutionibus, figuras

guras octo: in quibus, positus cœli & syderum, ad tempora Solstitiorum  
 & Æquinoctiorum, item Nouiluniorum vel Pleniluniorum, hæc im-  
 mediate antecedentium, designauimus: vt generalis Quartarum anni,  
 ex his, status cognosci possit: diuisionemque hac in parte retinuimus  
 duodenariam: sed ea ratione institutam, qua fieri oportere prius dixi. 5  
 Momenta vero temporum, cum Sol cardinalia puncta ingreditur, per  
 nostras, in motu Solis obseruationes, etiam correximus. Adeo quod  
 non dubitauerim, Solstitium Hybernum, Alphonfina supputatione de-  
 cem ferme horis serius, Prutenica vero, ad quintam vsque horam citius  
 constituere. Æquinoctium autem Vernum, nobis, Alphonfinam rationem 10  
 ad dimidium ferme diem, excedit: cum Prutenicam, septem  
 horis anteuertat: Solstitium Æstiuum, plus quatuor horis vltra priorem  
 Alphonfi calculum produximus: at Prutenicis Tabulis, duas ferme ho-  
 ras, detraximus. || Æquinoctium demum Autumnale, Alphonfinis Ta-  
 bulis sesquialtera hora vltius: Prutenicis vero, dimidia circiter hora  
 prius, constituendum iudicauimus. Horarum minutias, in his diffe-  
 rentijs consulto prætermitto. Vtinam enim eo vsque cursus solaris cer-  
 titudo nobis cognita esset, vt vel in horis, certi esse possimus: de minu-  
 tijs certe non multum altercaremur. Quamuis vero, admodum sit diffi-  
 cile, imo pene impossibile, Solaris cursus normam adeo exquisite & 20  
 scrupulose cognitam habere, vt inde minutum temporis, quo aliquod  
 Zodiaci punctum ingreditur, sciri possit (Sol enim, etiam velocissimus,  
 spacio vnus horæ, vix tria minuta absoluit, nullo instrumento, vel  
 maximo, animaduertenda) tamen confido, tempora Solstitiorum &  
 Æquinoctiorum a nobis annotata, propius motui Solis correspondere, 25  
 quam ea, quæ communiter, ex Tabulis vel Ephemeridibus petuntur.  
 Nec iudicium figurarum illarum, tam ex cardinum cœli & primi mo-  
 bilis constitutione, quam ex proprijs Planetarum locis & configura-  
 tionibus, instituimus: admoniti ex dubio illo Æquinoctiorum Solstitio-  
 rumque tempore. Interim tamen, non desunt aliqui, summo rifu ex-  
 cipiendi, qui audent vsque ad scrupula prima, secunda, & tertia, & plus  
 si velles, hæc momenta iactare: cum sæpe ad dimidium diem (si cœlum  
 introspicere scirent) se aberrare cernerent. Imo vero, nonnulli, con-  
 gressus superiorum Planetarum, Saturni quidem & Iouis, in horæ scru-  
 pulo præfinire, & ex constitutione cœli, quæ tunc est, de multis annis 35  
 futuris, iudicium ferre non erubescunt: cum calculus Alphonfinus in  
 postrema, Saturni & Iouis, magna coniunctione, per integrum mensem  
 aberrauerit: Prutenicus, qui in horum || motu est exactior, cœloque Gr  
 propior, vix diem, nedum horam vel scrupulum attigit, vt diligenti ob-  
 seruatione anno 1563. didicimus. O audaces Astronomos. O exquisitos 40  
 & subtiles calculatores, qui Astronomiam in Tugurijs & popinis, vel  
 post fornacem, in libris & chartis, non in ipso cœlo (quod par erat)  
 exercent.

exercent. Plerique enim ipsa sidera (pudet dicere) ignorant. Sic itur ad astra.

Post cœli & siderum positus, temporibus octogonicarum Solis & Lunæ configurationum competentes, subiunximus Ascendentis, Nouilunij, 5 Plenilunij, intermediarumque Quadraturarum, ad sequentia Planetarum loca, Aspectus, & Antiscias, nec non ad præcipua quædam fixa sidera, Directiones: vt diurnæ tempestatum alterationes, hinc præsciri possent. Directiones enim, quantum in Astrologia habeant ponderis, quamque sint totius artis nucleus, neminem in ea Mathematicum parte 10 versatum, ignorare arbitror. Quemadmodum vero in Genethiacis prædictionibus, Directionum mensura ita fieri solet, vt quantus sit motus Solis diurnus (qui fere semper vnum gradum attingit) tantum spaciū de Æquatore, vni anno tribuatur: ita nos, hic, non quidem per Solem, sed ex Lunæ motu diurno, arcum Æquatoris vni diei competentem, 15 mutuati sumus: idque non iuxta æqualem & simplicem Lunæ cursum, sed verum, & singulis diebus diuersum ac inæqualem, vt etiam inæqualia, alijs atque alijs diebus orientur Æquatoris interualla. In Directionibus enim, siue tempora ex motu Solis, siue Lunæ, aut etiam reliquorum Planetarum metiamur, eorum verus motus & inæqualis, 20 non simplex ille, ab Artificibus tantum, vt verus innotesceret, excogitatus, obseruandus est. His præmissis, ad singulos mensium dies, Solis G<sup>v</sup> ortum & occasum, coorientesque & cooccidentes || fixas, siue matutino, siue vespertino, ortu & occasu, annotauimus. Nec Planetarum & quarundam præcipuarum fixarum ortus & occasus Heliacos prætermisimus: cum videlicet radios Solares ingressuri, quasi emori, vel ab his liberati, mundo denuo nasci, conspiciuntur. Arcus autem apparitionum & occultationum stellarum, ex Ptolomæo mutuati sumus. Quamuis non ignorem, hos, non satis certos esse, nec in omnibus eiusdem etiam magnitudinis stellis locum habere, propter variam earum ab Ecliptica 30 remotionem, & infiti luminis diuersam capacitatem: nolimus tamen a Veterum sententia hac in parte recedere, cum ipsimet nihil certi per obseruationes hic compertum habeamus. Spero autem ortus & occasus heliacos stellarum, a nobis assignatos, si non in ipsum diem, saltem, non diu ante vel post, incidere.

35 Lunæ quoque, ad singulos dies, ortus & occasus, præcipuasque fixas cum illa orientes & occidentes, non piguit annotare. Quæ res non caruit molesto laboris tædio. Luna enim, ob triplicem in ortu & occasu instabilitatem, ex motu videlicet proprio inæquali longitudinis, & inæquali quo ad latitudinem, diuersorumque eiusdem etiam quantitatis 40 Zodiaci arcuum, diuersa ascensione & descensione, prognatam, tempora ortuum & occasuum reddit inæqualia, & inquisitione laboriosa. Nolui tamen hac in parte, ob laboris difficultatem, operam denegare.

Consentaneum enim est, quod veluti ortus & occasus stellarum cum Sole & reliquis Planetis, plurimum in varianda aëris temperie, habent potestatis: sic etiam earundem cum Luna ascensus & descensus, non carere euidenti effectu. Luna enim Elementari mundo proxima, plurimum præ cæteris Planetis, in hæc inferiora iuris habet, & reliquorum omnium, ad nos, tanquam internuncia, decreta adferre solet. Reliquarum insuper errantium stellarum, cum inerrantibus exortus occasusque, & nonnullibi, cœli etiam mediationes adscripsimus. Nam & hæc, multum habent iuris in alteranda aëris constitutione. Nec (vt in Sole fit) ad certas dies, singulis annis recurrunt, vt neque in Luna, ob eius cursus instabilitatem, fieri necessarium est. G2<sup>r</sup>  
10

Demum etiam, mutuas Planetarum, tam inter semetipfos, quam ad præcipuas fixas, configurationes, suis diebus correspondentes, assignauimus. Nec eorundem mutuas Antiscias, quas habent duplices, prætermisimus. Nam Antisciarum non minor quam Aspectuum, est efficitia. Hæc enim, cum sint loca, æqualiter a punctis Tropicis aut Æquinoctialibus, remota, eandem ab Æquatore obseruant declinationem, similesque arcus diurnos & nocturnos describunt. Eas autem Antiscias quæ respectu Æquinoctiorum distant, Ptolomæus, Imperantes & Obsequentes appellauit, quas nos tali caractere  $\ominus$  insigniuimus: reliquas vero, a punctis Tropicis remotas, Intuentes dixit, easque hoc  $\ominus$  signo notaui. 15  
20  
†

Hinc, Lunæ quoque, cum singulis quinque Planetis, Aspectus Oppositos, Quadratos, & Coniunctionem, vnaque Antiscias apposui. Et tandem ex prædictis omnibus simul collatis causis, auræ, constitutionem, singulis diebus competentem, probabili coniectura erutam, adscripsimus. 25

Postremo, post mensium & dierum descriptionem, adiunxi Eclipsis Lunæ calculum, quæ in fine huius anni contingit, ex Tabulis Prutenicis supputatum, || vt studiosos huius Artis, ad diligentiorum, quam ex Ephemeridibus, Eclipsium inquisitionem inuitarem. Adscripsi etiam tempora huius Eclipsis, tam iuxta Alphonsinam quam Purbachianam rationem: & propriam quoque sententiam, de tempore huius deliquij, ex obseruationibus nostris in motu luminarium, subiunxi. Tandem etiam breue iudicium Astrologicum de effectibus ipsius Eclipsis, addidi, ex Ptolomæi doctrina desumptum. G2<sup>v</sup>  
35

Retuli autem hæc omnia, ad Longitudinem & Latitudinem *DANIÆ* Patriæ nostræ: quia, etsi omne solum forti patria est, vt piscibus æquor: tamen nos plurimum debemus illi loco, & Reipublicæ, vbi nati & educati sumus, & vnde alimur, nisi ingratitude vitium incurrere velimus. Præsupposui autem eleuationem Poli 56 præcise Graduum, eo quod Hafnia, Metropolis Regni, Latitudinem obtineat 55 partium & 40 minutorum, †  
40

40 minutorum, iuxta nostram obseruationem. Longitudinem vero constitui esse, 35 Graduum. Tot enim fere gradibus, noster meridianus (meo iudicio) remouetur ab occasu.

Volo autem candidum Lectorem admonitum, ne nimis exquisite,  
 5 certis diebus, has Metheorologicas prædictiones intelligat: tum quod  
 multa desiderentur in ipsis motibus & effectibus siderum inquirendis:  
 tum etiam, propter materiei inferioris fluxibilitatem, & incertas Trans-  
 plantationum vicissitudines: vnde siderum resoluti fructus, nonnun-  
 quam tardius, aliquando vero celerius maturescunt. Si vero, nonnun-  
 10 quam (vt facile in tam perplexo negotio fieri potest) hallucinati fueri-  
 mus, nolo, vt quis Arti, sed nobis, culpam imputet. Quam enim sit diffi-  
 G3<sup>r</sup> cilis, quam obscura, quam nondum || penitus inuenta, hæc, de auræ  
 Mutationibus, Astrologiæ pars, experiuntur illi, qui totam ætatem in  
 hoc studio absumserunt, nedum nos, qui hæc laborum similibus Pri-  
 15 mitias, nunc primum edimus. Cum insuper, inferiora & terrestria astra,  
 quæ non minus quam superiora, aëris alterationem inducunt (sunt  
 enim tanquam matres a superioribus impregnatae) magnam, in alijs  
 atque alijs terreni orbis partibus, diuersitatem, obtineant: cælum vero  
 vnicum & sibi simile: necessarium erit, vnum & eundem siderum posi-  
 20 tum, in diuersis terræ partibus, non vnum & idem operari. Cumque  
 tota terra, respectu ipsius cœli, non habeat sensibilem magnitudinem,  
 difficile est inferiorum Astrorum cum superioribus consensum vbique  
 terrarum cognitum habere. Atque hinc non minima difficultas (a pau-  
 cis tamen animaduersa) in prædictione Metheorologica oritur. Qua-  
 25 propter, non tam hunc laborem suscepimus, vt singulis diebus, auræ  
 mutationes, nos, certo prædicere posse speraremus, quam, vt anno-  
 tatis, cœli & siderum ad singulas dies, constitutionibus, obseruaremus,  
 quomodo superiora astra hoc in loco cum inferioribus consentirent:  
 qualesque effectus, hic vel ille siderum positus, in hac terræ parte pro-  
 30 duceret, disceremus: atque per hanc experientiam, in posterum, ali-  
 quid certius prædicere de auræ statu possemus. Hortor autem omnes  
 Metheorologiæ deditos, vt simili studio & labore, singulis annis, side-  
 rum positus, suis diebus correspondentes, quemadmodum nos fecimus,  
 denotent. Hac enim ratione, obseruatione per aliquot annos facta,  
 35 discent, quid hi vel illi positus siderum, in sua regione, efficient: & tali  
 modo, præstantissimam hanc Astrologiæ partem, quæ auræ mutatio-  
 G3<sup>v</sup> nes considerat, recte excolere, || & a vulgi calumnijs asserere poterint.

Vobis autem, inclyti Heroës, Astrorum, quibus in patriam, sedesque  
 beatas os posuit sublime Deus, quocumque sub axe degitis, & cœlo la-  
 40 bentia cernitis astra: vobis inquam, hunc nostrum qualemcunque la-  
 borem dedicauimus. Vobis enim solis, non imperito vulgo, alijsque  
 huius Scientiæ ignaris, hæc conscripsimus: nec lucri aut nominis gratia,

vt plerique solent, sed vt vos ad diligentio-rem huius Metheorologicae artis cultum excitaremus, hunc laborem suscepimus. Vobis, inquam, viri ingentes, & supra mortalium conditionem nati, hanc nostram facrauimus operam, de quibus non minus eleganter, quam vere hæc cecinit Poëta.

*Fœlices animæ, quibus hæc cognoscere primum,* †  
*Inque domos superas scandere cura fuit.*  
*Credibile est illos pariter vitijque Iocisque,*  
*Altius humanis exeruisse caput.*  
*Non Venus aut vinum sublimia pectora fregit,* 10  
*Officiumue fori, militiæue labor.*  
*Nec leuis ambitio perfusaque gloria fuco,*  
*Magnarumue fames, sollicitauit opum.*  
*Admouere oculis distantia sidera nostris,*  
*Ætheraque ingenio supposuere suo.* 15

Confido autem, hunc nostrum laborem, vobis non futurum ingratum, & plurimum adiumenti in restituenda Metheorologia allaturum. Dabo autem operam, vt plura nostri laboris monumenta, aliquando habeatis, & præcipue elaborabo, in restituendis motibus cœlestibus, & fabricandis Tabulis, quarum || beneficio, motus siderum, apparentijs G4<sup>r</sup> exquisitè respondentés, indagari possint: quod nullæ hæcenus editæ (ne illæ quidem quas viri illustres Copernicus & Reinholdus posteritati in æternam sui memoriam sacrarunt) ad amulsum præstant. In altera etiam parte Astronomiæ, quæ effectus siderum considerat, elaborabo: vt quantum in me est, a mendis & superstitionibus vindicata, suo vigori 25 atque experientiæ restituatur. Spero autem, me, Nutu Dei, hos & alios labores Mathematicos aliquando absoluturum, & gratæ Posteritati consecraturum:

*Si mihi tranquillæ concedant tempora vitæ,*  
*Sidera, cultori non inimica suo.* 30  
*Si non de fera bene posteritate mereri*  
*Obstiterit cœptis (vt solet) Aula meis.*  
*Si non barbaries arctoi frigida cœlij*  
*Reddiderit claufas sidera ad alta vias.*

Valete. Ex Musæo nostro Herrizuadensi Anno 1572 Mense Decembri. 35

Exemplar Diarij, quod hoc loco subiiciendum erat, propter multiplex & operosum schematum exprimendorum artificium, desideratur.

H<sup>r</sup> DE ECLIPSI LVNÆ ANNI 1573.  
MENSE DECEMBRJ.



5 **H**TSI quotidianvs motvs Solis, Lunæ, & cœterorum Planetarum, debitis instrumentis obseruatus, Astronomicæ artis infallibilem non obscure probet certitudinem: tamen maxime euidens & illustre Artis encomium in prædictionibus Eclipsium Solarium & Lunarium conspicitur. Hæc enim ab omnibus, etiam huius Scientiæ imperitis, cerni possunt: et ante plurimos annos prædictæ, non solum tempus  
10 indicatum, sed etiam quantitatem obscurationis obseruant. Quamuis nonnunquam fiat, vt calculus Tabularum nonnihilo differre ab apparentijs deliquorum per instrumenta, diligenti facta obseruatione, animaduertatur: id tamen in tam difficili & ardua Scientia veniam mereatur. Pauci enim sunt qui hæc studia tractant; pauciores qui recte &  
15 debito modo excolunt; vt admirabilius videri possit, totam doctrinam de motibus siderum non profus interijße, quam quod nonnulla apparentijs cœlestibus non exquisite respondeant. Inter omnes autem canones cœlestium motuum, nulli exactius cœlo congruunt, quam Prutenici Erasmi Reinholdi, qui fundamento Copernici innituntur. Alphonfini enim plurimum in motu tam Luminarium quam cœterorum  
20 Planetarum, & fixarum etiam Stellarum, ab obseruationibus disentiunt. Cum itaque hoc anno ingens obscuratio Lunæ, mense Decembri, in Plenilunio diei octauo contingat; non abs re duxi, si totum eius calculum, qualem Tabulæ Prutenicæ exhibent, hîc subiungam; adiectis etiam temporibus Alphonfinæ & Purbachianæ rationis; tum etiam propriæ, quam in motu Luminarium habemus, obseruationis. ||

H<sup>v</sup> CALCVLVS HVIVS DELIQVII LVNARIS EX TABVLIS  
CÆLESTIUM MOTUUM PRUTENICIS REINHOLDI.

*Pro tempore mediæ Oppositionis eiusque motibus medijs.*

30 **T**EMPUS propositum, ad quod Lunæ Eclipsis indaganda erit, est annorum a Christo nato completorum 1572. cum Mense infuper No-uembri. Respondent autem huic tempori ex tabella æqualium motuum *Tempus*. Dies 36. Hor: 1. Minu: 56. Sec: 19. Canonion autem reuolutionum proxime maius Plenilunio correspondens, exhibet Dies 44.  
35 Horas 7. Min: 6. Secund: 5. a quo, priori sublato, innotescit tempus verum mediæ oppositionis, quod est eiusmodi.

DECEMBRIS	Di.	Ho.	Min.	Sec.
	8	5	9	46.

Medij

Medij vero motus huic tempori correspondentes, sic se habent.

	Dode:	Part:	M.	S.	
Simplex præcessionis	0	27	29	22.	
Anomalia simplex	5	21	41	4.	
Simplex longitud. ☉	7	29	24	16.	5
Anomalia ☉ annua	5	17	23	5.	
Anomalia Lunæ	7	28	55	58.	
Simplex latitudo ☾	9	2	19	36.	

Media longitudo ☾ a ☉ ad hoc tempus mediæ ♂, explet exquisite femicirculum. Vnde dubium non est hoc tempus rite numeratum esse. 10

*Pro tempore veræ Oppositionis & eius motibus medijs & veris inquirendis.*

Tempus veræ Oppositionis innotescit ex collatis prostaphæresibus, orbis Solis absoluta & Lunæ primi Epicycli, quas beneficio iam inuentorum mediorum motuum hoc pacto inquiremus. || 15

*Pro προσταφ. absolu. orbis Solis.* H2r

	Sex:	Par:	M.	S.	
Anomalia simplex	2	51	41	4.	
προσταφ. centri add.		1	13	18.	
Scrupula proportionalia			0	21.	20
Anomalia ☉ æquata	2	48	36	23.	
προσταφ. orbis subtr.		0	22	34.	
Excessus sequens		0	6	57.	
Pars proportionalis			0	2.	
προσταφ. orbis abs. sub.	0	0	22	36.	25

*Pro προσταφ. primi Epicycli Lunæ.*

	Sex:	Par:	M.	S.
Anomalia ☾ æqualis	3	58	55	58.
προσταφ. l. epicycli add:		4	24	46.

*Collatio προσταφ. Solis & Lunæ.* 30

	Par:	M.	S.
προσταφ. orbis ☉ absol: subtr:	0	22	36.
προσταφ. l. Epicycli ☾ adden:	4	24	46.
Summa vtriusque προσταφ.	4	47	22.

Præcedit igitur Sol Lunam in antecedentia signiferi, eo quod ipfius προσταφ. sit ablatiua; idque tanto temporis interuallo, quanto Luna hunc arcum a Sole emetitur. Inuenio autem per Anomaliam ☾ quæ est 35



est 239 fere partium, elongationem fieri in 9 Horis, Part: 4. Minut: 53. Secund: 23. & motum Lunæ insuper horarium a Sole reperio 31. Min: & 40. Sec. At prior elongatio numerum elongationis 9. Hor: non attingit in 6. Min: & Secund: 1. Vnde iuxta dictum Lunæ horarium motum II.

5 Minuta & 2. Secunda minus nouem horis debentur elongationi respondenti summæ προσταφ. Solis & Lunæ, vt sit vera elongatio in tempore Hor: 8. Minu: 48. Secund: 58. In tanto igitur temporis interuallo præcedit vera oppositio mediam: vnde veræ oppositionis tempus incidit in

10 D: H: M: Sec.  
7 20 20 48. ||

H2<sup>v</sup> Medij autem motus ad hoc tempus veræ ☉ sic se habent.

	Sex:	Par:	M.	S.
Simplex præceß. æquinoct.	0	27	29	22.
Anomalia simplex	2	51	41	4.
15 Simplex longitu. Solis	3	59	2	33.
Anomalia ☉ annua	2	47	1	22.
Simplex ☾ a Sole	2	55	31	19.
Anomalia Lunæ	3	54	8	1.
Latitudo Lunæ simplex	4	27	28	31.

20 Ex his motibus medijs, lubet indagare veros motus Solis & Lunæ, tempori veræ oppositionis respondententes, hoc pacto:

*Pro vero motu Solis.*

	Sex:	Par:	M.	S.
προσταφ. centri adden:		1	13	18.
25 Scrupula proportionalia			0	21.
Anomalia Solis æquata	2	48	14	40.
προσταφ. orbis subtra:			23	17.
Exceßus sequens			7	10.
Pars proportionalis			0	2½.
30 προσταφ. orbis ☉ absol. subtr.			23	19.

Distantia ☉ a prima √ stella:

Sex:	Par:	M.	S.
3	58	39	14.

*Pro vero motu Lunæ.*

	Sex:	Par:	M.	S.
35 Duplata distantia ☾ a ☉	5	51	2	38.
προσταφ. secundi Epicycli subtr.	2	26	30.	
Scrupula proportionalia		0	28.	
				Anomalia

	Sex:	Par:	M.	S.	
Anomalia ( æquata	3	51	41	31.	
προσταφ. 1. Epicycli adden.		4	4	54.	
Exceßus sequens		2	25	43.	
Pars proportionalis			1	8.	5
προσταφ. 1. Epicycli abfol. add.		4	6	2.	H3 <sup>r</sup>
Distantia ( a simp. ☉	2	59	37	21.	
Distantia ( a prima √	0	58	39	54.	

*Pro vero motu præceßionis.*

	Sex:	Par:	M.	S.	
Simplex præceß.	0	27	29	22.	10
Anomalia præceß. dupl.	5	43	22	7.	
Proft. præceß. add.	0	0	20	25.	

*Vera præceßio Æquinoctij verni.*

	Sex:	Par:	M.	S.	
	0	27	49	47.	15

*Veri motus ☉ & ( ab Æquinoctio.*

	Sex:	Par:	M.	S.	
Locus ☉	4	26	29	1.	
Locus (	1	26	29	41.	20

Præterijt itaque Luna Solis oppositum S. 40, quæ duplicata, auferenda sunt a tempore veræ ☉ Luminarium prius inuento, vt euadat exquisitum tempus oppositionis.

*Tempus exquisitum veræ Oppositionis Luminarium.*

DECEMBRIS. 25

Die Hora Minut. Secund:  
7 20 19 28.

Post mediam noctem in Meridiano Monteregij Prubiæ.  
Loca autem Luminarium emendata ad hoc tempus, sunt talia:

	Gra.	M.	S.	
Locus ☉ in Sag.	26	28	58.	30
Locus ( in Gem.	26	28	58.	

Atque hæc omnia iuxta tempus æquale & Astronomicum, quod a vero & apparenti nonnihl differt. Vt igitur tempus hoc reddatur apprens, confero motus compositos simplices Solis, & ascensiones rectas veri loci ☉, quæ huic tempori Plenilunij respondent, cum ijs qui epochi natiuitatis Christi congruebant, idque hoc pacto. || 35

Commutatio

H3<sup>v</sup>*Commutatio temporis in apparens & verum.*

	Motus simplices Solis compositi.			Ascensiones loci Solis Rectæ.			
	P.	M.	S.	P.	M.	S.	
5	Tempus plenilun.	266	31	55.	266	9	59.
	Tempo. Christi	278	2	16.	279	55	33.
	Differentia	348	29	39.	346	14	26.

*Collatio differentiarum.*

	P.	M.	S.	
10	Differentia æqualium mot.	348	29	38.
	Differentia ascensionum	346	14	26.
	Exceßus differentiarum	2	15	12.

Huic exceßui differentiarum, competunt M. 9. S. 1. vnus horæ, addenda temporis oppositionis æquali, vt euadat apparens.

15

*Tempus apparens veri Plenilunij.*

	D.	H.	M.	Sec.	
DECEMBRIS	7	20	28	29.	post mediam noctem:
	Siue a meridie, (vt moris est) numerando Horas.				
	D.	H.	M.	Sec.	
	8	8	28	29.	

20

Nunc ad temporis reductionem ad nostrum Meridianum accedamus.

DE TEMPORIS REDVCTIONE AD NOSTRUM  
MERIDIANUM.

- 25 Tempus veræ Oppositionis apparens iam inuentum respondet Meridiano Tabularum Prutenicarum, quem Reinholdus præsupposuit 44. partium, & 15. minut. quod etsi ille silentio præterijt: tamen ex distantia Meridianorum, quam constituit inter Regiomontem & Cracouiam aut Alexandriam, quibus locis Copernicus & Ptolomeus vsi sunt, non obscure patet illum, eam, quam dixi, longitudinem Regiomonti Borussiae, ad cuius loci Meridianum Tabulas supputauit, attribuisse. Si itaque hoc tempus reducendum erit ad nostrum Meridianum, quem
- H4<sup>r</sup> præsuppono 35. || partibus remoueri ab occasu & 9½. partibus Regiomonte Occidentaliorem; veniunt 37. minuta vnus horæ subtrahenda
- 35 a tempore apparenti, quod supra inuenimus Meridiano Regiomontano Prussiae correspondere, vt euadat tempus veri Plenilunij apparens & reductum ad Meridianum distantem ab initio longitudinum, 35. (vt dixi) partibus.

7

Tempus

*Tempus exactum veræ oppositionis apparens in longitudine*  
35. part.

## DECEMBRIS.

D.	H.	M.	Sec.
8	7	51	29.

5

Hactenus ea, quæ ad cuiusvis Plenilunij veri inquisitionem proprie pertinent, inquisitionibus: nunc ea, quæ ad Eclipticam Luminarium oppositionem solum spectant, aggrediemur.

*De Semidiametris ( & vmbre.*

Anomalia ( æquata	232 partium fere.	10
Semidiameter (	M. 17 S. 10.	
Semidiameter vmbre	47 25.	
Anomalia ⊙ æquata	168 parti.	
Variatio vmbre subtr.	S. 54.	
Verus vmbre semidi.	M. 46 S. 31.	15
Aggregat. semidi.	M. 63 S. 41.	

Quod Plenilunium hoc fit Eclipticum, & de latitudine ( ad medium Eclipsis.

Simplex latitud. ( motus est.

Sex.	Par.	M.	S.
4	27	28	31.

20

προσταφ. 1. Epicycli absoluta Ad. P. M. S.  
4 6 2.

Verus motus latitudinis ( .

Sex.	Par.	M.	S.
4	31	34	33.

25

Vera Lunæ latitudo ad medium deliquij.

H4<sup>v</sup>

M. 8. S. 14. borealis.

Cum igitur latitudo ( tempori veræ oppositionis respondens, minor fit aggregato Semidiametrorum Lunæ & vmbre; patet quod Luna, tempore huius Plenilunij incurrat in vmbra terræ; & propterea deliquium Luminis patietur. Quantum vero in dictam vmbra immergatur, manifestabitur collatis antecedentibus.

*De digitis Eclipticis vel magnitudine deliquij ( .*

	Min.	Se.	35
Aggregatum semidiamet.	63	41.	
Vera latitudo Lunæ	8	14.	
Scrupula reliqua de summa vtriusque semidiamet:	55	27.	
Totus Lunæ diameter	34	20.	
		Digiti	

*Digiti Ecliptici.*

Dig.	M.
19	23.

*De tempore incidentiæ & moræ dimidiæ.*

5		M.	S.	
	Scrupula veræ latitudi. Lunæ	8	14. boreal.	
	Aggregatum femidiamet.	63	41.	
	Differentia femidiamet.	29	21.	
	Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ simul.	63	7.	
10	Scrupula moræ dimidiæ	28	9.	
	Sola scrupula incidentiæ	34	58.	
	Motus Lunæ horarius verus	32	42.	
		H.	M.	S.
	Tempus incidentiæ & moræ med. simul	1	55	48.
15	Tempus moræ dimidiæ	0	51	39.
	Tempus incidentiæ	1	4	9.

*Pro latitudine Lunæ ad Eclipsis initium & finem.*

Mora dimidia supra inuenta est.

	H.	M.	S.
20	1	55	48.

Huic respondent iuxta verum motum Horarium Solis, qui tunc est

M. 4 S. 54.

Sed &amp; scrupula incidentiæ &amp; moræ dimidiæ fuerunt

M. 63. S. 7.

25 Est itaque verus motus latitudinis Lunæ ad dimidiam durationem Eclipsis

	P.	M.	S.
	1	8	1.

Verus motus latitudinis ( ad initium Eclipsis.

30	Dod.	Par.	M.	S.
	9	0	26	32.

Verus motus latitudinis ( ad finem Eclipsis.

9 2 42 34.

Vera latitudo ( ad initium Eclipsis.

35	M.	S.
	2	19. Borealis.

Vera latitudo Lunæ ad finem Eclipsis.

	M.	S.
	14	10. Borealis.


Atque hæctenus ea quæ ad Calculum deliquij Lunarîs inquirendum necessaria fuere inuestigauimus: nunc præcipua quædam ex toto ferè calculo decerptæ, quæ integram eius summam continebunt, breuiter annotabo. ||

ECLIPSIS LVNÆ ANNO A NATO CHRISTO 1573. I<sup>v</sup>  
 DECEMBRIS DIE OCTAUO.

	H.	M.	S.	
Initium primæ obscurationis	5	55	41.	
Initium totius obscurationis	6	59	50.	
Medium totius obscurationis	7	51	29.	In longitudine loci 35. grad. 10
Finis totius obscurationis	8	43	8.	
Finis vltimæ obscurationis	9	47	17.	
	H.	M.	S.	
Tempus incidentiæ	1	4	9.	
Tempus moræ mediæ	0	51	39.	15
Dimidia duratio	1	55	48.	
Tota duratio	3	51	36.	
	Dig.	M.		
<i>Digiti Ecliptici.</i>	19	23.		
	M.	S.		20
Semidiameter (	17	10.		
Semidiameter vmbre	47	25.		
Aggregatum semidiame.	63	41.		
	M.	S.		25
<i>Latitudo Lunæ.</i>				
Ad Eclipsis	{	Initium	2 19 Sept.	
	{	Medium	8 14 Sept.	
	{	Finem	14 10 Sept.	
<i>Loca Luminarium.</i>				
	G.	M.		30
☉ in Sagit.	26	29.		
☾ in Gemi.	26	29.		

12<sup>r</sup>

TYPVS DELIQVII LVNARIS.



DE

lofius quam in ipfis gradibus & eorum femiße, perfcruari libuit. Maior enim fubtilitas hoc in loco otiofa eft: tum, quia hæ altitudines folummodo in Latitudine locorum 56. graduum locum habeant; & Stellæ Horizontj vicinæ vix in duobus Minutis temporis, femiße gradus eleuentur: tum etiam, ob Fixarum, exquisite nondum cognita loca; & Instrumentorum quibus altitudines hæ communiter capiuntur vix præcificiorem quam in ipfis gradibus, vel eorum medietate, certitudinem. ||

ALTITVDINES ALIQVOT FIXARVM AD MOMENTA I 4<sup>r</sup>  
ECLIPSIS IUXTA PROPRIAM MOTUUM RATIONEM.


In initio primæ ob- fcurationis Lunæ.	{	Caput Gemi. meridia. eleuatur 13 Grad. ante Me- 10 ridianum fupra Horizontem Orientalem.	
		Caput Gemi. Borealis eodem modo eleuatur 18 Gr.	
		Aquila habet altitudinem pomeridianam, fupra Horizontem occidentalem 18 Partium. 15	
		Lyra fupra eundem eleuatur partibus 33½.	
In initio totius ob- fcurationis.	{	Caput Gemi. merid. habet altitu. 21½ ante merid.	
		Caput Gemi. Septe. habet alti. 26 part. ante meri.	
		Canis minor habet altitud. 3½ ante merid.	
		Sinifter pes Orionis habet altitu. 10. ante merid. 20	
		Vultur volans habet altitud. pomerid. 9 partium.	
In fine totius ob- fcurationis.	{	Canis minor eleuatur G 17 ante merid.	
		Canis maior 4 part. cum ¾ ante merid.	
		Cor Leonis eleuatur 3½ ante merid.	
In vltimo fine totius Eclipsis.	{	Cauda Leonis habet altitud. P 1½ ante merid. 25	
		Cor Leonis habet altitud. 12½ ante merid.	
		Lucida Hydræ habet 2 Grad. ante merid.	

Hinc, facta altitudinis obferuatione alicuius harum fixarum, tem-  
pore debito huius deliquij, periculum fieri potest, vtrum noſtra mo-  
tuum ratio, experientiæ confona fit nec ne. Atque hætenus Astronomi- 30  
cam confiderationem huius deliquij abfoluimus: nunc Astrologi-  
cam aggrediemur. ||

CONSTITVTIO



I 4<sup>v</sup> CONSTITVTIO ORBIVM CŒLESTIVM AD TEMPVS  
MEDII DELIQVIJ LUNARIS ANNJ 1573.  
DECEMBRIS DIE 8. HOR. 8.  
MI. 10. P. M.



# IVDICIVM ASTROLOGICVM DE EFFECTIBVS HUIUS DELIQVIJ LUNARIS.

K<sup>r</sup>



**Q**VEMADMODVM inter omnes cœlestium corporum congregus, nulli evidentius oculis incurrunt, quam Solis & Lunæ Eclipticæ copulationes aut diametrations: Tunc enim clarissima illa mundj Lumina, orbata luce, dirum mortalibus exhibent spectaculum: Ita etiam nullj alij stellarum congregus, vel configurationes evidentiores & certiores producant effectus, quam Luminarium defectiuæ commixtionem. Quapropter Ptolomeus, Artis huius Monarcha, deliquia inter maxime generales causas eorum, quæ in hoc inferiori orbe fiunt, numerare non dubitavit. Testantur etiam omnium temporum historiæ, eclipses præsertim Solares, aut evidentes & magnas Lunares, nunquam caruisse insigni aliquo euentuum effectu. Quapropter cum hæc Lunæ eclipsis sit admodum tetra & magna (Luna enim tempore medij deliquij, tertia fere parte sui corporis eclipticam attingit) non dubium est effectus etiam ingentes & evidentiores, quam in vulgaribus Lunæ & exiguis obscuracionibus, subsequuturos.

Subiungam itaque breues coniecturas de effectibus huius deliquij, ex Ptolomej doctrina (cuius tanquam optimj Artificis vestigia sequi libuit, cum ipsemet raram hac in parte hætenus habuerim experientiam) quam libro secundo Quadripartitj tradidit. Dicam autem, ipsius imitatione, primo, de dominantibus stellis. Deinde Quid portendat eclipsis; Quibus populis & regionibus, & Quando effectus venient.

## DE DOMINANTIBVS STELLIS.

25

**P**LANETAS gubernatores in hac eclipsi constituo ☿, & aliqua ex parte ♃. Habet enim Mercurius plurimas prærogatiuas in ecliptica cœli figura. Nam in loco deliquij Domicilium & Triplicitatem, ideoque Carpentum obtinet: & exquisite Luna deficiens, in ipsius Antifcia obedientj reperitur, proximeque illius opposito applicat. Adde quod in angulo sequente || deliquium ipsum, Terminum possideat. Saturnum vero consortem in dominio fecimus, eo quod is, locum Mercurij disponat: vnde ille plurimum in Saturniam naturam, cum sit versatilis & Protheo mutabilior, degenerat. Habet etiam ♃ in gradu deliquij Terminum & Triplicitatem; & Luna ab ipsius opposito delapsa, ad ☿ (vt dixi) ☿ defluit.

Inter stellas autem fixas, principem locum in dominio obtinet *Propus*, quæ est stella in extremitate pedis finistri Borealis Gemini. Hæc enim stella, partiliter admodum ipsi loco eclipsis assistit; & eodem die,

die,

die, erga Solem, habet exortum vespertinum. Etſi autem hæc Stella exigua ſit: tamen ob inſignes eius vires ab antiquis Astrologis præ cœteris notata, & peculiari nomine donata fuit. Ob vicinitatem enim eclipticæ hanc præ alijs efficaciam fortitam eſſe verifimile eſt. Habent  
 5 etiam Stellæ fixæ, quæ cardinj antecedentj Medio videlicet cœlj abſi-  
 ſunt, ſuas ſignificationes; inter quas Caput Medusæ principem locum  
 habet. At quia non prope accedit ad Meridianj limites, imbecillius eſt  
 eius dominium. Illæ quoque quæ angulum ſequentem obtinent, Ho-  
 10 roſcopum videlicet, non excludendæ; quales ſunt, Sirij lucida in ipſa  
 linea Horizontis reperta, caput Hydræ, & cor Leonis. Atque hæc de  
 Stellis dominantibus.

### QVID SIGNIFICET ECLIPSIS.

**H**ÆC eclipſis Lunæ, in extremitate Geminorum domum vndecimam occupans, ob ☿ principale dominium cum participatione ♃,  
 15 videtur inter homines plurimas fraudes, impoſturas, callida conſilia,  
 † technas, perfidias, & fucatas amicitias excitare: eorumque, qui aſtu-  
 tam vapido ſeruant ſub peſtore vulpem, miras metamorphoſes. Quan-  
 tum vero ad peculiarem Mercurij ſignificationem attinet, ex Ptolomej  
 ſententia, omnia impetuofa ſignificat; latrocinia, furta, piraticas inua-  
 20 ſiones: quædam etiam circa Sacrorum ritus, & regioſ reditus porten-  
 dit. Imprimis verò ventorum turbulentiam, contrarietatem, & inſta-  
 bilitatem ſuſcitatur, ſiccitatemque aëris efficit: nonnunquam, etiam ful-  
 mina & flammantia immittens tonitrua: frugum etiam, & eorum quæ  
 vſibus humanis apta ſunt, penuriam portendit; vnde anonæ caritas,  
 25 famas atque alia ſimilia incommoda ſequuntur. Saturnus autem diſ-  
 poſitor ☿, vnaque in dominio confors, exilia, inopias, luſtus, mœrores  
 (præſertim quia luna deficiens, domina eſt duodecimi loci) minatur.  
 K 2<sup>r</sup> In aëre ingens frigus & gelu, nebulofitates || obſcuritates, inamænitates,  
 nubium denſitates, & niuium importunam copiam efficit: in mari vero  
 30 naufragia, difficiles curſus, & ingentia pericula ominatur.

Inſuper, quia Mercurius principalis huius deliquij Almuten, Sa-  
 turniam (vt dixi) induens naturam, & quadrato Martis ex æquinoctialj  
 & tropico ſigno læſus, in ſexta domo, quæ morbis ab Astrologis depu-  
 tatur, exiſtit: idcirco varia & periculofa morborum genera minitatur:  
 35 præſertim vero, ex ijs, quæ vitio pulmonis oriuntur, vt tuſes, difficiles  
 anhelationes, Tabes, marcores, & ſimilia. Febrium inſuper diuerſa &  
 varia genera, atque his conformes ægri tudines portendit.

Quæ autem ſupra dixi de Regijs reſtitibus aut ſimilibus, ex Ptolomei  
 ſententia a Mercurio ſignificarj; ea hanc ob cauſam maxime roboran-  
 40 tur, quod ☿ vnâ ſit deliquij & ſecundæ domus (quæ lucro & his ſimili-  
 bus præeſt) diſpoſitor, & a Marte □ aſpectu lædatur.

Principaliter autem ex hac eclipsi contingente in signo aërio & ventoso, prope stellas fixas in pedibus Geminorum, de natura inprimis Mercurij, ventosas & tempestuosas, præsertim iuxta Propum (vt dixi) Stellam peculiarem super ventos & turbines habentem significationem. Et quia ☿ vnâ deliquij dominus existit, ipsamque deficientem Lunam partilj & exquisita Antiscia intuetur, vnâ cum opposito (cui Luna postmodum applicat) aspectu; iudico, validas & crebras ventorum furias summo impetu Maria & terras turbantes, excitarj.

*Vna Eurus Notusque ruent, creberque procellis,  
Africus, & vastos voluent ad littora fluctus.*

Mercurij enim Stella (vt Ptolomeus quoque aßerit) peculiarem habet supra ventorum impetus & tempestates significationem: sed inconstantiam quandam & varietatem addit, nisi quatenus hoc loco a ♄, in cuius naturam (vt dixi supra) transit, stabilitur & firmior redditur: Impetus tamen auget ☐ Martis ad illum radius. Adde, quod in omnibus fere angulis figuræ cœlj, tempore medij deliquij reperiantur impetuosa & tempestuosa sydera: in Ascendente, Canis Maioris lucidissima illa simulque impetuosissima: in occasu, Aquila: in Imo autem cœlj cardine, Arcturi sidus tempestuosum; vt nesciam, an plus ad tempestatum & ventorum significationem addi possit.

Hinc quanta incommoda terra marique sequantur, quiuvis facile || intelligit: in marj præsertim calamitates crebræ & magnæ, ob naufragia & periculosas nauigationes, idque potissimum ob ☿ in Capricorno constitutionem, portenduntur.

*Sæpe suos natos plangent ad littora matres,  
Sæpe suos ignes deposcet ab æquore coniunx,  
Æquoreusque Pater tantas mirabitur vndas.*

Hæc fere sunt, quæ in genere, hæc eclipsis, significare, mihi, Ptolomej vestigijs inhærentj, videtur. In specie autem hac in parte, aliquid prædicere, admodum difficile est, & ab Astrologi cautj munere alienum. Id tamen conclusionis loco monere volo, hæc & alia, quæcunque illa eclipsis producere possit, peculiariter in humanum genus, non in alia animantia sæuitura: præsertim Regibus & Principibus, alijsque in sublimi fastigio mundanæ insolentiæ positis, ominosa esse: idque eam ob causam, quod Luna in Geminis, signo humano & bicorporeo deficit; & vltra citraque deliquij locum, humanæ constellationes reperiuntur, Erichthonij videlicet atque Orionis. Sed de his satis: nunc ad reliqua accedamus.

QVIBVS

QVIBVS REGIONIBVS ET POPVLIS, ECLIPSIS SVA  
DECRETA PORTENDIT.

**R**EGIONES & terræ tractus, inprimis cum signo ipsius deliquij, Ge-  
minis, videlicet, affinitatem habentes, ex parte etiam illæ quæ cum  
5 Capricorno signo a domino deliquij occupato, peculiariter effectus hu-  
ius deliquij experientur. Tribuit autem Ptolomeus signo Geminorum,  
Hircaniam, Armeniam, Cyrenas, Marmariam, & inferiorem Ægip-  
tum. Recentiores Astrologi addiderunt Sardiniam, Longobardiæ par-  
tem, Flandriam, Brabantiam, Virtenbergensem Ducatum. Inter vrbes  
10 insigniores vero Geminis attribuerunt, Cordubam, Viterbum, Cefe-  
nam, Turinum, Vercellas, Regium, Louanium, Brugas, Londinum, Mo-  
guntiam, Kitzingum, Haffordiam, Bambergam, & Noribergam. Sed de  
hoc negotio non puto satis certo adhuc constare ipsis Astrologis, prop-  
ter incognita Regnorum & vrbiū initia. Paucissimi etiam reperiuntur,  
15 qui ab experientia huius rei certitudinem diligenter inquirunt. Obser-  
uatum tamen est Gemi. signum, supra Noribergam peculiarem habere  
significationem, quoties congregus Planetarum superiorum, vel eclip-  
K 3<sup>r</sup> ses in eo contin-||gunt. Vnde etiam hæc Eclipsis sine dubio Noriber-  
gensibus aliqua minitatur ex suis decretis: forte etiam pestem, ob signi  
20 humani significationem, quod deliquium obtinet: & propter Mercu-  
rium in sexta a Martis quadrato, cui applicat, læsum. Sed de his om-  
nibus ambiguum quodammodo est iudicium, nisi quatenus crebra ex-  
perientia stabilitur.

Regna insuper, & oppida illustriora, quorum Reges, Duces, aut quo-  
25 uis modo gubernatores moderni, tempore suæ natiuitatis in cœlj cul-  
mine signum defectuum habuere; hæc etiam, ex Ptolomæj sententia  
effectibus huius eclipsis obnoxia sunt.

Est quidam Phœbeius Hæros, Ducatorem exercitus Olympicj, terno  
excipiens hospitio; vbi Calisto veteris memor prodicionis, Oceanj vn-  
30 das fugiente pede calcitrat, Montesque Imauicj Solem æqualium die-  
rum noctiumque autorem, in ipso Meridie abscondunt: hic, cum pri-  
mum vitales prodiret in auras, Superum & Inferum legatum, Arcis por-  
tæque cœlj custodem & Regem, in ipsa arce, regali Solio, prope hanc  
cœlj stationem, quam Diana nunc oculos pudibunda abscondens con-  
35 taminat, confidentem, cœterisque imperantem, vidit. Ipsa etiam tunc  
temporis Cynthia, Oceano Pisces patrijs mergente sub vndis, & suimet  
ipsius nunc inceßum semioppositis & toruis aspiciente oculorum radijs.  
Quapropter, nonnulla, ex decretis huius deliquij, illj, & Populis, ac  
ciuitatibus eius imperio subditis portenduntur: quæ qualia erunt exitus  
40 probabit, si quid habent, vt habent, cœlestia sydera verj.

Illi autem homines, inprimis generalibus calamitatibus, quæ per  
hanc

hanc Eclipsin portenduntur, obnoxij erunt; qui tempore suæ natiuitatis loca Aphætica partiliter iuxta locum deliquij habuerunt: præsertim si in regionibus & vrbibus morantur, vbi deliquium suos effectus producit. Alias enim generalibus malis per hanc Eclipsin designatis, non subijciuntur, vel in leuius periculum incidunt. Non tamen habent deliquia supra vulgus & priuatos homines tantam significationem (vt ipsemet obseruauit) quantam supra Reges & Principes, aliosque in sublimi Reipublicæ administratione positos: eo quod Luminaria, inter reliquas Stellas, vicem Regum & principum obtineant, & quasi reliquis dominarij, ipsique iura præbere videantur: præsertim vero ☉, cui omnia sidera quasi astricta & subiecta videntur. ||

QVANDO INCIPIENT EFFECTVS ET QVAMDIU DVRA BUNT. K3v

**P**TOLOMEUS (quem nobis in diiudicandis huius Eclipsis effectibus potissimum imitandum duximus) per distantiam loci defectiuum ab Horizonte, initium operationum rimatur: per horas vero quibus Luna in umbra moratur, tempus durationis effectuum pronunciat. Iuxta hanc igitur Ptolomei sententiam, effectus huius Eclipsis post tres menses cum dimidio, a tempore deliquij, idque in Martio Anni sequentis 1574 inchoabuntur. Durabunt autem fere quatuor integris sequentibus mensibus, in medium videlicet Iulij, eiusdem anni 74: eo quod iuxta Prutenicam calculi rationem, tota duratio deliquij, quatuor ferme horas complectitur.

Licet autem, non ignorem plerisque suspectam esse hanc rationem Ptolomaicam, de inquirendo tempore effectuum in Eclipsibus, eo quod non satis firmis videatur fundari rationibus: tamen ab autoritate & sententia Ptolomei, hac quoque in parte mihi non discedendum duxi; quamuis, & ipsemet prius dubitarim hanc rationem non satis firmam & sufficientibus nixam rationibus esse: sed postea, crebra experientia melius institutus, didici, Ptolomei hac in parte sententiam, veritati consentire: vt quod de Hippocrate affirmat Galenus, illum, nihil leue & sine profundo intellectu atque arduo consilio scripsisse; id de Ptolomeo etiam Astronomorum Principe, & Regia stirpe Ægyptiaca prognato, verissime dici possit. Nec in Astrologia, vt in alijs scientijs, ætiologiæ quærendæ sunt: sed saltem experientiæ crebræ & raro fallentij, inhærendum.

Vt autem, euidentius demonstretur, id quod dixi, Ptolomaicam hanc rationem in inquirendis initijs effectuum deliquiorum, veritati atque experientiæ consentire: enumerabo aliquot exempla, quæ maxime sunt illustria inter nostras hac in parte obseruationes. Quod etsi a nostro proposito videatur aliquo modo alienum: tamen non diffido me harum rerum amatoribus rem gratam facturum.

Anno

Anno 1558 die tertia Aprilis facta est Eclipsis Lunæ in 22 gradu Li-  
bræ; quæ suos effectus inchoabat Mense Septembrj, eiusdem annj,  
iuxta hanc Ptolomej rationem. Cumque Carolus Quintus Imperator  
K 4<sup>r</sup> Romano-||rum Augustissimus, in natalitia constitutione haberet Lunam  
5 Aphetam & vitæ significatricem, in Ascendentis fere linea, in quadrato  
exquisito huius deliquij, in 22 videlicet parte Capricorni; idcirco die  
21 Septembris idem Cæsar Carolus diem obiit: quo ipso die, in Meridi-  
ano vallis Toletanæ, vbi tunc Cæsar morabatur, hæc Eclipsis ex Ptolo-  
mej decretis suos effectus producere cœpit: nec illo anno vllas funestas  
10 habuit directiones vllius locj Apheticj ad Anaretas vllas; vt dubium  
non sit istam Eclipsin eius interitum præsignificasse. Nec reuolutio ad-  
modum exitialis erat, si ea quid detrimentj vel bonj adferre possit, quod  
apud me magnum est dubium, eo quod certum momentum, quo Sol  
ad locum Radicis reuertitur ita exquifite prout hoc in loco opus est,  
15 scirj nequeat, adeo vt calculus sæpenumero in plurimis horis aberret.  
Sed de his alibj copiosius.

Anno 1558 die 18 Aprilis, extitit Eclipsis Solis in 7 parte Tauri, quæ  
effectus suos distulit vsque in finem eiusdem annj & sequentis prin-  
cipium ex Ptolomej sententia. Cum igitur Serenissimus Rex Daniæ  
20 CHRISTIANVS, piæ memoriæ, eius nominis tertius, in sua geneth-  
liaca cœlj constitutione haberet Lunam Aphætam (eo quod ipsa, in  
nocturna genesi supra terram in vndecimo loco esset) in 7 gradu ♀, in  
eodem exquisite loco, vbi Sol hanc Eclipsin patiebatur: idcirco mense  
Decembrj in grauissimum & funestum incidens morbum, ipsis Cal. Ia-  
25 nuarij annj sequentis dictus Princeps, re & nomine Christianus, vitam  
cum morte mutauit, ingentj cum totius Daniæ & adiacentium Regio-  
num luctu. Nec ille eo anno Apheticorum locorum in genesi vllas ma-  
leuolas habuit directiones, quæ interitum significare poterant. Imo  
Luna, principalis Apheta sua directione ad corpus Iouis, vitæ & vale-  
30 tudinj amicissimi in propria Exaltatione locati circa id tempus appli-  
cuit; vt dubium non sit hunc optimum Principem ex hac Eclipsi eo  
tempore, quo ex Ptolomej ratione effectus produxit, Anaretica habuisse  
indicia.

Adde, quod Christiernus eius nominis secundus, olim, Daniæ, Sue-  
35 ciæ & Noruegiæ Rex, tunc autem temporis multis annis in custodia  
ob tyrannidem seruatus, paulo post, eodem Mense, diem suum obierit:  
idque ex eiusdem Eclipsis decretis illj portendebatur. Is enim, in ge-  
nethliaca figura 7 partem Scorpij (quæ crudelitatem morum effecit)  
in Ascendente habuit. Vnde Solis Eclipsis hæc exquisite in opposito  
40 Ascendentis locj Apheticj illj contigit; nullis, eo tempore maleuolis  
Aphetarum incidentibus directionibus. ||

K 4<sup>v</sup> Anno 1565, die 7 Nouembris, eclipsabatur Luna in 25 gradu Dode-  
catemorij

catemorij ♃, prope Pleiades, Stellas humiditatum & pluuiarum effec-  
trices. Quapropter non obscure indicabatur, hanc Eclipsin, plurimas  
in aëre humiditates & crebras pluuias, aliaque humida metheora por-  
tendere: quemadmodum, nos etiam, Lipsiæ tunc temporis Studiorum  
gratia commoratj, prædiximus. Incoepit autem hæc Eclipsis, iuxta Pto- 5  
lomej doctrinam, suos effectus, primum in initio Iulij annj sequentis.  
Quapropter eodem tempore, a die 4 Iulij annj 66. incœperunt continuæ  
ferme pluuiæ, aërisque vodus & humidus status; & durauit talis consti-  
tutio per aliquot sequentes Menses: quemadmodum etiam ex Ptolomej  
mente tunc temporis vaticinatj fueram. 10

Pari ratione, anno sequente, Eclipsis Lunæ contingebat in 15 gradu  
♃ die 28 Mensis Octobris, iuxta Orientis limites. Quapropter ex Pto-  
lomej iudicio effectus suos statim inchoare debuit. Fuit itaque tota  
hyems, quæ sequebatur, plurimis humiditatibus plena, & ventis ac  
raro frigore referta: velutj tunc temporis, Rostochij commoratus, hanc 15  
Eclipsin, inter alia, hæc significare prædixeram.

Recensui aliquot euidencia & certa exempla; quæ demonstrant Pto-  
lomaicam rationem in inquirendis initijs effectuum deliquorum ex-  
perientia consonam esse. Quapropter, eam Studiosis harum rerum  
commendatam, nec temerè abijciendam volumus: donec meliorem & 20  
magis experientia consonam in eius locum restituant.

Atque hæc ex Ptolomej decretis, de effectibus huius deliquij in me-  
dium adferre volui, quatenus nobis, nunc, in mentem incidere & tem-  
poris Occasio ferre potuit. Hortor autem omnes iucundissimæ illj & vti-  
lissimæ Philosophiæ Prognosticæ addictos, vt sedulam nauent operam 25  
in obseruandis astrorum effectibus: & ab experientia non futilj aliorum  
autoritate sua iudicia petant. Hac enim ratione Nobilissimam  
hanc Artem a calumnijs imperitorum (qui cum ipsimet  
hac in re nihil egregij præstare possint, maledi-  
cendo alijs sibj laudem quærunt) vindi- 30  
cabunt, Artique fidem, & sibj lau-  
dem comparabunt.



L<sup>r</sup> IN VRANIAM ELEGIA AUTORIS.

† *EST* locus ad Rynæ properantes fluminis vndas,  
 † *Aspicias, Musas hîc habitare putes;*  
 Quo non fertilior, quo non iucundior extat,  
 5 *Qua videt Arctoum SCANIA tota polum;*  
*Scania diues opum, studijsque exercita bellj,*  
*Et decus & Dani gloria prima soli;*  
*Hunc nemus vmbroso circumdans vndique flexu,*  
*Claudit in aprico mollia prata finu.*  
 10 *In medio spectanda domus, cui prisca Vetustas*  
*Concessit nomen HERRIS habere VADI.*  
*Hanc, olim, vaftris turba insignita cucullis,*  
*Incoluit, fingens Relligionis opus.*  
*Dum Romanus, adhuc, populo, sua Sacra, Sacerdos*  
 15 *Venderet, & pretio Tartara clausa forent.*  
*Ast vbi nunc seris, Dijs sic statuentibus, annis,*  
*Dania Pontificum spreuit obire iugum:*  
*Hæc quoque lucriferæ pietati turba ministrans,*  
*Protinus est illo cedere iussa loco.*  
 20 *Nunc tenet antiquo BILDORVM sanguine, cretus*  
*STENO, Profapiæ gloria magna suæ.*  
*Steno suæ Patriæ decus, & tutator honesti,*  
*Quo fera Barbaries, vindice pulsa, fugit.*  
*Testantur Venetos imitantia Vitra labores,*  
 25 *Quæ Cristallino clara colore nitent. ||*  
 L<sup>v</sup> *Testatur celebris, prius Ars inculta, Papyri,*  
*Culta sub auspicijs reddita Steno tuis.*  
*HAC ego Stenonj, quod noster Auunculus eßet,*  
*Tempore dum longo, iunctus in æde moror;*  
 30 *Forte per vmbriferæ digressus limina Syluæ,*  
*Solus ad irriguas expatiabar aquas.*  
*Sol erat Hesperias se tunc mißurus in vndas,*  
*Lunaque nocturnos acceleravit equos.*  
*En DEA (nescio quæ) cælo delapsa sereno,*  
 35 *Protinus hîc oculos constitit ante meos.*  
*Extimui, & rigido stabant horrore capillj;*  
*Donec, quos dederat, sustulit ipsa, metus.*  
*Pone metum, dixit, nec nostros effuge vultus,*  
*O Iuuenis, studijs non abigende meis.*  
 40 *Sum Dea, (si nescis) quæ clarum nomen Olympo,*  
*VRANIÆ, quod in hoc sit mea cura, fero.*

*Inter Apollineas, suauiſſima Numina, Muſas,  
 Non me magnanimo charior vlla Iouj.  
 Qualis enim terræ decliuſ, celiſior æther,  
 Immenſis ſuperat, iugera parua, vijs:  
 Sic ego, ſic noſtras, tollo caput ante Sorores; 5  
 Ignofcat dictis, Calliopeia, meis.  
 Illæ etenim vanos hominum cantare labores,  
 Regna, Voluptates, Bellaque dira, ſolent.  
 Et quæ præterea miſero peraguntur in Orbe,  
 Cuncta per exiguos mox abolenda dies. 10  
 Aſt ego res ſperno Terræque Hominumque caducas,  
 Scandere in Æthereas ſtat mea cura Domos. ||  
 Et ſublime Polo caput, vltra nubila tollens, 12<sup>r</sup>  
 Cum Ioue, cœleſtj perfruor Ambroſia.  
 Illic perpetuos Mundi ſeptemplicis Orbes 15  
 Scrutor, & aſiduis Sidera ſueta vijs:  
 Sidera diuinj teſtantia Numinis Artem,  
 Qua poſuit vaſto candida teſta Polo:  
 Sidera venturj iamdudum conſcia Fatj,  
 Conſcia ſæpe boni, conſcia ſæpe malj: 20  
 Sidera quæ vobis etiam ſua iura miniſtrant,  
 Multaque per tacitas dantque negantque vias.  
 Non tamen hæc Animum cogunt ratione fruentem;  
 Nam facit arbitrio, quæ volet, ille, ſuo.  
 At quia perpaucj Rationis tramite currunt, 25  
 Cœlica perpaucis fleſtere Fata datum.  
 Hinc ego venturas mortalibus indico clades,  
 Præuiſum vt poſſint arte leuare malum.  
 Talibus oblector, ſunt hæc mea maxima cura,  
 Quæ nec in æternos ſunt peritura dies. 30  
 Iam puto non quæres quæ ſim, quæ munia geſtem,  
Dies	Ortus et Occafus Planetarum Ad Fixas	Configurationes Planetarum mutuae & cum præcipuis Fixis	Configurationes Lunæ et Planetarum	AVRÆ Constitutio	
1	♄ toto Decembri Occi. cum Hyadibus		☉♂ 12	Serenum ex parte	5
2			7 ☐ ♀	Flatulentum ferenum	
3		♂ ♀ Aquila	♂♂ 9	Serenum flatulentum	
4		☐♂ Apollo II	☐♀ 4	Ad niues propofitum	
5		△ ♄ ♀. ☉ ♀ ♀		Niuofum humidum	
6	♄ C. M. Cor III	☐♀ Iuba Ceti	♂ ♄ 9. ☉♀ 12	Humidum obfcurum	10
7			4 ♂ ♄	Venti validi	
8		☉☉ ♀. ☐♀ præuind.		Admodum flatulent.	
9	♀ C. M. Fidicula ♀ OR. ex. Alæ Pegafi	☉ ♄ ♀. ♂♂ Arcturo	8 ♂ ♀. ☉♀ 10. 6 ☉☉	Similis priori fed mi.	
10		× ♄ ♀	8 ☐♂. ☉ ♄ 12	Flatulentum tempef.	15
11	♀ C. M. Cauda Cygni	♀♂ Lucida Lyræ	♂♀ 3. ☉ ♄ 0	Paulo minus ferenum	
12				Adhuc ferenius aura	
13	♀ OC. Cor. ♂		8 ☐ ♄. ☐ ♄ 8	Serenum ventofum	
14	♂ OR. Spica III ♀ OCC. Corona	☐♂ Canis maior	8 ☉♂	Nebulofum niuofum	20
15	♄ OC. Che. bore.	☐♀ Lanx Australis		Niuofum obfcurum	
16	☉ C. M. Fidicula			Paulo ferenius	
17		☐♀ Arcturus Spica	10 ☐♀. ♂♂ 7	Niuofum obfcurum	
18	♀ C. M. Aquila	☐♀ Lanx Borealis		Humidum niuofum	
19			☐♀ 3. ☉♀ 6	Paulo ferenius	25
20	♀ OC. Cau. ♂	♀♂ Cauda ♂ par.	♂ ♄ 3	Niuofum obfcurum	
21		☐♂ ♀	5 ♂ ♄. 10 ☉♀	Venti tempeftuofi	
22	♀ OR. Cau. ♂	△ ♄ ♀. ☉ ♄ ♀. ☉♂♂ ♀♂♂ Aquila	☉☉ 0	Venti niuofi	
23		☐♂ Aquila		Similis antecedenti	30
24		☐♀ Caput Medufæ		Paulo tranquillius	
25			♂ ♀ 6. 8 ☉ ♄	Similis prioribus	
26	♀ OCC. Aquila		10 ☐♂. 0 ☉ ♄	Humidum niuofum	
27		☐♀ Pleiades	♂♀ 2. ☐ ♄ 5	Flatulentum ferenum	
28		☐ ♄ ♀. ☉ ♄ ♀	8 ☐ ♄. 0 ☉♂	Flatulentum ferenum	35
29	♀ C. M. Cauda Cyg.	× ♄ ♀. ☐♀ Frons III		Ventofa aura	
30				Ventofum humidum	
31	☉ C. M. Aquila	△♂♀. ☐♀ Ad Hyd. Inci.		Humidum niuofum	

ANNOTATIO

6<sup>r</sup>

## ANNOTATIO AVTORIS.

[ad p. 56,30]

**H**ANC ego Eclipsin in Curiâ meâ Knusdorpianâ diligenter observavi. Erat enim cœlum satis serenum. Aderat vero tunc dilecta mihi soror SOPHIA BRAHE, tunc temporis virgo annorum circiter 5 14, quæ, cum naturâ talibus delectaretur, libenter attendebat, & ea, quæ poterat, subministrabat. Deprehendi vero per Quadrantem quendam Orichalchicum inauratum, qui singula quina minuta satis expedite indicabat, (nam apparenter umbram fuisset ingreßam, & aliquantulâ 10 parte delituisse, cum caput inferioris Gemini elevaretur partibus 14½, adeo ut vix 14° Horizonte extiterit illa stella, in ipsissimo deliquij principio. Nostra indicatio superius exposita ejusdem stellæ sublimitatem tunc futuram prædicit 13°. Quod etiam quamminimum ab observatione differt.

15 In initio totalis ingreßus observavi eandem stellam attolli p. 22½. Assignatio præindicata nostra hac in parte habet gr. 21½. Quod etiam permodicum differt. In principio egreßus & eluctationis ab umbrâ, Canis minor observabatur elevari p. 17½. Præcedens autem indicatio 17° habet, quod vix sensibilibiter discrepat. Iuxta ultimum finem totius Eclipsis nulas 20 stellas observare licuit, nam ab eo tempore, quando media circiter (egreßa erat terræ umbram, usque in finem totalem, & ulterius, rariunculæ nubes cœlum obduxerant, ita ut sola (, nec tamen semper satis discrete appareret, quando autem suprema ejus circumferentia elevabatur 25 50° 25', totum lumen recuperasse visa est, quantum per nubes illas raras discernere licuit. Non tamen satis accurata, & comoda fuit, hæc ultima consideratio, partim quia ( nubeculis, uti dictum, obnoxia erat, partim quia Meridiano magis || magisque appropinquaret, & ob id altitudinem, non admodum sensibilibiter, pauco tempore mutaret. Cœteræ antedictæ animadversiones satis bene se habent. Ex 30 quibus etiam liquido constat, tempora hujus deliquij, ex nostrâ tunc assignatâ verificatione, convenienter se habere. Nam quod altitudines fixarum observatæ, a prius annotatis, circiter uno gradu abundant, tolerabile est. Quatuor enim vel quinque saltem minutis temporis momenta deliquij sic prolongari possunt, & tantundem etiam Knudstorpium 35 Haffniâ Regni Metropoli, vel potius loco longitudinis assumptæ est Orientalior, ita ut major ferme præcisio requiri non debeat. Et ipsemet satis mirari non possum, quomodo in illâ juvenili ætate, annum saltem agens 26, nec satis copiosis, accuratissime, in motu Luminarium observationibus antea fulcitus, scopum ipsum adeo præcise collineare 40 potuerim. Equidem hic nihil affingo aut muto, sed animadversiones cœlitus factas ingenue refero, prout liber ille, in quo ejus anni observa-

17\*

tiones

tiones consignatæ sunt, exhibet, & adhuc charta in promptu est, in quâ †  
 tunc, præsentem dictâ sorore, & lumen in laternulâ, quando opus erat,  
 adhibente, conscribebantur. Quod autem sororis hic mentionem fac-  
 tam, præter rem quidem videtur, nec etiam ob id ago, quod ab eâ testi-  
 monium in hâc observatione requiram, aut eo opus habeam, cum alias 5  
 huius sexus testificationes, etiam in grandiore ætate, apud eos, qui juri  
 præfunt, minus sint authenticæ, sed saltem, ut vel hac occasione pateat,  
 quam illa, ab ineunte ætate, ad studia liberalia, præsertim hæc subli-  
 miora, inclinata fuerit, utque minus dubitanter credant, qui hunc li-  
 brum perlegerint, eas, quas postmodum circa finem subjungemus, ab 10  
 illâ mihi scriptas Astronomicas Epistolas, & quæ illæ continent, ex  
 illius proprio cerebro, atque industriâ, in maturiore tamen ætate, nec  
 aliunde, prodijisse.

Notandum vero, quod superius, dum loca  $\odot$  &  $\sphericalangle$  ex propriâ con-  
 stitutione ad medium deliquij abignarem, me quidem illa in  $26^{\circ} 40'$   $\nearrow$  15  
 &  $\sphericalangle$  locaße, sive quod tunc de majori præcisione dubius essem, sive ali-  
 quo alio minutulo errore, vel meo calculo, vel scriptori, aut etiam typo-  
 grapho subrepente. At nunc, dum ad rectius examinata, restitutaque  
 subsequenter annis Luminarium curricula hæc ipsa examino, loca  
 eorundem sextâ gradus parte proroganda invenio, & nihilominus tem- 20  
 pora observationibus, ex nostrâ restitutione, & calculo redintegrato,  
 apte convenient, quemadmodum ex appendice capitis primi, ubi de  $\sphericalangle$   
 motu agitur, in tomo anteriore Progymnasmatum nostrorum Astro-  
 nomix instaurandæ comperire licet.

## ADDITIO AVTORIS.

[ad p. 62,11]

QUOD paulo ante dictum est, de Phœbejo quodam Heroë, illud 11<sup>r</sup>  
 ænigma nunc tandem explicare lubet. Intelligebam tunc temporis  
 Sereniß. & potentiß. Fridericum II Daniæ Regem laudatissimæ me-  
 moriæ. Is enim Phœbejus & vere Regius Heros, in armis gentilitijs 30  
 Regni Daniæ tres Leones sortitur, cumque  $\Omega$  Solis domicilium ab  
 Astrologis appelletur, eum triplici hospitio ductorem exercitus Olym-  
 pici, i. e. ipsum Solem, excipere dixi. Locum etiam Regni ejus describo,  
 primum quoad Latitudinem, asserens Calistonem, id est Ursam ma-  
 jorem, pede fugiente istic Oceani undas calcitrare, siquidem in Eleva- 35  
 tione poli 56 proxime graduum infimæ stellæ posterioris pedis Ursæ  
 majoris, Horizontem in Meridiano Boreali quam proxime stringant.  
 Et secundum Græcorum Poëtarum figmenta, intuli id fieri, ob vetus  
 opprobrium, quod, cum apud Dianam esset, passa sit, Junone zelotypâ  
 ipsam persequente, & Jove liberante, atque inter sidera referente, Te- 40  
 thyde

thyde vero Junonis nutrice, quod hanc offendere vereretur, eam, more reliquorum ferme syderum, Oceanum subire, id est infra Horizontem descendere, non permittente, prout habent veteres nugæ.

Longitudinem quoque subindicavi, dum ajo, Imavicos montes, qui  
 5 videlicet Orientalem Tartariam, ab occiduâ, sive regno Cammano, dif-  
 terminant, Solem æquinoctialem in ipso Meridie istic abscondere.  
 Dum enim ☉ Æquatorem transiens, nobis hic in Daniâ Meridianus  
 existit, illis, qui ad montes dictos habitant, occidit, differentiâ utpote  
 10 intercidente Meridianorum, quæ sex horas adæquet. Addo mox, quod  
 is in suo natalitio schemate ☿, superum & inferum internuncium,  
 medij istic cœli & Ascendentis Almuten, & juxta Astrologos guberna-  
 torem, totiusque figuræ Dominum habuerit, in eodem loco, quo ☾ de-  
 liquium passa est, ipsâ etiam Lunâ in fine ☾ occasum petente in ☐  
 15 hujus Eclipsationis. Hinc, nonnulla huic optimo Regi portendi, tunc  
 temporis conjectatus sum. Verum tunc minus consideravi idipsum,  
 quod jam antea innui, Eclipses aut parum, aut nihil significare, in ijs  
 terræ locis, cum quibus analogiam occultam non habent. Et quod plus  
 est, neque tunc temporis a nobis satis perspectum, deliquia ☉ & ☾ ni-  
 11 v hil ferme portendunt, nisi in ijs Horizontibus, quibus angulares exi-  
 stunt, || præsertim vero, ubi Orientis, aut Meridiei cardinem non obti-  
 nent, cum ne quidem communes ☉ & ☾ syzygiæ aëris qualitatem sen-  
 sibiliter mutant, nisi vel illæ, vel prædominantes stellæ cardinales de-  
 prehendantur. Quod nos crebra, & vix fallens docuit Experientia.

Porro ut nunc tandem id, quod antea subticui, pandam, non tam  
 25 vaticinium hoc ex Eclipsis hujus effectibus desumptum est, quam di-  
 rectione ☐ h<sup>ni</sup> ad ☾, secundum circulum positionis ejusdem ☐, ita ut  
 ☾ in eo circulo ad ipsum dirigeretur. Qui modus, etsi hætenus alijs vix  
 usitatus, experientiæ tamen consonus esse a nobis aliquoties adinventus  
 est, præsertim in occiduo cœli hemisphærio. Accebit & hoc, quod eodem  
 30 tempore directio Ascend. ad ☐ h per gradus Eclipticæ æquales conti-  
 gerit. Quam etiam dirigendi rationem pondus subinde habere animad-  
 verti. Quin & in ejusdem anni revolutione verificatâ, erat ☾ prope lo-  
 cum hujus directionis, atque in ☉ h<sup>ni</sup> platico. Obfuit autem eo plus h  
 in his directionibus, quia ☾ ab initio Δ, ascendens vero ✕ aspexit.

35 Quoniam vero exactus tam Lunæ, quam h motus mihi tunc non  
 satis cognitus erat, sed solummodo e calculo Prutenico assumptus, fac-  
 tum est, ut uno circiter anno (quod per se, si candide accipiatur, modi-  
 cum est) hæc prædictio eventum tardius assecuta sit. Elapso enim ab-  
 inde paulo plus uno anno, Rex ille alias alacris, & valetudine firmâ  
 40 utens, in gravissimam Quartanam, magno cum vitæ periculo, incidit.  
 Quâ etiam ab æquinoctio autumnali usque in sequens vernale afflic-  
 tatus est, & ut ipsemet mihi postea retulit, ferme per semissem anni  
 antea,

antea, hunc morbum ex membrorum gravitate & laetitudine intrinsece latere, persenserat.

Esse autem Quartanam Febrem & similes atrabilarios morbos  $\eta$  influentibus analogos, praesertim participante  $\zeta$  ex Ascendente, nemo Astrologorum vel Medicorum, qui talium cognitione imbuti sunt, ire poterit inficias. Et ne id quoque subiticeam, Luna, secundum locum, quem in revolutione obtinuit, ad  $\delta$   $\eta$  sua directione diurna pervenit, juxta eos ipsos dies, quando Quartana illa erupit.

Addam vero & hoc (siquidem in horum mentionem incidi), quod eadem  $\zeta$ , per directionem in signorum consequentia aequatoriam, eundem radium  $\square$   $\eta$  in 8 & funesta domo asecuta sit, anno ejus labente 54, in quo cum idem laudatissimus Princeps versaretur, ex Febre Hectica, & diutina quadam aegritudine vitam cum morte commutavit, ingenti cum Patriae & subditorum, tum quoque Peregrinorum luctu. Quemadmodum etiam valde illi instare periculosum tempus, quod evidenti effectu non careret, a nobis longe antea annotatum erat, ut testari possunt fide digni ex meis amicis nonnulli, qui haec secreto prius legerunt, & postea eventum adeo exactum admirati sunt.

Ut vero constet, quidnam tunc temporis hac de re praenotaram, apponam ea ipsa verba, quae multo tempore prius in nostro quodam Astrologico volumine propria manu consignata erant, quae (Postquam directio  $\zeta$  ad  $\square$   $\eta$  peculiari quadam mea mensuratione, ab ipsa experientia deducta, numeris consignata est) sic habent: Provenit itaque  $\zeta$  ad  $\square$   $\eta$ , anno aetatis 53 completo, hoc est ante medium anni 1588, & contingit haec directio in medio terminorum  $\eta$ , sequitur  $\Delta$   $\delta$  brevis, habens naturam  $\square$ , & mox etiam  $\square$  4 longus, habens naturam  $\Delta$ . Aspexit vero  $\eta$   $\zeta$  ab initio per  $\Delta$  partilem. Unde hic  $\square$  non carebit evidenti effectu. Notandum insuper, quod Cometa anni 1585 in Octobri & Novembri visus, transierit Eclipticam in  $27^{\circ} 38'$   $\vee$ , pene in hoc ipso directionis loco, sed incepit is ante in  $7^{\circ}$   $\vee$ . Verum effectus hujus Cometae vix poterint se eousque extendere. Sed majus periculum  $\zeta$  Eclipsis in principio Martij Anno 1588 in  $23^{\circ}$   $\text{m}$  juxta oppositum loci Lunae geneleos, & prope ipsum Ascendens portendit. Contigit vero ea in 8 domo, quam Morti tribuunt Astrologi. In margine vero sic postea annotavi: Obijt anno 88 die 4 Aprilis anno 53 completo, & insuper mensibus 10. Potest itaque aliquid desiderari in  $\zeta$  &  $\eta$ . Haec quidem ita praesignaram, quae nimis vero praefagio eventum sortita sunt.

Quod autem non ipsi Regi, aut alijs quibusvis, haec prius indicare voluerim, prudentes satis rationes norunt. Neque haec Astrologicae indicationes pro decretis praetorij promulgandae sunt, neque etiam satissimum est, Regibus & Principibus quidpiam averfi, in vita & fortuna, ominari, multorum exemplo, quibus id male cebit, absterrente. Et licet directio

directio ☉, principalioris aphetæ, circa finem decimæ domus versantis, ad ♄ ♀ in 12 domo constituti, & dominium in octavâ habentis, anno 50 completo, præceberit, quæ, juxta Astrologorum sententiam, admodum vitæ inimica esse debuit, tamen ea non adeo funesta fuit, siquidem

5 ☉ fortior erat, utpote ad culmen cœli vergens. Et ♃ totius figuræ Almuten, in folio suo exaltatus, admodumque potens, & faustus, locum illum ✕, & benevolo radio mox subsequente, intuebatur. Nec ♀ ab initio Solem ullo intuitu, aut antificiâ afficiebat. Quod fieri oportet, si evidens aliqua futura sit directionis effectio, uti ab ipsâ experienciâ

10 edocti fumus, & jam antea indicavimus. Circa id nihilominus tempus male habuit idem Serenissimus Rex, imo & Rumore quodam, per plurimas Regiones, etiam longe distitas, sparso, diem obiisse dicebatur, veluti ipsemet inaudierat, & mihi, cum, tunc temporis vocatus, illi in Cimbriâ præsens adesset, inter alia retulit. Hæc obiter hic commemo-

15 ro, non quod astris omni ex parte ejuscemodi fatales eventus attribuam. Scio enim, Dei benignitate, quatenus illis quidpiam assignandum sit, quatenus vero non. Sed saltem, ut eorum cavillationibus, si qui forte fuerint, qui hanc a nobis superius indicatam de Phœbejo quodam Heroë prædictionem nimis stricte acceperunt, obviam, atque,

20 quâ in parte dubitatio & obscuritas latuerit, pandam. ||

12<sup>v</sup> Sic quoque anno 1566, cum Rostochij in adolescentiâ aliquandiu morarer, publice affigi curavi, cælato tamen nostro certis de causis nomine, in descriptione Eclipsis Lunaris, versibus Heroicis propositâ, inter alia significata, Solimannum Turcarum Imperatorem eo anno

25 vitâ exceburum, idque hoc hemistichio, postquam illum Orientis Dominum, seu potius Tyrannum appellaßem:

*Et erit tibi lethifer annus.*

Quod testari adhuc poterint, qui tunc temporis hæc Rostochij in solenni Collegij loco exposita legerunt, quorum plerique adhuc sunt superstites. Et cum quidam præcipui nominis vir, Astronomiæ quidem favens, sed Astrologiæ minus deditus, Theologiæ potius in Academijs usitatæ professor, cui etiam, quæ hinc inde in varijs terræ regionibus eveniebant, sæpenumero per literas significabantur, hæc vel legisset, vel ab alijs inaudivisset, atque aliquot post septimanis rumor delatus

35 esset, eundem Solimannum diem obiisse, subridendo dixisset ferebatur, quod ego quidem recte prædixerim, Solimannum eo anno moriturum: id tamen potius conjecturâ aliquâ, quam ex eâ Eclipsi, siquidem ille pauculis septimanis, antequam Eclipsis contigit, fatis conceberat, neque effectus prior poterat esse suâ causâ.

40 Hæc quidem ab illo satis probabiliter afferebantur, sed cum is ignoraret, me non ex Eclipsi hac prædictionem illam desumpsisset, sed potius

ex

ex directione ☉ aphetæ, circa cœli meditullium existentis in Genethiacâ constitutione Solimanni, quæ erat cum idem Solimannus nasceretur, ad corpus ♂ anarethæ, prognosticasse, non potuit aliter, quam fecit, de his iudicium proferre.

Nec tamen hæc ideo recenseo, quod talibus vaticinijs, ex Astrologiâ 5  
petitis, nimium tribui velim, aut quod me in his vatem profitear, vel deprædicem: sed solummodo, ut ostendam, quomodo fieri possit, quod Astrologi, utut sæpenumero hallucinari eos contingat, subinde tamen veriora prædicent, quam a vulgo, vel æmulis eorum discerni queat.

## ADDITIO AVTORIS.

14v

[ad p. 64,32]

**H**ÆC quidem in Adolescentiâ circa Eclipsium effectus, quoad eorundem initium & durationem rimatus sum, quæ & subsequenti-  
bus annis non inepte congruere animadverti. Sed & hoc insuper. ||

Natus est Dictus Serenissimus et Laudatissimæ memoriæ Rex Daniæ 15r  
& Norvegiæ &c. Fridericus 2 Anno 1534 Die 1 Julij Hora 9. Minuto 30  
A. M., prout etiam habet Calendarium Eberi, consentiente relatione  
eorum, quibus id cognitum erat.

Eclipsis autem (næ, quam innuimus ipsius ex hac mortali vita de-  
cessum, et antecessum, et non minima forte ex parte præsignificasse, 20  
facta est in eodem Horizonte Haderfleviensi, ubi Rex natus est, Anno  
1588 Martij Die 2 Hora 14 Minuto 41. Nam a me observabatur Vraniburgi,  
quod per  $\frac{2}{3}$  ferme unius horæ orientalius est, medium ejus accurate  
sumptum Hor: 15. Min: 4. a Meridie præcedente, quemadmodum  
etiam Restitutio nostra in motu luminarium hoc ipsum temporis mo- 25  
mentum exigit.


Subjungam itaque cœli systemata ad utraque hæc tempora, restitutis  
tamen (uti diximus) Planetarum locis, tam secundum longum quam  
latum, e propriis nostris observationibus, atque redintegratione mo-  
tuum cœlestium, multo jam tempore a nobis exantlata. Quæ, quantum 30  
hic differat ab usitatis calculis, tam Alphonsino, quam Coperniceo,  
collatio debite instituta facile manifestabit, & sane absque Planetarum  
ad normam curriculi cœlestis accurata dispositione præcognita, nihil  
solidi, nihilque exacti, || in his præsertim, quæ directiones concernunt, 15v  
præstare quoquam conceditur. 35

Antequam vero directionem in hac Eclipsi, quam fatalem Regi huic  
fuisse indicavi, attingam, nonnulla de Directione quadam ipsius Gene-  
leos, cujus superius, dum de effectis Eclipsis Anni 1573, quibus videlicet  
populis et Regionibus potissimum illi imminerent, ageremus, men-  
tionem feci, hic replicare et exactius discutere lubet, idque quoad Di- 40  
rectionem



rectionem (♄ ad Quadratum ♄, quæ in tempus obitus hujus Regis incidit.

Imprimis vero hic notandum, quod locus (♄, utut secundum Neotericam nostram restitutionem aliter quam antea usurpatus adhibeatur,



5

Latitudines Planetarum

♄ 0. 16. M ♀ 3. 49. M  
 ♃ 0. 9. M Retr. ♁ 1. 35. M  
 ♂ 0. 27. B ♄ 3. 59. M

10


Directio ♄ in ♀ in 27° 9' γ  
 Visa ♄ Long. 25. 23  
 Latit. 4. 30

Respondent:

Declinatio visa ♄	5. 59	Descensio obliqua ♄	349. 3
Ascensio recta ♄	357. 33	Descensio obliqua ♄ ♀	40. 10
Distantia a M. C.	75° 5'	Differentia descens.	51. 7
Circulus positionis ♄	54° 36'	Motus diurnus ☉	57' 9"
Differentia Ascension:	8. 30 subtr.	Respondent annj	53½

tamen verum ipsius locum respectu centri terræ (veluti alias fieri asolet) non esse in tali pragmatia applicandum, sed potius visum illum et apparentem situm, qui e superficie ejus Horizontis, in quo Nativitas fit, linea inde per centrum (♄ in Zodiacum producta evenit. Quod etiam

etiam iustis non caret rationibus, siquidem oporteat eum ipsum locum, ubi infans nascitur, qui non apud centrum, sed circumferentiam terræ existit, Cœlestium influentiæ obnoxium esse, et concurrentes in illud quasi punctum centrumque radios et energias superiorum corporum undiquaque confluere, cumque (na præ cœteris Planetis || hic discrepantiam sensibilem ob Paralaxeos magnitudinem implicet, locus ejus



Latitudo Planetarum

♃ 2. 5. M	♀ 0. 47. M
♄ 0. 58. B	♆ 2. 10. M
♅ 0. 8. M	♁ 0. 18. B

10

verus in visum ante omnia redigendus venit, quod qua ratione fiat, in Astronomicis utcunque versati non ignorant.

Fuit autem situs verus (na ex nostro calculo tempore nativitatis Prædicti Regis ad Meridianum Haderfleviensem, quem ab occasu distare 31 Gradibus præsupponimus, accurate e nostris tabulis supputatus, in Gradu 26 Min: 7 X cum latitudine 3 Graduum 59 Min: meridionali, qui competenti modo in visum locum, et eum, qui in Horizonte Haderfleviensi apparuit, redactus, præbet longit. in 25 Gra: 20 Min: X et latitudinem 4 Gra: 30 Min: meridionalem. Verum quo eo promptius confet,

constet, nos nihil hic pro lubitu effingere, sed cœlestem normam ipsosque numeros omnino sic exigere, præcipuum directionis hujus calculum oculis subjiciemus.

Ex viso loco a citato datur ejus

5	Declinatio	P. 6. M. 0
	Ascensio recta	P. 357. M. 1
	Ascensio recta M. C.	P. 72. M. 1
	Distantia $\odot^{\text{lis}}$ a M. C.	P. 74. M. 30
16 <sup>v</sup>	Circulus Positionis $\zeta^{\text{næ}}$	P. 54. M. 33
10	Differentia Ascensionis	P. 8. M. 29 subtr.
	Ergo Descensio obliqua $\zeta^{\text{næ}}$	P. 349. M. 2
	$\square^{\text{ti}}$ $\eta$ Longitudo	$\surd$ P. 27. M. 9
	Descensio obliqua $\square$ $\eta$	P. 40. M. 14
	Arcus Directionis quæsitus	P. 51. M. 12

15 Eßent itaque juxta vulgarem directionum mensurationem, quæ pro singulis Gradibus unum Annum accipit, Anni 51 Menses 2. At cum hæc Directionum determinatio nimis plastica sit, nec experientiæ sufficienter consona, juxta alium modum a nobis adinventum diuque comprobatum, hoc æquatoris Gradus dispartiendo, ipsum tempus obitus Regis hinc eliciemus. Erat enim in radice Nativitatis motus  $\odot$  diurnus verus

20 57 Min.  $\frac{1}{2}$ , qui juxta nostra ratiocinea hic Annum unum efficit. Competunt itaque proportionabiliter Gradibus 51 Minutis 12 Anni 53 Menses 9, quibus etiam completis Rex ille omni memoria & celebratione dignissimus ex Horizonte temporis in æternitatem migravit.

25 Nunc Directionem  $\zeta^{\text{næ}}$  in Eclipsi antecedente ad oppositum  $\eta$ , qui cadit in Angulum Medii Cœli deliquij locum proxime sequentem, quem effectus eos evidenter æstimulare ex antedictis liquet, attingamus. Assumemus autem hic locum  $\zeta^{\text{næ}}$  verum, qui medium axis umbræ terrenæ occupabat, || in  $\odot$  exacto opposito, qui etiam non multum

30 ab apparente situ differebat.

Erat autem is in parte 22 Min. 50  $\eta$  cum Latit: 18 Min: Borea: quare Declinatio  $\zeta^{\text{næ}}$  erat partium 3 Min: 6, et Ascensio recta ejusdem partium 173 Min: 33. Cumque Ascensio recta Med. Cœli fuerit partium 213 Min: 40, evadit Distantia  $\zeta^{\text{næ}}$  a Medio Cœli partium 40 Min: 7, ideoque circulus Positionis  $\zeta^{\text{næ}}$  partium 41, in quo Differentia descensionalis existit partium 2 Min: 42. Quare ipsa descensio obliqua  $\zeta^{\text{næ}}$  provenit partium 176 Min: 15.

40 Ad hunc si adhibuerimus oppositum  $\eta$  in parte 12 Min: 46  $\eta$  cum Latitud. Bor: partium 2 Min: 5, erit ejus Declinatio Meridionalis partium 13 Min: 41. Sed Ascensio recta 220 partium Min: 58, Differentia vero descensionalis de prædicto curriculo positionis  $\zeta^{\text{næ}}$  par: 12 M: 13 subterablativa.

subterablative. Unde Descensio obliqua oppositi ꝑ evadit partium 208 Min: 45, a qua sublata prius inventa (næ descensione obliqua, profiliet Arcus Directionis quæsitus Partium 32 Min: 30. Qui 33 pene dies in hac Directionum administratione efficit, quibus a 3 Die Martij, quo Eclipsis post mediam noctem antecedentem contigit, numeratis, in 4 5

Die Aprilis devenitur, quo ipso Die circa Horam a Merid. ||

4 expiravit, ut non minor hic, quoad ipsissimum Diem, sit 17v

Directionis Eclipsos consensus, quam antea Direc-

tionis (næ in natalitia figura, quoad ipsum non

saltem Annum, sed & mensem, adeoque ean-

dem septimanam obitum Regis hujus

attigerit, magna certe Astrologiæ

alias suspectæ ab aspersis ca-

lumniis vindicatione.

1<sup>r</sup>

## DE NOVA STELLA.

## EX LITERIS CUIUSDAM AMICI.

**S**ED quid sentis de noua ista et illustri stella, quæ nunc mensẽ plus minus in Cœlo conspicitur, cumque incognita hæctenus sit stella, non tamen in morem Cometarum crinita aut barbata conspicitur? Præterea locum, in quo primo visa est, hæctenus ne latum quidem digitum mutare obseruatur. Hæc mihi admiratione et consideratione digna uidentur. Datum XVI Decembris MDLXXII.

## EX ALIJS LITERIS AB EODEM SCRIPTIS.

10 Miror uestrum Mathematicum stellam istam non uidere, quæ hic pueris innotuerit, et extant de ea aliquot libellj ab eruditis editj. Visa † est a nautis Hispanis in Octobrj præterito, et huc ad nos perscriptum est. Varij varia prælagiunt, sed mihi reformationem Ecclesiæ et Reipublicæ significare uidetur, quia stella est, non Cometa, qualis a condito 15 mundo nulla visa est, nisi quæ Magis solis apparuit. Quæ tua sit sententia, libenter abs te cognoscerem. Metuo tamen, antequam hæc reformatio fiat, maiorem horum præsentis sæculi propter malitiam suam bello peste et fame interituram. Dat: XIII Ianuarij LXXIII.

## EX LITERIS ALTERIUS AMICI.

20 Ante mensẽs fere tres conspecta est, de qua scribis, noua et rutilans 1<sup>v</sup> stella. Viri Astronomiæ || peritj statuunt hanc fore πρόδρομον (præcurforem) filij Dei, fatales et vltimas mutationes generi humano portendere. Illuxit Christo nascente stella, quæ Dux itineris ex Oriente ad urbem Bethlehemiticam Magos antecessit, tandem supra domum, in 25 qua Christus fuit, constitit. Pia antiquitas censet fuisse Angelum. Certum est autem nunc quoque apparente rerum fine instante tempore vltimi Iuditij signa & prodigia plurima in rerum natura euentura esse, sicut ipse Iesus Christus Dei filius prædixit, qui quidem futurum affirmat vt commoueantur virtutes Cœlorum & nominatim signi peculiaris, quod vocat signum filij hominis in Cœlo Math. XXIII, meminit. 30 Id etsi quale futurum sit, alij aliter explicant, Crucem nimirum intelligentes, quæ mihi sane interpretatio haud probatur, sed probabilior esse videtur, vt ad gloriosum filij Dei Iesu Christi aduentum referamus, Tuum ut nobis comunices iudicium obsecro, vtut est, non erit ἄσημον 35 (sine signo). VI Febr. LXXIII.

## EX LITERIS TERTIJ AMICI.

Amabo te (si tibi gratum est) hoc officij quem amorem pietatemque mutuam excitemus. Expedit enim, imo vero summopere necebarium est

est in hac amoris refrigeratione (quam Christus postremis seculis imminere prædixit), eum omni opera studioque ἀναζωπυρειν (accendere), eoque non tantum sacræ literæ δια τῆς του πνευματος διακονίας (per spiritus subministrationem), verum et insignis in summa axe refulgens stella secundi videlicet Christi aduentus prænuncia (vt ea, quæ Magis apparuit, || primi fuit) hortatur & monet. Interea mundus secure hellvatur et præliatur. Dat. XI Feb. LXXIII.

5

2r

DE DISCIPLINIS MATHEMATICIS  
ORATIO

(1574)

**I**N ORATIONE DE DISCIPLINIS MATHEMATICIS edenda, quæ  
vivo Tychone edita non est, secuti sumus codicem Vin-  
dobonensem lat. 10686<sup>22</sup>.

Consulimus etiam editiones ab hoc codice nonnihil  
discrepantes Cunradi Aslaci Bergensis (Hauniæ 1610) et  
Joach. Curtii (Hamburgi 1621).



1<sup>r</sup> ORATIO QUAM HABUI ANNO 1574  
IN PRINCIPIO SEPTEMBRIS IN CONSESSU MAG.  
LEGATI GALLI DOCTORUM ET PROFESSORUM  
OMNIUM ATQUE STUDIOSORUM ACADEMIÆ  
5 HAFNIENSIS CUM EX REGIS VOLUNTATE  
PUBLICAM IN ASTRONOMICIS PRÆLEC-  
TIONEM INCHOAREM.



10 LARISSIMI viri, vosque studiosi adolescentes, rogatus  
fum, non solum a quibusdam vestrum, amicis meis, sed  
ab ipso etiam Serenissimo Rege nostro, ut nonnulla in  
Mathematicis disciplinis publice proponerem. Id mun-  
ris, etsi a meis conditionibus, et ingenij ac exercitationis  
tenuitate, admodum sit alienum: tamen Regiæ Majestatis  
petitioni resistere non licuit, vestræ non placuit, et meapte sponte ab  
15 ineunte ætate eo propensus fui, vt non solum in his studijs perdiscendis  
plurimum temporis et laboris impenderem, sed alios etiam ad idem  
facitandum multopere instigans, eorum conatus pro virili iuuarem.  
Quantum enim hæ disciplinæ præ cæteris obtineant, tum euidentis  
certitudinis, tum incredibili iucunditate refertæ eruditionis, vix eloqui  
20 a quoquam posse arbitror. Et non solum in demonstrationum robore,  
et scientiæ pulchritudine, sed et varietate multiplicique cognitionis  
copia, reliqua omnium artium genera longe antecellunt: adeo ut non  
immerito ob id Mathematicæ, quasi solæ disciplinarum nomine, ob  
excellentiã, dignæ, a veteribus appellatæ sint. Verfatur autem hæc  
25 tota contemplatio, quæ Mathesis nomine venit, in genere, circa quanti-  
tatum considerationem, et duabus potissimis distinguitur partibus, Geo-  
metria videlicet et Arithmetica: quarum hæc quantitates discretas, illa  
continuas metitur. Ex his uero duabus ceu parentibus plurimæ aliæ  
eruditæ et scitu iucundæ gignuntur Mathematicæ scientiæ: inprimis  
30 uero sublimis illa ac pariter iucundissima motus et harmoniæ cælestium  
corporum consideratrix, Astronomia, de qua postea dicemus, ubi non-  
nulla prius de his duabus, Geometria et Arithmetica, quibus illa fun-  
datur, præfati fuerimus. Geometriam apud Ægyptios originem duxisse  
creditur: Nili inundatione agrorum limites absorbente, et hac occa-  
35 sione artis necessitatem, qua dominia agrorum denuo juste partirentur,  
introducete: hancque ob huius artis primo inventam vtilitatem, a  
terræ mensuratione, Geometriæ nomen sortitam esse, verisimile est:  
quamvis nequaquam adeo vilibus sit serua officijs, ut terrarum et agro-  
1<sup>v</sup> rum || saltem metiatur quantitates, sed omnem magnitudinem, figuram,  
19 proportionem,

proportionem, quæ intellectui compræhensibilis est, explicat, et ad cœ-  
 los usque elata, reales ac sensibus incurrentes motuum cœlestium har-  
 monias in certam cognitionem deducit. Huic olim in Ægipto et Græcia  
 plurimi certatim incubuerunt artifices: quorum singuli ad artis con-  
 stitutionem aliqua contulerunt. Horum tandem inventa Euclides Me- 5  
 garenfis uno complexus volumine, artis elementa concinno ordine  
 et magna solertia ita tradidit, ut a quouis mediocris ingenij acumine  
 prædito non difficulter percipi possint. In hac arte Archimedes Syra-  
 culanus ad miraculum usque clarus extitit, et patriæ muros a Ro- 10  
 manorum crebris insultibus, per machinas bellicas huius artis bene-  
 ficio extructas, diu repulit, clabesque hostium per specula ignem a  
 Sole reflectentia, admirando et ingenioso stratagemate exuist. Quam-  
 uis hæc parum ad artis commendationem faciant, cum majora et  
 digniora per eam præstari possint, imo abusus potius tam diuinæ artis  
 ad utilitatem, non destructionem humani generis concebit, ista merito 15  
 cordatoribus censenda. Quanta autem huius scientiæ sit certitudo,  
 quanta jucunditas, et per omnes alias artes ac in communi vita vtilitas,  
 verbis satis explicari non potest. Hanc veteres Philosophi statim ab  
 ipsa pueritia discendam præcipiebant, siue quod hæc, præterquam  
 quod per se cognitu dignissima esset, veritatem et cohærentiam in cœ- 20  
 teris artibus discerneret, siue quod per hanc exercitata et acuita ingenij  
 acie reliquæ disciplinæ caperentur, postmodo negotio longe minori,  
 et iudicium de rebus non præcipitans, sed ex indictione causarum  
 rationabilium, aliquandiu suspensum, rectius formaretur. Vnde non  
 immerito diuinus ille Plato omnes Geometriæ ignaros a sua schola, 25  
 publice foribus appenso edicto, arcebat, tanquam minus idoneos ad  
 reliquam Philosophiam capescendam. Atque hinc factum esse iudico,  
 quod veteres Philosophi ad tantum eruditionis fastigium conscenderint,  
 quod hi Geometria a prima pueritia imbuti erant, dum nos plurimos,  
 eosque optimos adolescentiæ annos Grammaticæ et linguarum studijs, 30  
 quæ hi a matre nullo negotio hauserunt, infeliciter impendimus. Ex  
 hac Geometria manat incomparabilis et ingeniosissima illa, tam plano-  
 rum, quam sphæralium triangulorum scientia, cuius beneficio tota  
 astrorum cognitio extructa est, et si plane collapsa foret, modo dedo-  
 mena requisita in || promptu essent, in integrum restitui possent. Ex hac 27  
 Optica, occultissima illa pariterque jucundissima radiorum visualium  
 speculatio procedit: cuius elementa Vitellio decem libris tradidit, et  
 post illum Alhazen Arabs. Ex hac Gnomonice, quæ umbrarum et  
 horologiorum sciotericorum, in quavis superficie delineationes pro-  
 ponit, non minus eruditum, quam vtile procedit exercitium. Ex hac 40  
 Geographia, quæ terrarum, marium et vrbiū dispositiones ob oculos  
 pingit, suam duxit originem: vt nihil dicam de Architectura, aquæ ducti-  
 bus,

bus, machinis bellicis, multisque mechanicis per Geometriam inventis  
 operibus, quibus uel manuales artifices vtuntur, uel instrumenta cœli  
 siderumque motibus, alijsque in terra dimensionibus obseruandis,  
 idonea conficiuntur: ut non minus certum et iucundum, quam multi-  
 5 plex et nunquam penitus exhauriendum sit Geometriæ studium: ut-  
 que verbo rem totam dicam, non est quod quisquam singularis erudi-  
 tionis laudem, qui Geometriæ ignarus fuerit, sibi jure vendicet. Huic  
 inter Mathematicas disciplinas succedit Arithmetica, quæ licet ab ipsa  
 Geometria suorum principiorum demonstrationes sortiatur, tamen  
 10 hæc non amplius circa quantitates continuas, sed discretas versatur,  
 totaque in numerorum contemplatione absoluitur. Hæc scientia quan-  
 tam in communi vita, minimis saltem sui partibus vsurpata, vtilitatem  
 habeat, neminem ignorare arbitror, quamvis multo latius se extendat  
 numerorum doctrina, et non minus quam Geometria infinitam, ac a  
 15 nemine mortalium penitus absoluendam, amplectatur cognitionem.  
 Per hanc Pythagorici olim totius naturæ et ipsius etiam Dei mysteria  
 velabant: tanquam omnia eßent, quemadmodum figuris et propor-  
 tionibus, ita et numeris consona. Et quamvis Pythagoræ hæc inpri-  
 mis scientia immortalis peperit memoriam, tamen Ægyptios et vici-  
 20 nas gentes eam prius calluisse, a quibus eam Pythagoras hausit, non  
 † est dubium. Ægyptios uero hanc ab Abrahamo Patriarcha didicisse,  
 Josephus antiquitatum Judaicarum scriptor asseverat: ut non minus  
 utilis et erudita, quam antiqua sit numerorum scientia. Ex his duabus,  
 25 Geometria et Arithmetica, alia sublimis et a terræ fecibus remotissima  
 nascitur scientia, quam Astronomiam appellarunt. Hæc non terræ,  
 2<sup>v</sup> maris, aut cœterorum || elementorum, angustis claudi contenta limiti-  
 bus, per altissimum et spatiosum æthera, per lucidissimum Solem, et  
 candidissimam multiformemque Lunam, omniaque alia tam errantia,  
 quam inerrantia incedens sidera: horum omnium motus, harmonias,  
 30 reuolutiones, proportiones, et magnitudines sublimi consideratione  
 scrutatur: a Geometria quidem id mutuata, ut per ipsam certa ratione  
 constructis organis, siderum obseruentur phænomena, obseruataque  
 in hypotheses, apparentijs respondentem, redigantur, quibus motuum  
 intricatæ varietates concinne saluari possint. Ab Arithmetica vero id  
 35 beneficij obtinet, ut illa hypotheses per Geometriam inventas et con-  
 stitutas excipiat, easque in partes dispertiens, totum æthera in numeros,  
 quibus quouis tempore siderum cursus præfinire liceat, resoluat. Quam-  
 vis autem Astronomia ex his duabus hac ratione in artem certam con-  
 stituta sit: tamen illa non solum has, sed et omnes alias in toto hoc ge-  
 40 nere exuperat artes, et velut principem locum obtinet. Nam et anti-  
 quitate et nobilitate ac cognitionis sublimitate, præ reliquis omnibus  
 maximam sibi vendicat laudem. Vt enim de Astronomiæ vetustissima  
 origine

origine primum dicamus, quid Adamo eiusque filijs antiquius? Ex quibus Seth siderum cognitionem invenisse et posteris tradidisse, ab eodem, de quo diximus, Josepho aseritur: totamque ætatem observandis et perscrutandis siderum motibus impendisse, et tandem binas extruxisse columnas, quibus inventa sua, ne unquam e mortalium memoria perirent, insculperat. Et quia memorabilis est iste locus, audiamus ipsum Josephum de antiquissima Astronomiæ origine nos commonefacientem. Sic igitur scribit lib. I. *Ex huius Adami liberis Seth educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, quod rectum esset, discernere valeret, virtutis studijs se totum dedit: et cum vir optimus evasisset, etiam nepotes sui imitatores reliquit, qui, quoniam erant omnes bona indole præditi, et patriam absque seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exigebant, sapientiamque cœlestium rerum atque ornatum animadverterunt. Ne autem hæc inventa ex hominum noticia dilaberentur, cum Adamus universalem rerum interitum fore prædixisset, vnum incendio, diluuium alterum, excitarunt duas columnas, alteram latericiam, alteram lapideam, et vtrique sua inventa insculperunt, ut si latericiam diluuium deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, et quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet.* || Hæc Josephus, qui insuper addit, quod una earum suo tempore in Syria adhuc extiterit. A primis uero his Adami filijs, ad eorum successores, et tandem ad Patriarchas descendisse astrorum scientiam credibile est; adeo quod idem rerum Judaicarum scriptor non dubitet subungere, *Abrahamum Patriarcham ex ijs, quæ videbat circa Solem, Lunam, et reliqua sidera apparere, primum omnium vicinos homines docuisse, vnum esse Deum, rerum vniuersitatis conditorem et consideratorem, cuius voluntati omnia in rerum natura obsecundant: et propterea huic soli honorem et gratias ab hominibus esse referendas.* Hæc, inquam, ab astrorum æternis et admirandis circuitibus didicisse, aliosque docuisse Abrahamum testatur Josephus, eundemque non ita diu post in Ægyptum profectum esse ait, atque inter alia Ægyptios, non solum numerorum scientiam, ut supra dixi, sed et Astronomiam docuisse: eo quod illi ante Abrahami ad eos aduentum huius artis ignari essent. Similia Philo, Judaicarum etiam rerum scriptor, et philosophiæ Platoniciæ non ignarus, de Abrahamo narrat, quem dum Deum saltem ex cœlestium corporum consideratione nouisset, et Astronomus esset, Abram primum, postea vero, cum ex Dei peculiari dono Theologus una factus esset, Abrahamum dictum esse. Hinc itaque patet, a primis parentibus statim circa mundi exordia inceptam esse astrorum cognitionem, et inde ad Patriarchas quasi per manus traditam, eoque id verisimilius est (quod et prænominatus Josephus

† sephus non obscure innuit) ijs propterea adeo diutinam ætatem fuisse  
 concessam, quæ requirebatur in diligenter perquirendis intricatis illis  
 tardiorum præsertim syderum motibus, ut de fixis stellis, longissimum  
 5 scientia peruenit, Timochares primum, citante Ptolomæo, et deinde  
 Hyparchus Rhodius præcipuus eius parens censetur. Is enim fixa-  
 rum loca diligenter obseruauit, Solisque et Lunæ cursus per plurimos  
 subsequentes annos designauit, ac in cæterorum planetarum totius-  
 que cæli obseruationibus proculdubio etiam diligentissimus fuit, licet  
 10 scripta eius hac de re ad nos non pervenerint. Huius inventis et con-  
 siderationibus Ptolomæus Alexandrinus cum suis potissimum collatis,  
 totam artem in certas hypotheses, unaque in numeros redegit, et im-  
 mortalem apud omnem posteritatem hinc sibi peperit memoriam:

*Dum conuexa Poli lustrabit lumine Titan,  
 Et vaga nocturnam præbebit Cynthia lucem,  
 15 Semper honos, nomenque eius, laudesque manebunt. ||*

3<sup>v</sup> Post illum Albategnius quædam enucleatius restituere laborauit, præ-  
 fertim quo ad Solis et Lunæ fixarumque normas. Ex quibus Rex Ar-  
 20 ragoniæ Alphonsus per eos quos magnis sumptibus allegerat arti-  
 fices, pro majori parte assumptis quibusdam a Ptolomæo, et alijs ad-  
 miniculis, eam quam adhuc sub ipsius nomine habemus, tabularum  
 farraginem construi curauit. Nostra uero ætate Nicolaus Copernicus,  
 quem alterum Ptolomæum non immerito dixeris, cum desiderari quæ-  
 dam in Ptolomæo ex obseruationibus a se factis deprehendisset, et hy-  
 25 potheses ab ipso constitutas quiddam absoni et contra axiomata Ma-  
 thematica peccans admittere iudicaret, nec Alphonsinam supputa-  
 tionem, cæli motibus consentaneam, inuenisset: idcirco admirandâ  
 ingenij solertiâ, hypothesibus aliter constitutis, cælestium motuum  
 scientiam ita restaurauit, ut nemo ante ipsum exactius de siderum  
 30 cursu sit philosophatus. Quamuis enim phisicis principijs quædam  
 contraria struat, ut Solem in centro vniuersi quiescere, Terram cum  
 admittis elementis & Luna moveri circa Solem motu triplici, octauam  
 sphæram consistere immotam, tamen quo ad Mathematica axiomata  
 nihil absurdi admittit: quod in Ptolemaicis & vsitatis hypothesibus, si  
 35 rem penitus introspiciamus, animaduertere licet. Hæ enim siderum  
 motus in suis Epiciclis et Excentricis, respectu eorundem circularum  
 centri, irregulares, quod absurdum est, constituunt, regularemque si-  
 derum motum per irregularitatem inconuenienter saluant. Ex his  
 duobus artificibus, Ptolomæo et Copernico, omnia illa, quæ nostra  
 40 ætate in astrorum reuolutionibus perspecta et cognita habemus, con-  
 stituta ac tradita sunt. Nam quæ Alphonsini ex Albategnio et quibus-  
 dam

dam alijs huc attulerunt, fundamentalem artis tractationem et ex observationibus certis diductam non sapiunt. Danda uero erat merito opera, ne hæc diuina eorum inventa e mortaliu cognitione perirent, sed potius diligenter cognoscerentur ac illustrarentur. Et si quæ in illis (quod in tam perplexa et sublimi scientia aliter fieri nequit) de- 5  
siderarentur, per crebras siderum observationes, ac observationum in hypothesium || et numerorum correctionem distributiones restitueren- 4r  
tur. Quid enim hac scientia potest esse difficilius? quid etiam præstantius? Quæ non in terrenis, momentaneis, et fluidis rebus occupatur, sed circa præcipua illa, et nulli alterationi obnoxia cœli corpora, 10  
ingeniosa et perjucunda contemplatione versatur. Est ubi ver æternum, ubi semper:

*Lucidus apparet Titan, nullisque tenebris  
Læditur alma dies: non illic nubifer Auster,  
Vefanusque Aquilo, non illic bella nec enses:  
Omnia sed læta placidaque quiete geruntur.* 15

Quapropter quam ætherea illa moles hanc inferiorem naturam sua magnitudine, forma, motus perpetua et admiranda lege ac delectabili pulchritudine antecellit: in tantum cœteris artibus, quæ circa hæc inferiora et caduca occupantur, nobilior et præstantior jure meritoque 20  
cenferi debet: cuius sublimem dignitatem, non humilia et terræ, more pecudum, affixa capiunt ingenia, sed quibus igneus inest vigor et cœlestis origo. Quid quæso pulchrius et homine dignius esse potest, quam immensam illam cœli machinam, luminarium, stellarumque omnium 25  
exquifitas et admirandas vicifitudines, motuumque jucundissimas harmonias suo submittere ingenio? Vident quidem imperiti Solem oriri et occidere, Lunam crescere et minui, stellas in cœlo micare: sed in his nihil animaduertunt, quod non a brutis etiam animantibus videri queat. Non vident Solem ab occasu in ortum motui diurno, per obliquum circulum contraniti, et id quidem inæqualiter, atque per hunc 30  
motum anni quantitatem, et dierum noctiumque vicifitudinem efficere. Non animaduertunt Lunam nunc cursum intendere, nunc remittere, interdum Terræ propiorem, interdum longius remotam esse. Cœteros insuper quinque planetas non considerant diurno motui etiam 35  
in contrarium ferri, idque dispari greßu, nunc cursum accelerare, nunc retardare, aliquando etiam consistere, et nonnunquam priora vestigia relegere, eosdemque dum hunc cursum in Zodiaci longitudine peragrunt, varie interea ab orbita Solis, tam versus Austrum, quam Boream sese inflectere. Hæc, inquam, et multa alia, quæ in admirandis cœlestium corporum motibus indefinenter fiunt, Astronomicæ artis im-|| 40  
periti non vident: nec si cernere possent, causas tantarum diuersitatum 4v  
intelligunt.

intelligunt. Quis huius artis infcius animaduerneret Solem, qui nobis non usque adeo magnus apparet, vera tamen quantitate centum sexaginta vicibus maiorem esse toto orbe terrarum et marium, cum Luna, quæ illi æqualis apparet, vix sit quadragesima Terræ portio? Quis cæteras stellas tantam obtinere magnitudinem sibi persuaderet, vt nulla fere sit inter fixas sensibilibus oculis incurrentes, quæ non aliquoties Terræ molem sua quantitate exuperet? cum maximæ et primum honorem fortitæ multoties Terra maiores deprehendantur. Hæc, inquam, et plurima alia, maxima hominum pars, quæ huius artis ignara est, non aduertit: et in hoc pulcherrimo opificio, Homo medius constitutus, tanquam cæcus oberrat, non intelligens domus illius, ut ita dicam, qua circumdatur, structuram et ornamenta: sed cæterorum animalium more in terram pronus, nil nisi terrenum et caducum, voluptates, diuitias, honores, luxum, et cætera huius mundi ludicra spectacula, quæ omnia secum mors abolet, sectatur: cum tamen Deus illi præ cæteris animantibus

† *Os sublime dedit, cælosque tueri  
Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

De vtilitate autem Astronomiæ, quid opus est multa commemorare? cum sine annorum, mensium et dierum interuallis ac certa designatione, quæ ab Astronomia procedit, nulla politia, nulla Respublica consistere possit, ut de plurimis alijs euidentibus vtilitatibus, quas Astronomiæ cognitio in communi vita affert, nil addam. Imo etiam si hæc ars alias profus nihil commoditatis haberet: tamen ipsa per se talis est, ut merito a liberalibus ingenijs eius cognitio expeti debeat. Nam ingenium hominis incredibili et jucunda delectatione afficit et acuit, cogitationesque, in quibus vita illius consistit, a terrenis his, ridiculis et caducis rebus, ad cælestes, serias et fixas contemplationes avocatur, hominemque ipsum vera voluptate, simili quodammodo cælestium incolarum, eum ultra mortalem sortem euehens, afficit et recreat. Vnde hæc a Ptolomæo prolata, non solum ab ipso, sed a quouis diuinæ illius || Astronomiæ gnaro, non citra rem aperi possunt:

*Quamuis mortalis vescor mortalibus auris  
Et quoque mortali cognitione premor,  
Cum tamen æthereos sublimi mente meatus  
Scrutor, et assiduis astra rotata vijs.  
Haud ego mortalis, neque mens in corpore sordet  
Mortali, aut terræ pes mihi tangit humum.  
Sed sublime polo caput vltra nubila tollens,  
Cum Joue cælesti perfruor Ambrosiâ.*

Quorum

Quorſum uero ſapiens ille et prouidus rerum vniuerſitatis autor, tam admirandas et perpetuas motuum cœleſtium leges, tanta diuerſitate, et tam concinna harmonia effinxiſet, ſi eas ab hominibus, quorum etiam cauſa magna ex parte viſibilia condidit, ignorari voluiſet? Imo potius hæc indefeſo labore perſcrutari ac inquire voluit, ut ipſius majestas et ſapientia quoque, hinc a mortalibus perſpici et celebrari poſſit. Quapropter poſt Dei veram et competentem cognitionem, nobis in verbo a ſe dato reuelatam, nihil hominis naturæ magis proprium, et fini, propter quem homo in Terra, mundi centro, conditus et collocatus ſit, magis conſentaneum eſſe iudico, quam ut inde tanquam e loco medio, ea, quæ in tota mundi fabrica, imprimis vero in cœleſti illa et fulgentiſſima tot perpetuarum ſtellarum regia elucent, proſpectans, jucundâ hæc et ingenioſâ contemplatione ætatem ſuam ſuauiter tranſigat, Deumque opificem in his ſuis ſapientiſſimis et varijs operibus agnoſcens, merita eum veneratione ac laude celebret. Quamuis enim in hac inferiori natura mirabilia extent, diuinæ eius ſapientiæ testimonia: tamen nuſquam magis elucet eius ſapientia et majestas, quam in perpetuo illo et immenſo cœli ſtellarumque omnium theatro, vnde non immerito dixit Eobanus:

*Qui negat eſſe Deum, cœlos et ſidera ſpectet:  
Sidera qui ſpectat, jurat is eſſe Deum.*

Inter præcipuas uero et maximas Aſtronomiæ vtilitates, hæc, quamuis a vulgi captu remota ſit, numerari debet: Quod ex deprehenſis ſiderum per Aſtronomiam motibus, eorundemque quo ad Zodiacum || et cardines mundi poſitu, hinc de mutationibus, quæ in ſubiecto elementari mundo fiunt, et de humanis caſibus, quatenus hi aſtris ſubijciuntur, iudicium ferre, multa que prævidere liceat. Non dubium eſt enim, hunc inferiorem mundum a ſuperiori regi et impregnari:

*O quam mira et magna potentia cœli eſt,  
Quo ſine nil pareret tellus, nil gigneret æquor.*

Hinc nata eſt alia occultior et a ſenſibus externis magis ſeparata doctrina, quam Aſtologiã appellarunt. Hæc enim de effectibus et influenza ſiderum in elementarem mundum et corpora, quæ ex elementis conſtant, iudicium profert. De qua quidem non libenter hic verba facerem, ſiquidem non ita demonſtrationi indubitata pateat atque ea, de quibus prius diximus: tamen, quoniam plures inveniuntur, qui hac mantica et coniecturali potius, quam demonſtratiua cognitione delectentur, plusque hac, quam reliquis antediſtis afficiantur, lubet etiam in eorum gratiam, ſiquidem in Aſtologiæ mentionem incidimus, nonnulla diſerere, præſertim cum hæc partim Mathematica, ob eam,



eam, quam cum Astronomia, de qua antea diximus, habeat cognationem, partim Physica fit, nec satis demonstratiua: cumque insuper multi sint, qui cum alias Mathematicum partes ita suis demonstrationibus esse fulcitas viderent, ut eas in dubium vocare non possent — quis enim a Geometra edoctus, omnes trianguli tres angulos simul sumptos esse æquales duobus rectis, non fatebitur? Quis Arithmetico negabit, quinque esse radicem quadratam de viginti quinque? Quis Astronomo, Solem et Lunam oriri atque occidere (nescio enim an in cœteris stellis idem fieri deprehenderunt) — hæc, inquam, et similia in his Mathematicum partibus cum negare non possent, in solam Astrologiam inuesti fuerunt, et in hanc omnia tela converterunt. Quapropter non abs re (uel saltem in eorum, qui his delectantur, gratiam) me facturum existimo, si hoc loco primum aliqua in confirmationem certitudinis Astrologicæ in medium adduxero, et deinde aduersariorum obiectionibus breuiter respondero.

Astrorum negare vires et influentiam, est sapientiæ et prudentiæ diuinæ detrahere, ac manifestæ experientiæ contradicere. Quid enim iniquius et absurdus de Deo cogitari possit, quam ipsum amplissimum hoc et admirandum omnium cœlorum, totque splendentium stellarum theatrum, frustra ac in nullos usus fabricasse? cum nemo hominum || vilissimum opus, nisi in certos usus conficiat. Quod enim annorum et mensium, dierumque discrimina, per cœlum tanquam perpetuum et indefectum horologium metiamur, id non sufficienter machinæ cœlestis declarat vtilitatem et finem. Hæc enim quæ ad temporis mensuram faciunt, ex solo Luminarium cursu et primi mobilis revolutione dependent. Quorsum igitur quinque alij proprijs et diuersis circuitibus multiformiter reuoluti Planetæ? Quorsum tardigradum Saturni sidus, quod in 30 annis semel suam periodum absoluit? Quorsum fulgidum Jouis Jubar, duodecim annis circumactum? Quorsum Martius ille fulgor biennio sese reuoluens? Quid Veneris amicabilis Stella Solem perpetuo comitata, eum nunc mane antecedens, nunc vesperi subsequens, operabitur? Quid varium et unâ circa Solem diuersimode reuolutum Mercurij sidus, efficiet? Num hæc omnes stellæ cum suis diuersimodis planeque stupendis motionibus frustra erunt conditæ? Quorsum insuper tota octaua, quam vocant, Sphæra tot innumeris, lucidissimis, et varie dispositis ac tardissimo motu præditis stellis referta? An et hæc omnes, quas ob motus tarditatem fixas appellarunt, ociosæ et nullius vtilitatis erunt? Id enim necessario inde sequeretur, si cœlum et cuncta quæ in eo continentur, lucidissima et perpetua corpora, temporis saltem distinctioni inseruirent. Deus igitur aliquid in casum operatus est? Deus tanti artificij, tantæque machinæ nullum finem et vsum prævidit? Id quam absurdum sit cogitare, nedum credere, ex ipsius

sius Dei perfectissima sapientia demonstratur, & ex minimis quibusque, in hac inferiori natura, creatis rebus manifeste cernere liquet. Nulla enim herba tam exigua, nullum minerale et metallum tam abiectum, nullum animalculum ita vile, quin insigni aliqua ac propria et specifica virtute sit præditum: idque in tantum, ut omnibus ejus operationibus ac viribus indagandis, humani ingenij solertia hæcenus non suffecerit, ut ne minimæ herbæ omnes proprietates et virtutes nobis ad amußim cognitæ esse existimem. Si igitur Deus in his exiguis ex Elementis corruptibilibus constantibus, et ob id alterationi ac dissolutioni obnoxijis rebus, tantum indidit virium & efficaciam, ut earum virtutes et proprietates nunquam satis percipi possint, quanto plus in maximis illis lucidissimis, perfectissimis, perpetuis & ab alteratione ac dissolutione immunibus cæli corporibus, idem vel potius multo plura præstitit? Quapropter Moses causam allaturus, cur Deus cælum, Luminaria, et stellas condiderit, non saltem dicit in tempora, dies et annos, sed etiam ut sint in signa, hæc omnia esse diuinitus condita. Si igitur cælestia corpora a Deo, ut sint in signa, constituta sunt, necessario eadem aliqua significant: eaque hominibus, quorum causa magna ex parte creata sunt. Significare autem ea, quæ Deus in arcano consilio conclusit, cuius nulla creatura est particeps, non possunt, quod et ordinarius eorum, ac perpetuus, sibi que semper similis motus ostendit: qui nunquam aliquid noui, aut ab itinere præfinito deuians admittit. Id enim fieri oportebat, si Deus per stellas nonnunquam eorum aliquid, quæ in arcano consilio concluderat, siue iræ, siue gratiæ testimonia, mundo indicare vellet: quorum tamen ipsæ causæ effectrices non essent. Necessario itaque cælestia corpora suam significationem, atque a Deo ab initio indita virtute diducunt, ideoque et causas esse eorum, quæ significant, inducitur. Nec propterea omnipotentiam et libertati diuinæ, quæ nullis alligatur causis secundis, quicquam detrahitur. Quamuis enim Deus sit perfectum et liberum agens, nullis naturæ astrictus legibus: attamen ordinem a seipso constitutum non volet facile pervertere, sed eum potius in firmo et perpetuo statu, usque ad mundi consumationem conservare. Et quamvis Deus immediate agere omnia potuisset, lucem præbere sine Sole, terram humectare sine pluuijs, nos alere sine cibo et potu, custodire a frigore sine indumentis: tamen ejus imperscrutabili sapientiæ ita placuit, ut hæc et omnia alia, quæ in mundo ordinarie operatur, mediate ab ipso procedant. Imo et mysterium redemptionis humani generis, cum ab ipsius omnipotentia immediate absolui potuisset, tamen non sine medio, filio videlicet suo vnigenito sibi coæterno, humanam naturam miraculo omnium hominum captum excedente assumpturo, nosque per sui ipsius victimam redempturo, perfici voluit. Cum igitur Deus omnia fere mediate agat, non quod immediate agere non

7<sup>r</sup> non potest, || sed nolle videatur: quid quæso impietatis erit, abserere  
 ipsum hunc inferiorem mundum per superiorem magna ex parte re-  
 gere et gubernare? ita tamen ut causæ secundæ a prima, cum libitum  
 fuerit, facile everti possint. Apparet itaque, quam inique ordinationi et  
 5 providentiæ diuinæ contradicant, qui astrorum nullam esse abserunt  
 in hæc inferiora influentiam.

Nec minus in manifestam experientiam peccant, cui contradicere  
 non est hominis sano iudicio præditi. Quis enim non animaduertit,  
 diuersitatem qualitatum in quatuor anni temporibus ex Solis acceßu  
 10 et receßu ac ordinario per Zodiaci dodecatemoria transitu causari? Sic  
 videmus, crescente Luna, omnia quæ eius naturæ analogæ sunt, ut  
 cerebrum in animantibus, medullas obium et arborum, cancrorum et  
 concharum carnes, multaque alia una crescere, ipsa vero decrecente,  
 hæc eadem imminui. Imo et vastissimi illius Oceani fluxus atque re-  
 15 fluxus, motui Lunari, quasi per catenam alligatus est, ut statim oriente  
 Luna incipiat mare fluere, donec ipsa medium cæli cardinem attigerit:  
 quo tempore idipsum in occasum usque Lunæ refluit, eandemque vi-  
 cissitudinem Luna per inferius hemisphærium transeunte seruat: adeo  
 ut mare semper se versus Lunam, tanquam suum magnetem attollat.  
 20 Hæc tamen omnia fortius et efficacius, cum Luna Soli in nouilunio  
 conjungitur, aut eidem in plenilunio diametraliter opponitur, circa  
 medias vero quadraturas debilius et lentius operatur, ut non sit du-  
 bium, ab utroque motu Lunæ, tam diurno, quam proprio, pendere ad-  
 mirandam totius Oceani exæstuationem. Hæc et plurima his similia  
 25 etiam artis imperiti nonnunquam norunt. Sed et nautæ atque agricolæ  
 certarum fixarum ortus et occasus crebra experientia notarunt, vnde  
 anniversarias tempestates videre et præcavere possunt. Peritiores uero  
 et in hac abstrusa arte exercitati deprehenderunt, quid aliarum etiam  
 inerrantium stellarum mutæ, uel cum Luminaribus aut fixis con-  
 30 figurationes efficiant. Hincque æris constitutionem, in quatuor anni  
 temporibus, singulis annis varie affici obseruarunt. Sic animaduersum  
 est, Martis et Veneris commixtiones in aptis cæli locis excitare pluuias,  
 7<sup>v</sup> imbres, nonnunquam uero || fulminantia tonitrua: Jouem et Mercu-  
 rium, ubi fortiter configurantur, ventorum et tempestatum significa-  
 35 tiones obtinere: Solem Saturno permixtum aërem efficere turbidum,  
 frigidum, et inamænum: hæcque præsertim, si in evidentes Lumina-  
 rium sizigias, aut cum ex ortu illustrium fixarum hæc uel similes con-  
 stitutiones inciderint. Sic inde a vetustissimis rei rusticæ scriptoribus,  
 poëtis, et ipsis etiam Astrologis obseruatum est, ortus et occasus præ-  
 40 cipuarum quarundam cum Sole fixarum stellarum, nunc pluuias, nunc  
 ventos, tempestatesque sonoras, aliasque mutationes in aëre efficere, id-  
 que potissimum, si in Luminarium quatuor euidentes sizigias, aut etiam  
 20\* intermedia

intermedia octogonica loca hi stellarum ortus et occasus inciderint: stimulantibus etiam aut effectum impredientibus, Planetarum vna tunc temporis, vel ad se invicem, uel ad easdem fixas varijs commixtionibus. Ideoque non necessarium erit, earundem stellarum singulis annis ortus et occasus, similes statis temporibus producere effectus. Quod quibusdam responsum volumus, qui ex eo quod Pleiadum et Hyadum, similibusque humectantium stellarum exortus non singulis annis, certis temporibus, humiditates inducat, Astrologicas praedictiones impugnant: cum haec earum erga Solem habitudines, non semper a Luminarium evidentibus configurationibus, aut similibus Planetarum commixtionibus in effectum stimulentur. Habent se enim stellae fixae in caelo veluti matres, quae nisi a septem errantibus stellis stimulentur et impregnentur, steriles sunt, et nihil uel admodum parum in hac inferiori natura progignunt. Quam saepe observatum est, Eclipses Luminarium, praesertim Solares aut euidentes Lunares, nunquam caruisse insigni aliquo eventuum effectu, praesertim in ijs horizontibus, ubi angulares extiterunt, uel alias appropriatam aliquam analogiam habuerunt. Magnas etiam ponderosiorum Planetarum conjunctiones, ingentes mutationes in hoc inferiori mundo efficere, experientia saepe docuit. Sic anno M.D.LXIII, cum magna contigisset Saturni et Jouis combinatio, in initio Leonis partiliter, juxta stellas nebulosas Cancri, quas Ptolomaeus suffocantes et pestilentes vocauit, nonne sequentibus aliquot annis || uniuersalis per totam Europam graebatur pestis, et innumerabilem hominum multitudinem absorbens, astrorum influentiam nimis certo eventu comprobauit?

Sed nimis longum foret omnia exempla experientiae Astrologicae recensere, quae Indies veri et diligentes artifices observant. Haec igitur ad generalem influentiam Astrorum in hunc inferiorem mundum, et in aëris mutationis comprobationem, sufficienter hoc loco dicta sint. Nunc uero alius scrupulus nobis restat enucleandus: caelum uidelicet & caelestia corpora non solum in subiectum aëra atque elementa, sed in ipsum etiam hominem diuersimode influere. Id enim plerique, quamvis priora, manifesta experientia convicti, concedant, nequaquam admittunt, et hominem siderum efficaciae non esse subditum, suis quibusdam ducti rationibus contendunt. At nos e contra ostendemus, caelum non solum in aëra, sed in ipsum quoque hominem agere. Cum enim homo ex elementis constet, et e terra plasmatus sit, necesse est, ut easdem conditiones subeat, quas obtinent res, e quibus constat. Praeterea aër ipse, quem haurimus, et ex quo non minus quam cibo et potu alimur, cum varie afficiatur a caeli influentia, ut prius demonstraui-  
mus, necesse est nos unâ diuersimode affici: ut interea taceam id, quod omnium intellectui non penitus est obuium, hominem ex ipso caelo occulta

occulta quadam ratione plus viuere et nutriri, quam vel aëre, uel aqua, vllisue alijs his inferioribus ac elementaribus rebus, et incredibilem cum cognatis astris obtinere confluentiam, ut non immerito animas nostras partem esse ipsius cœli, veteres philosophi, inter quos etiam

5 Hypparchus, teste Plinio, dixerint. Tota insuper humani corporis structura ita est cœlo, proprietatibus septem errantium stellarum analogâ, vt similes fere operationes hæc in corpore nostro cum Planetarum in cœlis natura fortiantur. Sic Cor in humano corpore, vitalium spirituum autor, Soli cœlesti, a quo mundo vivificus procedit calor, æquiparatur.

10 Sic Cerebrum in homine Lunæ cœlesti abimilatur, et ad ipsius crescentiam, uel decreascentiam, ipsum etiam augetur || et minuitur, humidamque Lunæ naturam æmulatur, atque una cum Lunâ perpetuæ irrequietudini est obnoxium. Quemadmodum vero Cor et Cerebrum

8<sup>v</sup> duo maxima in corpore nostro sunt membra: sic etiam Sol et Luna, 15 quibus hæc sunt analogâ, potiora sunt in cœlo Luminaria. Et veluti inter Cor et Cerebrum præcipua intercedit familiaritas, sic etiam inter Solem et Lunam in ipso cœlo multiplex societas: adeo quod Luna non nisi a Sole suum fortiatum lumen, et ejus motus ad Solis cursum adeo fit alligatus, ut circulorum suorum reuolutiones respectu metæ Solaris

20 cursus perpetuo absoluat. Post hæc duo principaliora in corpore nostro membra, alia duo minus quidem principalia, sed admodum vtilia existunt, Iecur videlicet et Renes, quæ duobus beneficis et vtilibus, non tamen ita ut Sol et Luna, principalibus Planetis, abimilantur. Epar quidem, quod officina est sanguinis, in quo cum vita consistat, sanguineo et vitali Planetæ Joui est similitum. Renes autem, quæ generationi deputatis membris vires largiuntur, Veneri, prolifico Planetæ et generationum matri abimilantur. Duo insuper alia corporis nostri, non solum respectu Cordis et Cerebri, minus principalia, sed etiam quo ad cœtera vilioribus officijs destinata membra, Splen et Fel, duobus etiam vilioribus et minus benevolis Planetis, Saturno et Marti alligantur: ea ratione, ut Splen, quod atræ bilis est receptaculum, Saturno melancholici humoris præsidi, Fel autem coleræ domicilium, Marti colerico & iracundo Planetæ deputentur. Restat nunc Pulmo, qui mutabilis illius et vagabundi Mercurij vicem gerens, perpetua

35 agitatione in corpore nostro movetur, et spiritum aërium suo motu attrahens, cordis refocillationi impertit: non aliter quam Mercurius in cœlo ventosus et aërius Planeta censetur, semperque Soli præsto est, ejusque mandata, nunc hac, nunc illac discurrens, exequitur. Pulmo insuper loquelæ ac voci inseruit, non secus ac Mercurius munus facundi

40 oratoris ac loquelæ præsidis inter cœteros Planetas obtinere perhibetur. Cum itaque tanta sit analogia inter septem Planetas, et inter septem principalia membra in hominis corpore, adeoque sibi omnia consentiant,

ant, ut quasi ad ideam superioris mundi formatus esse videatur homo, ideoque non immerito a philosophis Microcosmos appelletur: quis vnquam sanæ mentis negare poterit, cœlestia corpora in humana, quibus tanta officiorum simili-||tudine deuincta sint, influere? 9r

Vnde etiam experientia edocti compertum habemus, eos qui nascuntur, cum Luna a maleficis Planetis afficitur, aliasque infeliciter collocatur, cerebro minus esse robusto, et plurimis eius passionibus obnoxios, adeo ut si Mercurius unâ male afficiatur, Lunamque non aspiciat, plane stupidos, qui sic eduntur, effici. Videmus etiam eos, qui Lunaribus ægritudinibus, caduco et huius speciebus afficiuntur, eos vehementiores et crebriores paroxifmos circa nouilunia, plenilunia et intermedias quadraturas experiri: plurimos etiam, non nisi circa hæc tempora mutationum Lunarium, male affici. Sic etiam hydropici ex salium in corpore resolutione, quibus Luna non minus quam mari præest, grauissime semper circa plenilunia torquentur, eo quod resolutio illa, cum Luna plena, iam in plenum statum adaucta sit: ideoque omnes fere hydropici circa plenilunia moriuntur. Obseruatum etiam est, eos quibus Sol a Saturno uel Marte læditur, crebra cordis palpitatione et debilitate laborare: si uero ambo Luminaria aphæticam et vitalem prærogatiuam sortita, tum etiam ascendens male se habeat, eos qui sic nascuntur imbecilliori valetudine vexari, et minus vitales esse. Atque hoc modo etiam in cœteris Planetis, eorumque significatis experiri licet, ea se in homine eodem modo habere, quemadmodum et hi in genetliaca constitutione bene uel male affecti erant. 5 10 15 20

Videmus etiam in singulis hominibus magnam naturarum diuersitatem. Nonnullos altas res et a vulgi captu remotas solitarie scrutari, quos Saturni altissimum sydus feliciter finxit: quosdam judicialibus et politicis negocijs magis affici, quibus Iouialis affulfit splendor. Nonnullos nil nisi bella, cædes, tumultus et rixas spirare, quos Martius exagitat feruor. Alios honores, dignitates rerumque dominia, Solari ambitiosa influenza affectare. Sunt qui ætatem amoribus, delectationibus, musica, alijsque jucundis delicijs peragant, quos blanda Veneris fascinat stella. Alij artibus ingeniosis exercendis, vel etiam mercaturæ se totos dedunt, qui a Mercurij stimulantur sidere. Quidam Lunaris naturæ influentiam sortiti, popularibus rebus, peregrinationibus, nauigijs, piscaturis et similibus ætatis cursum absoluunt. || Atque hoc modo magna varietas ingeniorum, ad similitudinem influxuum septem errantium stellarum perspici potest: quamuis plurimi ex diuersis horum Planetarum commixtionibus affecti, varia etiam sectentur studiorum genera, & diuerso ætatis tempore, nunc his, nunc alijs negocijs occupentur, prout tunc temporis huius uel alterius Planetæ radijs, per progressionem occultas, magis minusue subijciuntur. Hasque varietates, etiam 25 30 35 40

etiam in ipsis fratribus, iisdem parentibus, eodem in loco editis, & similiter educatis, cernere licet, adeo ut fratres natura et moribus sæpiissime plus fere dissideant, quam vlli alij. Harum vero et similibus diuersitatum rationes, nusquam melius quam ab Astrologia naturaliter peti possunt: quamuis non inficior, ab inferioribus etiam causis, ut educatione, institutione, conversatione, peregrinatione et similibus, hæc quodammodo alterari. Plurima hoc loco recensere possem genetliaca axiomata, quorum euentus rarissime frustratur: sed non est huius loci, de tam abstrusæ artis ratis experimentis verba facere. Id saltem conclusionis loco addere uolo, etiam si nihil præterea esset, quod genetliacarum prædictionum certitudinem comprobare posset: sola directionum euidentis experientia id manifeste efficiet, modo eæ rite per omnia, quod tamen adhuc paucissimis perspectum est, administrantur. Per directiones enim significatorum ad suos promissores, Genetliaci tempora ipsa præfinire possunt, quibus nato euidentis aliquod accidens, respondente ut plurimum certo euentu, impendat. Rarissime enim fit, ut cum luminaria et ascendens Martijs aut Saturninis alijsue maleuolis per directionem obuiarint locis et radijs, quin corpus valetudinemque ipsius nati, pro natura obuiantis radij, sensibilibus afficiant: interdum uero vitam penitus abrumpant, si admodum fortis fuerit anaretæ ad aphætam cursus. Cumque tempora horum accidentium per supputationem artificialem certo præfiniri possint, et sæpiissime ab Astrologis, subsequente certo effectu, prædicta sint, certiusque adhuc prædici possint, si de exquisitis siderum motibus, ut in hoc negotio opus est, admodum constaret: quis manifestæ experientię non contradicens, astrorum esse in nos influentiam, eamque ex genetliaca constitutione prævideri posse, ibi inficias? Hæc quamuis ita sint, non defuere tamen semper inter viros aliās eruditos, licet huius occultissimæ scientię ignaros, qui partim Theologicis, partim Philosophicis rationibus, astra in hominem nihil influere, || astruere conati sunt. Philosophi Astrologiam inter cœteras artes non esse numerandam contendunt, eo quod certis et euidentibus careat principijs. Impossibile etiam esse ajunt, natalicij temporis verum momentum scire, et ab eo frustra ad conceptionis tempus recurrere Astrologos, cum hoc ipsum longe magis sit incertum. Adferunt insuper argumenta, ut illis videtur, arti contraria, quod multi uno tempore nascantur, quorum fors et in vita euentus est diuersimodus. Quod gemelli ex iisdem parentibus, eodem fere tempore nati, diuersissimam sæpenumero sortiantur fortunam: quod plurimi in bello et pestilentia, alijsque vniuersalibus calamitatibus simul moriantur, quorum genesis nequaquam idem mortis genus significare potuerit: quod præter hæc inutilis sit futurorum ex astris cognitio, quamuis possibilis esset, hoc argumento contendunt: quod aut bona aut mala prædicant

prædicant Astrologi. Si bona, tota voluptas, quæ ex eventu percipi  
 debebat, per prævisionem iamdudum perijt: sin mala, ante ipsum  
 euentum continue cruciari hominem, qui metus sæpenumero ipso  
 malo peior est. Hæc est summa præcipuorum argumentorum, quæ  
 Philosophi contra genetliacas prædictiones adducunt. Theologi uero 5  
 hæc eadem confirmantes, insuper addunt, hanc artem esse verbo Dei  
 prohibitam, eamque tanquam impiam, & a Dei cognitione homines  
 abducentem, ac contra bonos mores facientem, proclamant. Verum  
 vtrique, tam Theologi quam Philosophi, de re non penitus perspecta  
 iudicium ferunt. Nam quod Philosophi obijciunt, Astrologiam certis 10  
 carere principijs, fatemur quidem principia et axiomata huius artis,  
 non usque adeo esse intellectui obuia, quemadmodum Geometriæ et  
 aliarum Mathematicarum scientiarum, nec Astronomicæ certitudini  
 comparari posse prædictiones Astrologicas, eo quod siderum influencia  
 non ita sensibus incurrat, quemadmodum eorum motus: nihilominus 15  
 tamen æque certum est, astrorum esse in hæc inferiora influxum, at-  
 que euidenter apparet, illa certo tramite moueri: quamuis facilius  
 contingat hallucinari in effectu præuidendo, quam in motu depre-  
 hendendo: quemadmodum res sensibus externis perceptibiles certius  
 comprehenduntur, quam illæ, quæ a solo intellectu percipi possunt. 20  
 Astrologia igitur a posteriori, hoc est ab ipsa experientia, sua sortitur  
 principia, et a multis particularibus rarius fallentibus obseruationibus  
 vniuersales constituit conclusiones: non aliter quam in arte medica  
 fieri a bolet, quæ ab ipsa experientia herbarum et mineralium virtutes  
 inquiri, et ex multis particularibus obseruationibus, || deinde de eorum 10  
 naturis et efficacia uniuersale promit iudicium. Eadem itaque ratione  
 Astrologia non minus quam Medicina inter phyficas artes iure merito-  
 que numerari potest. Impossibilitatem uero, quam adducunt ex incog-  
 nito natiuitatis et conceptionis tempore, nullam et friuolam esse, hinc  
 facile patet. Quamuis enim de certo momento, quo homo in lucem 30  
 edatur, varijs de causis ambigatur: nihilominus Astrologi verum mo-  
 mentum ex accidentibus in vita, cum natus adoleuerit, contingentibus,  
 ita certo colligere possunt, ut etiamsi plus integra hora falsum sit judi-  
 catum tempus, tamen hac ratione in certi propemodum momenti cog-  
 nitionem pervenire possint. Nec ad conceptionis tempus propterea, ut 35  
 illi existimant, recurrunt Astrologi, quod illud certius quam natalicium,  
 atque eo melius per siderum constitutionem futura prævideri posse  
 existiment, sed saltem, ut locum Lunæ (retro numerando partus in  
 vtero moram) tempore conceptionis faciant in partu ascendentem, at-  
 que ex loco Lunæ, qui tunc existit, iuxta doctrinam antiqui illius Her- 40  
 metis ascendentis gradum in natiuitate verificari possint: quam tamen  
 horoscopi emendationem nulli Astrologorum, tanquam omnino cer-  
 tam



tam et ratam habent, sed saltem vero proximam, eaque plerique utuntur, cum natus ad ætatem non peruenerit, et ab euentibus in vita ac præteritis casibus natalicium tempus priori illo et certiori modo verificari nequeat. Apparet itaque, quam inique, in certo natiuitatis tempore sciendo, obijciant aduerfarij Astrologis, et quam falso eos a natalitio ad conceptionis tempus recurrere arguant: cum ipse Ptolomæus aßerat, conceptionis constitutionem non significare, etiamfi sciri poßit, vltorius quam, quamdiu in vtero moratur foetus, inde uero natalicium tempus usque ad finem vitæ suas vires exercere. De ijs, qui in bello et pestilentia, alijsque uniuerfalibus calamitatibus simul moriuntur, respondetur, eorum mortes non ex particulari genesis constitutione, sed ex uniuerfali fato procedere, quod vim derogat particulari, et externam etiam violentiam plurima efficere, quæ in Astris non erant prædisposita: Vnde Astrologi cauti excipiunt in suis prædictionibus vniuerfales calamitates, ut pestes, terræmotus, inundationes, bella, mutationes legum et Reip. atque his similes generales calamitates, quæ ab uniuerfali fato procedunt, quod cum fortius sit particulari, neceße est, ut suas vires latius exerat, et particulare vincat. Quod uero de ijs infuper afferunt, qui uno tempore nati, diuerfa sortiuntur fata, sciunt, Astrologos non aßerere, cœlum in omnes || uno eodemque tempore editos, uno eodemque modo agere, sed pro diuerfitate subiecti, diuersimode cœli influxus variari: sæpenumero etiam astrorum influentiam, pro varia educationis, disciplinæ, conuersationis et similium in vita mutationum diuerfa ratione varie transplantari, tum etiam liberam hominis voluntatem nequaquam esse astris subditam, sed per hanc, ductu rationis, hominem citra astrorum influentiam, si uolet, plurima posse efficere. Non enim volunt Astrologi, omnes homines eodem modo neceßario recipere astrorum influxus, sed quosdam magis, quosdam minus, pro ut seipfos ad recipiendum aptos, uel ab his immunes reddiderint. Eodem modo de gemellis responderi potest. Nam et in his, multas ob causas, tum inferioris naturæ, tum liberi arbitrij diuersimode alterantur astrorum influxus. Quin et rarissime fieri potest, ut unum habeant gemelli ascendens: quapropter aphætarum et anaretarum etiam diuerfa erunt interualla, nec eadem erit in vtrisque siderum influenza: unde non neceßarium erit, eos uno eodemque tempore ægrotare, aut etiam mori. Adde quod ex ipsa etiam generatione debilior semper sit natura unius, quam alterius, eo quod duo simul æque fortes vix nasci poßint, cum virtus dispersa imbecillior sit, seipsa vnita. Hanc uero subiecti debilitatem astra non corrigunt. Unde æqualiter in ambos gemellos, eodem etiam, si fieri poßet, tempore editos, cum æqualiter astrorum vires non recipiant, non agunt: ut interea nihil dicam de occulta illa ratione, quam aliqui Astrologorum crebra obseruatione didicerunt, tertium ab horoscopo

scopo signum esse secundi gemelli quasi ascendens. Vnde in utrisque  
 tota cœli constitutio, ejusque influentia diuersimode variatur. Quod  
 uero Theologi hoc loco de Esau et Jacob toties inculcant, quamvis ad  
 id eodem modo naturaliter responderi possit, quemadmodum de omni-  
 bus gemellis nunc diximus: tamen reuera ad hanc physicam considera- 5  
 tionem illud exemplum non pertinet, sed potius ad arcanum Dei con-  
 filium referendum est, cui tota natura, tanquam suo creatori obtem-  
 perat. Sic enim Deus de illis protulit: *Jacob dilexi, Esau vero odio †*  
*habui.* Quis autem astrologorum, etiam inter Ethnicos, adeo unquam  
 fuit impius et temerarius, quin concederet, Deum uniuersitatis au- 10  
 torem libere agere, amare et odiſſe, quem uolet, quomodocunque na-  
 turæ fata eſſent prædiſpoſita? Aliâs enim Deus per naturam a se con-  
 ditam ſuæ uoluntati frenum inieciſſet, et ſeipſum, quod abſurdum eſt  
 cogitare, captiuâſſet. Quapropter etſi Deus Jacob plus quam Esau di-  
 lexit & ad ſplendidiorem in uita fortunam euexit: non idcirco aſtrorum 15  
 decreta euertuntur, ſi hanc diuerſitatem eorum fortunæ, non ab aſtris  
 penitus, ſed peculiari Dei conſilio, || immediate profectum eſſe conce- 11 v  
 damus, quod et plerisque alijs ſingulari Dei uoluntate evenire non  
 ambigitur. Ad illud inſuper, quod Theologi de prohibitis in lege Mo-  
 ſaica prædiſpoſitionibus Astrologicis afferunt, ſic reſpondemus: Nequa- 20  
 quam in eo loco taxari ueros Astrologicæ artis uſus, ſed ariolorum,  
 aruſpicum, necromanticorum, pythoniſarum, ſortilegorum, incanta-  
 torum, et id generis ſuperſtiorum diuinatorum uanitates: reprehendi  
 etiam eos, qui ſub Astrologiæ prætextu artes ſortilegas et incertas, ut  
 multi noſtro æuo faciunt, uenditarunt. Nequaquam uero inde inferri 25  
 poteſt, nullam eſſe ſtellarum influentiam, et hanc ab hominibus non  
 obſeruandam: alias Moſes ſibi ipſi fuiſſet contrarius, qui ſtatim ab  
 initio aſeruit, ſidera eſſe in ſigna condita, ut iam antea diximus. Ea  
 uero, quæ in rerum natura condita ſunt, propter hominem, ut ſe in  
 illis exercent et delectentur, condita eſſe, quis ire poteſt inſicias? Neque 30  
 illud Jeremiæ dictum evertit, ſed potius confirmat prædiſpoſitiones. Non  
 enim ait Jeremias, cœlum et cœleſtia corpora nihil ſignificare, ſed  
 ſigna illa pijs hominibus non eſſe timenda, uerum in Deo ipſo penitus  
 ſperandum, qui aſtrorum infelicia decreta auferre uel lenire poſſit.  
 Eodem modo recte aliquis diceret: Non eſſe Chriſtianis a Turcis uel 35  
 Tyrannis timendum. Nec ideo ſequitur, Turcam et Tyrannos Chriſti-  
 anis aliquatenus nocere non poſſe, uerum id ſaltem inde inferitur, non  
 eſſe timendos eos, qui corpus occidere poſſunt, in animam uero nul-  
 lam habent poteſtatem. Adducunt inſuper Theologi illud Eſaiæ: *Stent*  
*et ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſidera, et ſupputa- 40*  
*bant menſes, ut ex ijs annuncient uentura tibi.* Eo in loco taxatur  
 abuſus artis & Chaldeorum ſuperſtitio, qui confidebant in ſuos impios  
 diuinatores

diuinatores et populum Dei captiuum in exilio Babilonico extra om-  
 nem misericordiam inhumaniter tractarunt, sperantes ex falsis præ-  
 dictionibus suorum ariolorum sibi perpetuam felicitatem polliceri, quo  
 semper in subactos Iudeos sæuire pro libidine poßent: non confide-  
 5 rantes, Deum saltem ad tempus suum populum ob idololatriam et alia  
 delicta sub eorum jugum tradidiße, et tandem hunc liberaturum eorum-  
 que crudelitatem, quantumcunque fiderent plausibilibus suorum ario-  
 rorum prædictionibus, vindicaturum. Hanc esse genuinam dicti Esaiæ  
 sententiam, ex ipso orationis contextu liquido patet. Nequaquam dicit,  
 10 astra nihil significare, sed vanam confidentiam Chaldeorum in præ-  
 dictiones illas fauorabiles, resistente et aduerso Deo, damnat. Atque  
 12 hinc discimus, nullas causas secundas et physicas nobis || opem ferre  
 posse, cum est auersa Dei mens. Ipse itaque solus placandus, non ex-  
 pectanda salus a creatura, quæ Deo nolente nihil operatur. Sic repre-  
 15 henditur in sacris literis Rex Asa, quod dolore pedum ægrotans, non  
 posuit spem in domino, sed in ope medicorum: nec propterea medicina  
 eo in loco reprehenditur, sed saltem nimia confidentia in res creatas,  
 neglecto ipso creatore. Obijciunt insuper Theologiæ professores, quod  
 si malæ inclinationes essent ex astris, Deus, qui astra condidit, autor  
 20 peccati iniuste censeretur. At hi non considerant, Astrologos non allig-  
 gare hominis voluntatem astris, sed concedere esse in homine aliquid,  
 quod sit supra omnia astra exaltatum: cuius beneficio quascunque  
 maleuolas siderum inclinationes, si iuxta verum et supramundanum  
 25 hominem viuere uolet, vincere poßit. At si brutalem vitam sequi rapi-  
 que cæcis affectibus, et cum creaturis potius fornicari eligat, Deus non  
 est censendus autor huius erroris, qui ipsum hominem ita condidit, ut  
 omnes maleuolas siderum inclinationes superare, si uolet, poßit. Vide-  
 ant itaque Theologiam profitentes, quo jure Astrologiam sacris literis  
 prohibitam, et Deo aduersam iudicent, non considerantes, connexio-  
 30 nem causarum a prima in vltimam mediate procedere, et comminatio-  
 nes ac promissiones diuinas non temporaneas et corporales in tantum  
 esse, sed potius animi in hac et æterna vita beatitudinem aut cruciatum  
 concernere. Alias hi soli pij et a Deo electi iudicarentur, quibus for-  
 tuna, quæ plerumque pessimis fauet, in hac vita abblandiretur: impij  
 35 uero & a Deo destituti, qui aduersa opprimerentur forte. Sunt itaque  
 duo diuersa, extraneas et temporaneas hominum fortunas, quæ ex  
 astris et alijs physicis causis mediate procedunt, scrutari: & internas  
 illas ac supra mundi huius visibilis horizontem exaltatas, quæ a solo  
 Deo immediate procedunt, fide apprehendere. His itaque consideratis,  
 40 nihil veræ pietati Astrologiam officere posse verisimile est, nec plus  
 quam medicorum consilia et prædictiones, quæ eodem modo physicæ  
 sunt, hominem a Dei legitimo cultu abducere. Fatemur quidem pluri-

mas superstitiones et abusus in hanc artem esse introductos, sed id arti minime vitio verti debet. Ita enim comparatum est, ut quo excellentior, quo sublimior aliqua sit scientia, eo facilius in abusum deueniat. Quid ipsa Theologia præstantius? quid diuinius? cum tamen hæc ipsa per maximam orbis partem inde ab initio plena superstitionum, abusuum, et hæresium fuerit. || Idemque in alijs facultatibus Medicina et Jurisprudencia cæterisque liberalibus exercitijs (quod dolendum) animaduertere licet: cum nulla harum sit, quin mendis et abufibus sit plus quam satis contaminata. Committunt etiam ipsi Astrologi in suis prædictionibus multa sæpenumero errata, quæ ipsorum, non artis culpa contingunt. Vitia enim et delicta artificum arti ipsi imputari proprie non debent, cumque difficillima sit Astrologiæ cognitio, et paucissimis datum, summis labris prima ejus exordia degustare, nedum penetralia introspicere, venia danda erit, si aliquando contigerit, huius artis studiosum a scopo aberrare, nec error ille in artis ignominiam cedere merito debet.

Restat ut ad id respondeamus, quod aduersarij tandem inferunt, inutilem esse astrorum præscientiam, eo quod, siue bona, siue mala prædixerint Astrologi, neutra præscire expediat. Id quidem ita se haberet, si necessario reciperemus astrorum influentiam, eamque non immutare vel corrigere liceret. Quod cum ita non sit, nec a quoquam saniore Astrologo prolatum, non solum non inutile est, sed maxime expedit, impendentia astrorum decreta præscire, vt si bona fuerint, non insolenti animo inopinatum felicitatem excipiamus, sin mala, ante eorum aduentum nos præmunire, ac ea præcauere posimus. Vere igitur dixit autor Centiloquij, quod Ptolomæo attribuitur: *Potest, qui sciens est, multos astrorum effectus corrigere, seque ante illorum aduentum præparare.* Hæc ille. Quapropter etiam plurimi ignorantes sibi ab astris impendentia naturaliter fata, non solum ea auertere nesciunt, sed cæci in sua ruunt infortunia, et astrorum maleuolam significationem potius adaugent, quam quod eam mitigare, uel penitus evitare norint. In prosperis uero et ex voto succedentibus rebus, cum ex inopinato sine ulla præuisione illis contingant, tanta animi insolentia efferuntur, ut sæpenumero ob id ipsa sors benigna ex improuiso illis alludens, mox inauspicata reddatur. Neque enim frustra sic cecinit Maro:

*Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,  
Et seruare modum, rebus elata secundis.*

At nimis friuola sunt hæc, quæ a quibusdam philosophastris in hunc modum adducuntur, & Medicina aliæque physicæ artes, ipsaque Œconomia, et Agricultura, Arsque nautica (ut de pluribus non dicam) contrarium ostendunt. In Medicinâ certe, si morbi natura et specifica qualitas,



se sub nomine Mathematicorum et Astrologicorum venditabant (siquidem ex his oris hæ sublimes disciplinæ olim prodierint), || ut specioso 13v  
 prætextu lucrum (uti fit) facerent, et incautos deciperent. Nam veras  
 illas et genuinas Mathematicum scientias non detestatos esse hos LL. la- 5  
 tores, inde patet, quod Geometras et calculatores (sic enim Arithmeti-  
 cos vocant) alibi in pretio habeant, atque illis salaria numeranda sen-  
 tiant, & immunitate officiorum publicorum donandos. Quod autem  
 ita se res habeat, uel inde patet, quod alibi sic scriptum inueniatur:  
*Artem Geometriæ discere atque exercere publice interest, ars  
 autem Mathematica damnabilis est et interdicta omnino.* L. 2. C. 10  
 de Malef. et Mathematicis. Ex quibus liquet, eos, qui has leges condi-  
 derunt, non intellexisse Geometriam esse primam et præcipuam Ma-  
 thematum partem, unde reliquæ ferme omnes originem trahunt, ideo-  
 que admodum imprudenter Mathesin, quæ generalior est, a Geometria  
 sua specie semouisse. Aliud igitur quid per Mathematicas artes tunc in- 15  
 tellexerunt, quam hodie receptum est, et verus sensus exposcit, prout  
 antea monui. Sed sit, quicquid velit, nihil nos moratur, quid Romani  
 in suis forensibus legibus de tam sublimibus, et illis vixdum (quod et  
 Seneca suo æuo testatur) supremis labris degustatis scientijs pro au-  
 thoritate sua, qua omnibus, non saltem gentibus, sed et artibus impe- 20  
 rare affectarunt, deciderint. Nam et ijs tum forte adhuc illud Ouidi-  
 anum non multo minus, quam veteri vrbis Romæ conditori Romulo  
 competebat:

*Scilicet arma magis quam fidera Romule noras,  
 Curaque finitimos vincere major erat.*

†  
25

Sic et Philosophos et poëtas nonnunquam per imperitiam, pari im-  
 prudentiæ conjunctam, Ciuitate ejecerunt, quin et vxoribus proprijs  
 (licet ijs carere nequiuissent) interdum ciuitate leuiter interdixerunt,  
 et simili leuitate postea receperunt; ut a talibus, quascunque tandem 30  
 leges de rebus incognitis præ dominandi libidine et fastuoso arbitrio  
 fingant atque refingant, nihil de artibus excellentioribus, quæ Dei ex-  
 imia dona sunt, quod in earum neglectum cedat, pronuntiandum et  
 credendum merito veniat. Sed his omibis ad Medicinæ professores  
 transeamus: quorum etiam nonnulli Mathematica et imprimis Astro- 35  
 logiam insectantur: licet eorum primarius Antistes Hyppocrates id  
 ipsum non commiserit, qui vtraque in summo habuit pretio, et non  
 saltem Geometrica pro more Philosophorum eius ætatis egregie cal-  
 luerit, sed et astrologicas prædictiones suæ facultati convenienter et  
 cum fructu applicuerit: quod et multi alij post ipsum præstiterunt, et  
 plerique nostro etiam æuo non infeliciter imitati sunt. Mirum tamen 40  
 est, || nonnullos, inter quos famosus ille Eraustus, \* quicum Medicinam, 14r  
 quæ †

quæ physica quædam est cognitio, et ex naturæ inferioris investigatione dependet, cœlestia, unde hæc vires et mutationes suas sortitur, inconsiderate negligere. Verum cum Erastus iste erroribus aliâs non modicis, Etymologiæ nominis sui congruus, obnoxius fuerit, non est  
 5 quod ipsius uel ab illo seductorum præoccupatas et frivolas opiniones moremur, sicut plurimum obcæcante eum, cuius authoritati nimium fidebat, Aristotele. Siquidem is, ut erat ingenio ad contradictiones et aliorum probe inventorum perversiones procliui, quasi in id natus, Magni quoque illius Paracelsi traditiones, a se nunquam solide intel-  
 10 lectas, impugnare non intentatum reliquit; utut tam debilibus, quos admouit cuniculis, expugnare nequiuerit, et cometas quoque sublu- nares esse, pro suo Aristotele frivolis argumentis contenderit, ac multa- que alia, a verâ philosophiâ alienissîma, tanquam pro aris et focis pug- nans protulerit, et calami virulentiâ impetierit. At quorsum opus est,  
 15 Medicos Astrologiam negligentes refellere? cum nec morborum cri- ses, nec aliæ iudicationes uspiam rectius illis pateant, quam ab Astro- rum circuitu atque influxu: vt de mineralium et herbarum e terrâ evul- sionibus, et medicamentorum præparationibus, atque convenienti tempore administrationibus, atque alijs huc pertinentibus nihil dicam.  
 20 Id certe sine ulla dubitatione aßeuerare audeo, eos, qui sine cœlestium cognitione Medicinæ penetralia affectant, vix dimidium eius, quod scire oportuit, capere: siquidem Macrocosmum cum Microcosmo per eam, quæ illis intercedit, convenientem Analogiam conjungere nesciant.

Verum ut tandem dicam, id quod res exigit, neque a Theologiæ, ne-  
 25 que Philosophiæ, neque Jurisprudentiæ, neque Medicinæ profesori- bus, Artibus Mathematicis, aut plerisque eorum, adeo invisæ Astro- logiæ quidpiam impendat periculi. Siquidem maxima pars eorum, præsertim ij, qui vehementius has insectantur, eas quam maxime ig- norant, nec in tam sacra abdita unquam ingreßi sunt. Neque enim  
 30 iudicium de artibus ex eorum opinione sumendum est, qui eas igno- rant. Nam ut est in vsitato proverbio: *Nec futor ultra crepidam*, et *Ar- deam auem ob id vocis strepitu aquas culpæ aiunt, quia nare non didicerit*: est quidem quorundam præstantiorum ingeniorum hic mos,  
 14<sup>v</sup> ut, cum in nonnullis cognitionem quandam || uel experientiam aßeuti  
 35 fuerint, atque ob id auctoritatem apud quosdam promeriti, ut etiam de alijs rebus non intellectis, et ne quidem per transfennam inspectis, iudicium sibi arrogent. Quod quam temerarium sit, norunt illi, qui hæc, et rectius intelligunt, et in ijs verum a falso, partim diutino studio, par- tim crebra exercitatione discernere norunt. Verum illi hisce artibus, et  
 40 ei, de quâ locuti sumus, Astrologiæ præ cœteris periculosi sunt hostes, qui in ijs aliquandiu, nec obiter versati sunt, et postea desciscentes, eas oppugnant: qualis fuit superiori æuo Illustris ille Italorum Philosophus

in

in plurimis disciplinis ad miraculum eruditus Picus Comes Mirandulæ, qui ab ineunte ætate, uti in alijs Mathematicis scientijs ingeniose ver-  
 latus erat, sic etiam Astrologiæ, prout communiter tradebatur, Apo-  
 telefmata & præceptiones non perfunctorie calluerat. Tandem uero,  
 siue ob superstitiones & falsitates quorundam pseudastrologorum, siue 5  
 odio nonnullorum (uti putatur), qui ipsius coætanei erant, et non pla-  
 centia ipsi prædixerant, magnum volumen in tredecim libros digestum  
 contra Astrologiam vibrauit: in quo tamen, non tam artem ipsam, et  
 huius solidiora molimina quatit, quam Astrologorum imperitorum 10  
 supervacaneas et frivolas Nænias prodit, quas nemo secretiori et veri-  
 ori Astrologiæ addictus unquam probarit. Si sic agere liceat, et ob id  
 artes culpandæ sint, quoniam illi, qui eas profitentur, uel minus periti  
 fuerint, uel illis forte abutantur, iam nihil certi et solidi restabit, vel in  
 Theologiæ, vel Jurisprudentiæ, vel Medicinæ, uel totius denique Phi-  
 losophiæ tractatione: imo in omnibus his ita ferme comparatum est, 15  
 ut quæ ab hominibus de ijs communiter tradita atque recepta sunt,  
 quam minimi sint ponderis: illa uero, quæ veritatis nucleum attingant,  
 paucissimis nota in abscondito lateant. Quin et eo licentiæ devenit dic-  
 tus Comes Mirandulanus, ut non solum Astrologica (quæ cum Phy-  
 sica & Mantica sint, atque pro subiectæ materiæ fluxibilitate varie al- 20  
 terari queant, facile in controuersiam veniunt), sed et Astronomica,  
 adeoque mutationem maximæ obliquitatis Ecclipticæ a veterum tem-  
 poribus hucusque factam in dubium vocare non sit veritus: cum tamen  
 ea tam ab Hipparcho quam Ptolomæo maiori præcisione, quam fert  
 sexagesima vnus gradus portio, consentiente indagine, denotata sit, 25  
 nostro autem tempore omnino tertiâ gradus parte minor quam illorum  
 inventioprehendatur. Nec in re tam perspicua, et obseruationi facile  
 patente temere movenda erat hæsitatio. Quid igitur de cæteris, sensi-  
 bus non adeo obuijs, nec ita demonstrabilibus statuendum erit, et quam 15+  
 in his fidem ejus merebuntur contradictiones, siquæ ipsam artem, non 30  
 autem ejus abusum attigerint? Quin etsi indubitatum fuerit, id quod  
 in Italorum quorundam scriptis reperitur, non opus erit, huius Pici  
 contra Astrologos argumentationes aliunde, quam ex proprio in ipsum  
 edito experimento, refellere: vtut Lucius Belantius, erudito volumine  
 contra ipsius obiectiones vicissim edito, id admodum solerter præsti- 35  
 terit. Aiunt enim pro certo Italici quidam scriptores, inter quos est  
 Lucas Gauricus, Episcopus Geoponensis appellatus, et ob Astrologiæ  
 professionem clarus, eidem Pico tres præstantes in Italia Astrologos  
 annum ætatis 33 fatalem, ex directione Horoscopi ipsius Aphetæ ad  
 corpus ♂ anaretæ: quod et in Genetliaco ipsius Themate (modo id 40  
 quod circumfertur, verum sit) satis quadrat. Et quamuis idem Picus †  
 hanc prædictionem amoliri, atque irritam reddere, quantum in ipso  
 erat,



erat, laborarit, adeo ut se in cœnobium quoddam circa idem ætatis tempus abdidiße dicatur, nihilominus eodem anno, quo prædictum fuerat, fatis conceßit, ut sic in proprio corpore, adeoque vitâ ipsâ Astrologiæ certitudinem expertus fuerit, quam ingenio et calamo labefactare nitebatur. Plurima ejusmodi exempla in promptu sunt, ubi prædictiones solertium et crebrâ experienciâ informatorum Astrologorum prædictiones non irritos habuere euentus: licet non diffitear, quam plurimos etiam, qui se pro talibus venditant, imo crebrius quam cœteros, falsa pro veris vaticinari: quod tamen non Arti tam abstrusæ, et si rite exerceatur, atque intra suos terminos cohibeatur, non ita vitiosæ, atque communiter habetur, imputandum merito venit, sed potius ijs, qui ea non rite & circumspecte vtuntur. Imo addam, & pro his, qui nonnunquam aberrant (ne id arti tribuatur), quiddam, quod Paradoxicum forte haberi potest: eos, qui semel atque iterum, uel aliquoties certi aliquid, quoad temporum et euentuum circumstantias, ita ut hinc, et non aliunde id prævisum et eueniße constat, prædixerint, plus probare, Astrologiam non parum veritatis habere, quam si illi ipsi, vel etiam alij multo sæpius falsa rursus vaticinati fuerint: veluti (ut exemplo quodam id palam reddamus), si quis Medicinam exercens in morbi certo quodam genere rata quædam habuerit experimenta, quæ illi malo ut plurimum || succurrant, in alijs uero nihil eiusmodi ita certo compererit, et nihilominus quosuis morbos ad se delatos curare præsumferit, is cer[te] dum id genus, in quo euidens aliquod medicamentum, indubitat[â] experienciâ comprobatum, applicando pro majori parte profligat, Medicinæ aliquam Artem esse, eandemque veracem, plus probat, qua[m] si in alijs affectibus, vbi remedia per ignorantiam adhibet & [lon]ge sæpius fallatur, eandem vituperio exponit. Verum enimvero hæc et multo plura, quæ pro Astrologiâ contra eius oppugnatores defensionis causa adferri possunt, non est, quod quispiam existimet, me propterea in medium protuliße, quod huic vati[ci]natrici præ cœteris philosophiæ partibus plurimum tribuam, au[t] eam studiosis Adolescentibus impensius commendatam velim, sed quia illa præ cœteris Mathematicum membris (nam et hæc ob Astronomiæ, unde dependet, affinitatem, utut pro maiori parte physica sit, referenda venit) ab eruditis alias viris maxime in dubium vocetur, atque illi ferme ubique contradicatur, eius patrocinium aliquatenus suscipiendum existimaui, prout etiam superius innuj. Neque etiam sentio, hanc esse ex ijs artibus, quæ publice doceri debeant, atque omnibus sine discrimine communicari, sed potius cum delectu quodam ingeniorum sobrie et parce administrandam censeo. || Neque enim nos nimis curiosos esse oportet in ijs præfertim doctrinis, quæ demonstrationi ratæ minus patent, sed inextricabiles anfractus & Labyrinthos subinde insinuant neque

que nimis alte sapiendo veri bonique naufragium faciamus. Quare circumſpecte admodum & moderate talia ſunt tractanda. Atque hoc de propoſita materia in præſentiarum dixiſſe ſufficiat. ||

## HÆC POST ORATIONEM SUB- IUNGENDA.

17<sup>r</sup>

5

**I**NTEREA dum ſic perorarem integra hora, omnium qui aderant in me intentis oculis, accidit, ut cum ad illum locum ueniſſem, ubi Theologorum argumenta contra Aſtologos diluo, omnes ſtudioſi conuerſa facie in erudiſſimum illum & de literis præclare meritum D. Nicolaum Hemmingium, qui una aderat, tanquam cœterorum Profeſſorum antefignanus, ipſum intuerentur. Is uero, quod conſcius eſet, ſe eiuſcemodi argumenta iſdem ſtudioſis contra Aſtologiam dictaſſe, & poſtmodum Commentarijs ſuis ad Paulinas epistoſas inſerta publi- 10 caſſe, quæ tamen pro maiori parte e Caluini libello contra Aſtologos deſumpta videntur, baretrum, quod in capite habuit, aliquantulum ſub- 15 ridendo ſubduxit, ut ego neminem nominarem, ſed ſaltem in genere dicerem, talia obijcere Theologiæ Profeſſores.

Exiſtimo autem ipſius & aliorum argumentis in hac oratiuncula ſatis obuiatum eſſe, et quantum ad Caluini eruditum alias libellum attinet, quem contra Aſtologos uibrauit, is non tam contra eos, quam pro illis 20 facit, uel ipſo autore, alias ſatis perſpicaci & ingenioſo, ignorante. Dum enim fatetur, ſidera in aërem quidem elementarem influere, atque eius impreſſiones mouere atque alterare, neceſſarium etiam erit, homines huic influentiæ eſſe obnoxios, ſiquidem ex aëre, quem omni momento 25 hauriunt, plus uiuant, quam cibo uel potu, ſicque una cœleſtium en- ergian tacite imbibant: imo & quotidiana aëris mutatione ut plurimum afficiantur, ideoque in trito eſt uerſiculo:

*Turbida turbatos facit aura ſerena ſerenos.*

Addidit is & hoc, quo ad genethliacas prædictiones ſe concedere, in 30 complexiones & craſes hominum Aſtra operari, non autem in euentus ſubſequentes. At quid hoc eſt dicere? Certe ſi complexiones & humores alterant in hominibus, etiam effectis inde prouenientibus occaſionem dant. Sic Melancholici ex Saturno atrabilarij ſunt, & triſtitia, inuidia atque ſubdolis machinationibus obnoxij: Sanguinarij || econtra ex Joue 17<sup>v</sup> & Venere hilares, aperti & benigni: Colerici & flaua bile abundantes 35 ex Marte ſunt iracundi, impetuoſi & pugnaces: Phlegmatici ſecundum Lunam ſunt torpidi, ſomnolenti & pigri. Quamuis hæc uarie tranſplantentur atque miſceantur, ita ut uix unum aliquod indiuiduum alicui ſolummodo ex his ſit obnoxium, ſed ut plurimum de ſingulis mix-  
tim

tim participet, idque quo ad maius uel minus, & pro temporis aliorum-  
 que accidentium ratione multifaria. Si itaque eiusmodi complexionibus  
 homines ex astris tinguntur, uti concebit Calvinus, subsequens erit  
 talium complexionum fructus etiam inde prouenire: quales sunt illi,  
 5 ut breuiter dicam, qui ex tristitia, inuidia, maleuolentia, iracundia,  
 effrena hilaritate, luxuria, tarditate, segnitie, atque his similibus pro-  
 ueniunt. Qui quales sint, communis usus & hominum conuersatio ostendit.  
 De cœteris euentibus, quæ extra hominem sunt, uti de accidentijs  
 in uita ex improviso contingentibus, deque coniugio & liberis, amicis  
 10 uel inimicis, conuersatione atque his similibus, ipsi Astrologi obiter  
 saltem ac timide pronunciant, eo quod hæc atque eius generis plura  
 extra hominem sint, ipsiusque arbitrio pro maiori parte subiecta. Vnde  
 etiam non usque adeo male, licet non omnino uere uulgo dicitur,  
*Quemlibet esse suæ fortunæ fabrum*. Sed de his non est ulterius hu-  
 15 ius loci disserere. Sufficiant ista, donec commodior detur occasio.

Finita uero hac, quam tunc habui oratione, cum ex dicto loco dis-  
 cedendo me in hospitium reciperem, unaque dictus Magnificus Do-  
 † minus Legatus Gallicus, cum Academiæ Professoribus, me beneuo-  
 lentia causa deduceret, accidit, ut inter eundem quidam eorum Juris-  
 20 prudentiæ professorem agens, Albertus Knopperus, vir alias eximius  
 & apertus, sic inferret ad me uerba conuertens: Cum audiuissem te, &  
 contra Philosophos & Medicos, tum quoque Theologiæ professores dis-  
 serentem, atque ipsorum obiectiones contra uestram artem refel-  
 lentem, ualde timui, ne & nos Jurisconsultos aggredere, adeo ut præ  
 18<sup>r</sup> anxietate sudarem; erat enim etiam admodum corpulentus (siue iocose  
 siue serio id referens) male nobis conscius de titulo illo in Pandectis,  
 qui inscribitur Contra maleficos & Mathematicos. Cui ego mox subri-  
 dendo obuiabam: Equidem non ignarus fui, uos tam insulsum istic  
 assignasse titulum, siquidem olim Lipsiæ operam dare uestræ Jurispru-  
 30 dentiæ ex parentum uoluntate cogebam. At malui id silentio præterire,  
 siquidem nihil aliud haberem, quod contra hæc inferrem, quam hoc,  
 quod illi, qui Jurisprudentiam iactitant, non rectius norint discernere  
 inter Mathematicos & Maleficos, quam quod eos sub uno nomine &  
 titulo comprehendant, illorum ignorantia tribuendum est, atque per  
 35 hanc excusandum. Nam quod in gloſa alicubi addiderunt, huius forte  
 incitiae admoniti, hanc distinctionem:

*Scire docet Matheſis, dat diuinare Matheſis,*

æque prodit eorum in græca lingua imperitiam, atque in Matheſi stu-  
 piditatem, ut ob id non citra rem dixerit ueſter Accurſius: Græca sunt,  
 40 legi non poſunt. Is autem, ut erat homo ingenuus, hæc omnia candide  
 & iocose accipiebat. Ipse uero Magnificus Dominus Legatus cum me  
 diligenter

diligenter rogasset, ut ipsi in prandio adesse uellem, atque clarissimum illum Hemmingium aliosque ex Doctoribus eodem nomine coram orasset, non uolui ipsius petitioni refragari. Sed ipsum mox in prandio accedens, ubi etiam dictus Hemmingius cum quibusdam ex præcipuis Doctoribus & Professoribus aderat, tunc quæ in oratione illa prolata 5  
essent, ulterius inter nos conuiuiali sermone uentilabantur. Præstantissimus uero ille Danzæus, ut erat suauis & alacri ingenio præditus, iocose Hemmingium & me committere uolens, sic proponebat: Tycho hodie in oratione sua non saltem ali[as] facultates, sed & Theologiam profi- 10  
tentes aggressus est, quod hi Astrologiæ minus tribuant, tanquam Theologiae contrarianti. Nam & ipse Danzæus tacite Astrologicis prædictionibus, præsertim Genethliacis, minus fauebat, ut ut is in adolescentia hoc etiam studium excoluerat, atque magnum in eo profectum fecerat, ita ut multa uero euentu || hinc in priuatis personis prædicere potuerat, 18v  
quemadmodum ipsemet mihi hoc retulit, sed a Caluino nimis hic rigido Aristarcho deterritus, hoc exercitium reliquit. Putabat uero etiam 15  
is, Astrologicas prædictiones Euangelicæ doctrinæ refragari. At ego respondere solebam: Nihil inde esse periculi, si sobrie & circumspecte tractentur, nec ultra metas exorbitent, atque in superstitionem prolabantur, sed multo plus damni traxisse ab ijs, qui fati politicis pro arbitrio præesse uoluerunt. Cum itaque Hemmingius audiuisset, Danzæum ista in memoriam reuocare, putans se, quod & res erat, peti, statim subiunxit, se meæ declarationi non admodum reluctari, siquidem Deum liberrime agere, secundis causis non astrictum, nequaquam inficiarer, 25  
nec etiam homini liberum adimerem arbitrium per Astrorum influentias. His duobus stantibus, cætera tolerari possint. Atqui ego in hunc modum respondi: Deum liberrime agere nullis creaturis obnoxium, nemo Astrologorum etiam inter Ethnicos, nisi plane atheus & Epicureus, unquam inficiatus est. Arbitrium uero & mentem hominis non solum Astris non subdj, sed & super hæc exaltari atque in ea dominari 30  
posse, præsertim si diuinitus iuuetur, ego pro concessio & concessio semper habui: Sicque inter nos conuenit.

Sequenti uero die, eadem qua antea hora, prælectionem inchoauj, præmissa quadam extemporanea præfatiuncula pro ingressu, qua quid proponere ac docere uellem, generaliori indicatione innuebam, nempe 35  
quod doctrinam secundorum mobilium illis quo ad principaliora compendiose esse expositurus iuxta Copernici mentem & numeros, reducendo tamen omnia ad stabilitatem terræ, quam is triplici cieri motu finxerat, idque circa Fixas stellas, & duo mundi luminaria, Solem atque Lunam, primo facturum & hypotheses eorundem declaraturum, 40  
atque tam geometrice per triangulos, quam arithmetice in numeros iuxta Canones Prutenicos Coperniceo nitentes fundamento resolutu-  
[rum]:

- 19<sup>r</sup> [rum]:|| quod si postea ocium & commoditas superebet, me idem in quinque reliquis Planetis præstiturum. Curaueram autem coëmi proprio ære aliquot exemplaria tabularum Prutenicarum, quæ inter studiosos, præsertim eos, qui tenuioris eßent fortunæ, distribui mandavi, ne illis
- 5 Canones, quibus uterentur, deeßent. Vbi uero Luminarium hypotheses absolueram, incumbibat mihi iter quoddam in Germaniam, quare circa Brumam istuc traiiciens prælectionem ulterius continuare intermisi. Indicaui nihilominus generali quadam expositione, quomodo in reliquis Planetis hæc ipsa etiam eßent intelligenda, & qua ratione il-
- 10 lorum apparentiæ ad terræ stabilitatem, manentibus Copernici numeris, adaptari poßent, insinuauj, idque aliter quam a Peucero & Dasipodio hoc frustra factitantibus in libello quodam nuper de ea re edito præstitum eßet. Illi enim Copernici calculum hypothesibus Ptolemaicis
- † atque Alphonfinis inconuenienter applicarunt.
- 15 Et quoniam haud ingratum forte futurum sit, si Astronomiæ studiosis ea ipsa, quæ tunc prælegi, atque ob . . . . simul indicaui, hic communicauero, subiungam . . . . ., quid ex ijs inter chartas meas adhuc reperire . . . . ., et quæ memoria non effugerunt, ut sic ad Cop..
- . . . . . ctionem promptius inuitentur stud . . . . .
- 20 Ptolemeo coniungant, atque apud ip . . . . .
- . . . gogen hinc deductas maneant, m . . . . .
- . . . . Dulcius ex ipso fonte bibuntur . . . .

The first part of the paper is devoted to a discussion of the general theory of the subject. It is shown that the theory is based on the principle of least action, which is a generalization of the principle of least squares. The principle of least action is a statement of the conservation of energy, and it is the basis of the theory of mechanics. The theory is then applied to the case of a particle moving in a potential field. It is shown that the motion of the particle is determined by the principle of least action, and that the path of the particle is a geodesic in the configuration space. The theory is then applied to the case of a particle moving in a magnetic field. It is shown that the motion of the particle is determined by the principle of least action, and that the path of the particle is a geodesic in the configuration space.

The second part of the paper is devoted to a discussion of the experimental results. It is shown that the experimental results are in good agreement with the theoretical predictions. The results are then compared with the results of other experiments. It is shown that the results of this experiment are in good agreement with the results of other experiments. The results are then compared with the results of other experiments. It is shown that the results of this experiment are in good agreement with the results of other experiments.

The author wishes to thank the following persons for their assistance in the preparation of this paper:

APPENDIX AD ORATIONEM DE  
DISCIPLINIS MATHEMATICIS  
PERTINENS

**A**STROLOGIÆ METEOROLOGICÆ fragmentum nunc primum  
edimus e codice Vindobonensi lat. 10689<sup>40</sup>.



1<sup>r</sup> ASTROLOGIÆ METHEOROLOGI-  
[CÆ] ALUMNIS VBICUNQUE LOCORUM  
VNIUERSIS & SINGULIS

T. B. O.  
SALUTEM.

5



10

15

20

1<sup>v</sup>

25

30

35

40

strologiæ, quæ de Mundj Ætherej in Elementarem in-  
fluxu agit, cognitionem, Astronomiæ, quæ reuolutiones  
saltem ætherej Mundj scrutatur, nequaquam quo ad præ-  
dictionis certitudinem comparari posse, jamdudum vtriuf-  
que sectatoribus in propatulo est, vtvt in ipsa etiam Astro-  
nomia nonnulla ad exactam motuum rationem pertinen-  
tia hæcenus desiderentur. Cum enim cœlestium corporum motus, etsi  
admodum intricatus & multiplex, oculis tamen & sensibus incurrat &  
debito modo fabricatis organis demeriri queat, hincque collatione facta  
cum Veterum circa eadem obseruationibus hypotheses geometriæ be-  
neficio constitui, quæ [a]pparentijs respondeant & arithmeticæ calculo  
[per] numeros resoluji, vt ad quoduis tempus [cu]iusuis sideris apprensus  
locus constare possit, [v]elut tabulæ a summis astronomis jam [c]on-  
ditæ motum sideribus ferme conuenienter exhibent; at influxus cœ-  
lestium corporum cum externis oculorum sensibus nequaquam pateat,  
sed admodum abstruse latitet, per diuturnam potius experientiam quasi  
a posteriori . . . . . uit, ideoque cum nec geometricæ ne[c] arithmetice]  
vel optice aut per aliqua certa . . . . . [dem]onstrari nequeat, sed  
saltem ex || . . . . . ato fallentij innotuit, nequaquam absolutæ . . . [cer]-  
titudinij patere poterit. Cum enim infinita fere sint, quæ in considera-  
tionem veniant, & siderum positus nunquam in pristinum statum, vnde  
digressus est, vndequaque redeat, experientia hac in parte sæpenumero  
fallax esse poterit artifice certitudinem labefactare. Adde quod ipsa ex-  
perientia hac in parte non ea fide & diligentia a veteribus astrologis  
inquisita est, qua merito oportuit, siquidem [em] et hæc ipsa ars, velutj fere  
in omnibus alijs doctrinarum facultatibus, lucrj et quæstus causa de-  
prauata est & negligentius per imposturas tractata; adeo ipsissimæ na-  
turæ planetarum, imprimis vero stellarum fixarum & comixtionum  
hinc prouenientium, quatenus in hæc inferiora agant, non satis fide-  
liter a maioribus nostris peruestigatæ sint. Complectitur vero hæc, quæ  
de [stellarum] influenza agit disciplina, duas potissim[um] . . . . . partes,  
vniuersalem videlicet energiam & [particu]larem. Per vniuersalem in-  
telligo eas a . . . . ., quæ sunt in toto orbe terrestri & . . . . . vt circa aëris  
mutationes & mor[bos] populariter graßantes, fertilitates & sterilitates  
anonæ, mutationes rerumpublicarum & similes generaliores euentus,  
particulares

particulares vero, quæ circa ipsum hominem microcosmum versatur  
 et ipsius inclinationes naturales ex astris ..... correcti.. Et si vero  
 posterior hæc ..... pa[rs] iure merito magis ..... 2r  
 ... [acci]dens & general ..... || eo quod multo plus & effi- 5  
 ciatius h ..... et exterorum orbem elementorum agi ..... ipsum ho-  
 minem tamen experientia ..... tatur multoties prædictiones particu-  
 lares alicuius indiuiduj certas esse & suo euentu respondere, cum  
 difficillime generalis aliqua in mundj elementis et mutationibus  
 vniuersalibus certa aliqua prædictio ferri possit, adeo vt Hiero- 10  
 nimus Cardanus Italus philosophus et astrologus non con-  
 temnendus non dubitarit asserere se, qui particularia fata  
 prædixerint, multos nosse, qui vero vniuersalia exacte  
 prædixerint, neminem. Mirari vero aliquis non ime-  
 rito poterit, cur certius prædictiones in indiuidijs  
 fiant, siquidem hominis natura & influentia tam 15  
 varijs obnoxia sit, vtpote .....  
 .....

HOROSCOPUS PRINCIPIS  
CHRISTIANI

(1577)

**H**OROSOPUM PRINCIPIS CHRISTIANI nunc primum edimus  
e codice Hauniensi Ant. Coll. Reg. 1821 in 4<sup>o</sup>.

Consuluimus etiam codices Haunienses Ant. Coll. Reg. 1820 in 4<sup>o</sup>, Nov. Coll. Reg. 620<sup>c</sup> in 2<sup>o</sup>, Coll. Thott. 831 in 2<sup>o</sup> et 1611 in 4<sup>o</sup>, Excerpt. Langebekianorum 179, codicem Ledreborgensem 108 in 4<sup>o</sup> & 8<sup>o</sup> ac præterea primum ipsius Tychonis exemplum, quod exhibet codex Vindobonensis lat. 10688<sup>s</sup>.

**HOROSCOPUS SERENISSIMI  
REGIS CHRISTIANI IV<sup>TI</sup>, AD MANDATUM  
SERENISSIMI REGIS FRIDERICI II<sup>DI</sup> A  
TYCHONE BRAHE OTTONIDE  
CONSCRIPTUS IN INSULA  
HVENA CALENDIS IULIJ  
ANNO 1577**

HOROSCOPIUS SERENISSIMI  
REGIS CHRISTIANI AD MANDATUM  
SERENISSIMI REGIS FREDERICI IV. A  
TYCHONE BRAHE OTTONIDE  
CONSCRIBITUS IN INSULA  
HYERNICALI ENDSIETHI  
ANNO 1577

INCLYTO & ILLUSTRIS INFANTI  
CHRISTIANO OPT. & POTENTISS. PRINCIPIS  
FRIDERICI II<sup>DI</sup> DANIÆ & NORVEGIÆ REGIS  
DOMINI CLEMENTISSIMI FILIO  
PRIMOGENITO.



5

10

2

15

†

20

25

3

30

†

UMANÆ naturæ constitutionem, Princeps Inclyte, non solum ex quatuor Elementorum commixtione existere, verum etiam Ætherei illius & incorruptibilis Mundi participem esse, Philosophis non est dubium: Homo enim in tantillo corpore maximi illius Mundi exemplar existit, ut propterea non immerito ab antiquis Sapientibus Microcosmus sit appellatus. Cumque tantam habeat homo cum majori mundo consonantiam, necessarium est, ipsum actionibus & passionibus majoris mundi obnoxium esse, idque || eo magis præ cæteris animalibus ipsi accidit, quo is æthereæ naturæ inter omnia sublunaria corpora propius accedit, siquidem Hypparchus asserere non dubitavit, animam nostram partem esse ipsius cœli, & cum hoc maximam esse homini sympathiam, testante insuper id ipsum humani corporis fabrica, quæ per septem interiorum membrorum principalium naturam & officia septem errantium Stellarum in cœlesti orbe naturis est analogæ; ut nemini dubium esse debeat, hominem quatenus ex Elementis & æthere constat, influentiæ cœlestium corporum esse obnoxium: id ipsum evidenti testante experientia in tanta diversorum individuorum discrepantia, & in tanta formarum, morum, ingeniorum, valetudinis, actionumque diversitate; trahit enim unumquemque sua fortuna & sua voluptas. Hinc nata est Astrologia antiquissima illa Scientia, quæ in ipso homine, non minus quam Elementis, astrorum influentiam scrutatur, idque potissimum ex constitutione || cœli & Siderum, quæ tunc est cum homo primum in hanc lucem progreditur, & Astrorum inclinationes una cum vitali aura tenellus attrahit; scite enim illud a Juvenale prolatum est (Sat. VII):

... distat enim, quæ

*Sidera te excipiant modo primos incipientem  
Edere vagitus & adhuc a Matre rubentem.*

De certitudine vero & dignitate hujus artis non est hic differendi locus; neque jam eorum cavillationibus respondendum censeo, qui vel ob propriam incertitiam, vel artis abusum, aut artificum errata, arti tam divinæ omnem certitudinem adimunt. Ipsa experientia reclamitat, quæ multis modis comprobatur, in prædictionibus astrologicis, si sincere & dextre tractentur, non parum esse certitudinis. Et si in tam abstrusa & sublimi

sublimi scientia aliquando hallucinantur artifices, id veniam apud candidos Iudices facile meretur, cum tot modis contingat, etiam sapientissimos aberrare in his rebus inferioribus, quæ nobis quotidie præ oculis & manibus versantur. Præterea impium non est (ut multi de hac arte opinantur) phycas inclinationes inquirere, & creaturæ divinæ potentiam perscrutari, modo id absque superstitione & abusu fiat, & Creatori ubique potius quam creaturæ principalem causam rerum attribuamus, ipsumque libere agere & secundis causis non alligari pie statuamus. Magna denique est utilitas & voluptas, varias hominum inclinationes impendentesque valetudinis & aliarum mutationum in vita vicissitudines aliquatenus prævidere, ut se quis præmunire possit ante decretorum eventum, & si fausta portendantur, iis commodius uti, sin vero infelicia, ea præcavere & adhibita diligentia evitare possimus. Nos enim non necessario recipimus astrorum influentiam, sed est in ipso homine quiddam divini supra astrorum orbis exaltatum, quo si uti norit, astrorum decretis minime est obnoxius.

Hæc cum ita sint, non abs re futurum judicavi, si tibi, Inclyte CHRISTIANE, Genethliacam cœli faciem constituerem, & inde juxta optimorum Astrologorum placita, tum etiam propriam experientiam, siderum inclinationes breviter indicarem, efflagitante etiam Serenissimo Patre Tuo FRIDERICO Daniæ Rege Domino nostro Clementissimo, ut id ipsum pro virili præstarem. Cujus mandato cum nefas esset non obtemperare, hoc onus, viribus nostris impar, in me recepi, & qualemcunque hanc Natalitiæ Tuæ constitutionis & Astrorum hinc effectuum expositionem Tibi adhuc Infanti annotavi, idque ea ratione & methodo perfecti, ut Astronomicam Siderum constitutionem Iudicio Astrologico præmitterem, in quo juxta principales quæstiones eventuum in vita Astrorum inclinationes priori innitentes pro virili, & quantum temporis angustia ferre potuit, indicavi. Fui autem in his prædictionibus brevior, & minus in singulis subtilitatibus curiosus, eo quod Tempus Nativitatis oblatum saltem æstimate sumtum sit, & per accidentia præterita, ob ætatem nondum adeptam, minime verificatum, quod si olim Deo permittente fieri poterit, exquisitiorem etiam & diligentiore horum omnium, quæ hic tractantur, explicationem & indicationem, eodem favente, instituemus. Spero autem hanc qualemcunque ab æstimativa cœli facie desumptam Siderum expositionem Serenissimo Patri Tuo Domino et Regi nostro Clementissimo, Tibique, cum annis adoleveris, non futuram ingratam. Æternus Deus, auctor vitæ & omnis boni, Te in serotinam ætatem & foelicem Vitæ actionumque statum in suam gloriam & Patriæ incolumitatem clementer conservet!

Datum in Insula Hvena. Cal. Iulij Anno 1577.

T. S. subditus TYCHO BRAHE OTTONIDES.

DE



7 DE ASTRONOMICA MOTUUM SUPPUTATIONE AD  
TEMPUS HUIUS INCLYTÆ GENITURÆ.

**T**EMPUS oblatum per observationem correcti Horologii æstimate  
sumtum, quò hic Inclytus Natus primum in hanc lucem prodiit,  
5 fuit Anno CHR. 1577 Aprilis die 12 horis a meridie elapsis 4 cum se-  
miße, idque Friderichsburgi Daniæ, ubi Polus elevatur partibus fere  
† 56 & long. b 35 G. Ad hoc tempus loca singulorum Planetarum juxta  
proceßum calculi Prutenici primum assignabo, eo quod is Copernici  
motuum restitutioni innitens, nostra ætate sit exactissimus præ cæteris;  
10 deinde Alphonsina Planetarum loca subjungam; et postremo etiam,  
juxta propriam observationem factam noctibus aliquot præcedentibus  
& sequentibus, Loca aliquot Planetarum emendabo. ||

8 SEQUITUR DESCRIPTIO CALCULI LOCORUM PLA-  
NETARUM EX TABULIS PRUTENICIS.

15 **T**EMPUS completum, reductum & æqvatum est annorum 1576.  
Menf. Mart. Dierum 11. horarum 17.

*Pro vero Motu Præcessionis Æquinoctii.*

	Sex.	p.	'	"
Simplex præcessionis	0	27	32	10
20 Anomalia simplex	2	52	2	6
Anomalia duplicata	5	44	4	12
Προσταφ. præcessionis	A.	—	19	36
Vera Præcessio	0	27	51	46

*Pro vero Motu ☉.*

	Sex.	p.	'	"
25 Simplex longitudo Solis	0	2	19	58
Anomalia Solis	4	50	17	21
Anomalia Simplex	2	52	2	6
Προσταφ. centri	Ad.	1	10	15
30 Scrupula proport.	0	0	0	20
Anomalia æqvata	4	51	27	36
9 Προσταφ. orbis	Ad.	1	41	45
Exceßus sequens		0	29	35
Pars proportionalis				10
35 Προσταφ. absoluta	A.	1	41	55
Distantia ☉ a 1 <sup>a</sup> Stella √	0	4	1	53
Distantia ☉ ab Æquinoctio	0	31	53	39
Verus Locus Solis	♄	1	53	39

*Pro vero Motu ζ.*

	Sex.	p.	'	"	
Simplex ζ a Sole	4	58	43	30	
Anomalia Lunæ	5	44	39	23	
Duplex motus ζ a ☉	3	57	27	0	5
Προσταφ. Secundi Epicycli	S.	9	14	53	
Scrupula proportionalia			48	10	
Anomalia æqvata	5	35	24	30	
Προσταφ. 1. Epicycli	A.	1	54	11	
Exceßus seqvens			55	54	10
Pars proportionalis			42	52	
Προσταφ. primi Epicycli abf.	A.	2	39	3	
Dift. ζ a prima √	5	3	42	31	
Distantia ζ ab æqvinoctio	5	31	34	17	
Verus Locus Lunæ	χ	1	34	17	10

*Pro vero Motu η.*

	Sex.	p.	'	"	
Commutatio Saturni	1	51	40	59	
Apogæi Saturni	4	1	4	21	
Simplex Longitudo η	4	10	38	59	20
Anomalia Eccentrici	0	9	34	38	
Προσταφ. Eccentrici	S.	1	1	40	
Scrupula proportionalia				18	
Simplex longit. æqvata	4	9	37	19	
Anomal. Eccent. æqvata	0	8	32	58	25
Anomal. Comm. æqvata	1	52	42	39	
Προσταφ. Paralax.	A.	5	39	52	
Exceßus Seqvens			42	36	
Pars proportionalis				13	
Προσταφ. Paralax. abf.	A.	5	40	5	30
Distantia η a 1 <sup>a</sup> √	4	15	17	24	
Distantia η ab æqvinoct.	4	43	9	10	
Vera Longitudo η	ζ	13	9	10	

*Pro vero Motu θ.*

	Sex.	p.	'	"	
Commutatio θ	3	49	50	50	35
Apogæi θ	2	38	40	29	11
Æqualis longit. θ	2	12	29	8	
Anomalia Eccentrici	5	33	48	39	
Προσταφ. Eccentrici	A.	2	13	16	40
Scrupula proport.			2	22	

Longitudo



	Sex.	p.	'	"	
Exceßus Seqvens		1	12	30	
Pars proportionalis			9	57	
Προσταφ. absoluta	A.	43	10	10	
Distant. ♀ a 1 <sup>a</sup> √	0	46	55	51	5
Distant. ♀ ab æqvinoct.	1	14	47	37	
Verus Locus Veneris	II	14	47	37	

*Pro vero Motu ♃.*

	Sex.	p.	'	"	
Simplex longit. ♃	0	2	19	58	10
Commutatio ♃	3	43	22	57	
Apogæi ♃	3	31	55	29	
Anomal. Eccent.	2	30	24	29	
Προσταφ. Eccentrici	S.	1	36	45	
Scrupula proport.			55	57	15
Longitudo æqvata	0	0	43	13	
Anomal. Eccent. æqvata	2	28	47	44	
Commutatio æqvata	3	44	59	42	14
Προσταφ. Paralax.	S.	16	42	8	
Exceßus seqvens	0	5	7	42	20
Pars proportionalis	0	4	46	56	
Προσταφ. abf. Paralax.	S.	21	29	4	
Distant. ♃ a 1 <sup>a</sup> √	5	39	14	9	
Distant. ♃ ab æqvinoct.	0	7	5	55	
Verus Locus Merc.	√	7	5	55	25

## LATITUDINES PLANETARUM EX IISDEM TABULIS.

		p.	'	"	
Vera Latitudo ♃	Bor.	1	23	28	
Vera Latitudo ♃	Bor.	1	19	35	
Vera Latitudo ♂	Bor.	0	18	6	30
Vera Latitudo ♀	Bor.	2	20	34	
Vera Latitudo ♃	Auf.	1	36	45	
Vera Latitudo ☾	Auf.	3	45	14	

Sunt itaqve Loca Planetarum ex Tabulis PRUTENICIS ad Tempus Datum sec. Long. & Lat. ejusmodi. ||

## LOCA PLANETARUM EX TABULIS PRUTENICIS. 15

Longitudo.				Latitudo.			
	Sign.	P.	M.	G.	M.	Pars.	
♃	♌	13	9 Stat.	1	24	S	
♃	♍	3	48 Retr.	1	20	S	40

Longitudo.

	Longitudo.			Latitudo.		
	Sign.	P.	M.	G.	M.	Pars.
♂	♏	11	25½	0	18	S
☉	♍	1	54 Dir.	0	0	0
5 ♀	♏	14	48 Dir.	2	21	S
♀	♍	7	6 Dir.	1	37	M
☾	♏	1	34 Dir.	3	45	M

16 Loca vero Planetarum ex Regis Alphonfi Tabulis paulo aliter se habent, suntuqve ex his ejusmodi.

10 LOCA PLANETARUM EX TABULIS REGIS ALPHONSI.

	Longitudo.			Latitudo.		
	S.	G.	M.	G.	M.	P.
♃	♏	12	19 Stat.	0	45	S
♄	♏	2	20 Retr.	1	32	S
15 ♂	♏	10	59	0	22	S
☉	♍	2	27	0	0	0
♀	♏	15	47	2	2	S
♀	♍	15	28	2	28	M
☾	♏	1	45	3	45	M

17 DE CORRECTIONE LOCORUM QVORUNDAM PLANETARUM JUXTA NOSTRAM OBSERVATIONEM, FACTAM NOCTE PRÆCEDENTE & SEQVENTE NATIVITATEM.

25 **E**X observationibus nostris factis circa id tempus per certa & exquifita Instrumenta, deprehendi Latitudinem ♂ fuisse majorem eâ quam præbent Tabulæ, videlicet 45 minutorum Sept., & Longitudinem fere convenientem Tabulis inveni, videlicet in 11 G. 20 M. ♏. Venerem vero deprehendi in 15. 20 ♏ cum Latitudine Septentrionali 2 G. 20 M. Iovem in super in 3 G. 40 M. ♏ Lat. 1½ S. Solis locum ex observatione 30 meridiana & Ecclipsi ☾ præcedente emendavi in 2 G. 5 M. ♍. In cæteris planetis nullam habere licuit observationem. ♃, qui magnam habet differentiam in utroqve calculo, erat sub radiis, sed ejus locum 18 potius cum Copernico statuimus || in 7 ♍, quam cum Alphonso in gradu 15 ♍.


35 LOCA ☉ ♂ ♀ & ♄, EMENDATA, & AD HOC TEMPUS, JUXTA PROPRIAM OBSERVATIONEM IN CÆLO.

Longitudo.				Latitudo.			Longitudo.				Latitudo.		
♄	♏	3	40	1	20	S	☉	♍	2	5	0	0	0
♂	♏	11	20	0	45	S	♀	♏	15	20	2	20	S

In

In cœteris cum observationem non habeam, standum potius sentio cum Prutenico quam Alphonfino Calculo, sed in his loca per experientiam inventa retinebo.

Nunc constitutionem Cardinum cœlestium & reliquarum cuspidum, una cum Planetarum in iis positu subjungam. Utor autem in divisione Domorum || modo Campani, qui dividit totum cœlum in XII æqualia ab interfectionibus Horizontis & Meridiani, quæ ratio est, meo judicio, universalis & cœteris verior; Regiomontani enim modus inæqualiter cœlum partitur & universalis non est. Sed de his alibi disseruimus. Nunc FIGURAM NATALEM subjungo. ||



ASPECTUS

21

ASPECTUS PLANETARUM.												
♃	♄	♅	♆	♇	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	G. M.
	×	□	△		♂		△	□	×		☾	1. 35
	☉		×	□	△		♂		△	□	×	2. 5
	△	□	×		♃		×	□	△		♂	3. 40
♀		×	□	△		♂		△	□	×		7. 5
×		♂		×	□	△		♂		△	□	11. 20
□	△		♂		△	□	×		♃		×	13. 10
×		♀		×	□	△		♂		△	□	15. 20

5

10

†

ANTISCILÆ PLANETARUM.						
♃	♃	♂	☉	♀	♀	☾
G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.
16. 50	26. 20	18. 40	27. 55	14. 40	22. 55	28. 25
☉♅	♅	♃	♃	♃	♃	♃
♃♅	♃	♃	♃	♃	♃	♃

15

22 DE DIRECTIONIBUS PRÆCIPUORUM LOCORUM.

**T**EMPORA eventuum nusquam certius & efficacius colliguntur, quam per viam Directionum, capiendo gradus Æqvatoris, significatori & promissori interjectos, secundum debitum positionis circulum. Annotabo itaqve hos Æqvatoris arcus in Directione præcipuorum Locorum in hac genefi, videlicet ASCEND: ☉ ☾ ♀ M. C. ⊕. ||

20

23

DIRECTIO ASCENDENTIS

ad	G.	M.	ad	G.	M.
♂ ♀	1	44	×	♃	43 38
△ ♂	9	42	×	♃	58 1
□ ♃	12	27	□	☾	85 48
△ ♀	15	46	□	♃	87 19
♃	23	14	×	propr.	90 37
Ecclips. p.	26	37	Sed hæ Directiones Ascendentis pro		
0 ♃	38	4	4 minutis erroris in tempore Nativitatis variant uno gradu, qui annum		
△ ☾	40	27	integrum efficit.		
♂ ☉	41	15	DIRECTIO		

30

HOROSCOPUS PRINCIPIS CHRISTIANI

**DIRECTIO ☉**

	G.	M.
ad ♃	2	14
△ ♃	15	36
□ ☾	41	6
□ ♃	43	55
* ♀	48	29
♂ ♂	55	8
♂ ♀	62	45
⊖ ♃	58	54

**In Antecedentia.**

□ ♃	28	22
□ ♂	33	38

**DIRECTIO ♀ APHETÆ**

	G.	M.
ad ♃	0	28
△ ☾	17	5
* ☉	17	48
* ♃	19	30
M. C.	22	49
□ ♀	23	11
♂ ♃	28	48
⊖ propr.	32	24
⊖ ♂	35	36
□ ☉	48	18
⊕	50	29

**DIRECTIO M. C.**

	G.	M.
ad ♃	7	5
⊖ ♀	8	49
⊖ ♂	12	56
□ ☉	26	59
⊕	28	36
△ ♀	31	8
* ♀	36	26
* ♀	40	26
⊖ propr.	52	42
♂ ☾	57	35
△ ☉	56	42
♂ ♃	58	41

**DIRECTIO ☾**

	G.	M.
ad ♃	3	5
♂ ♃	4	22
□ ♂	14	1
* ♃	18	0
□ ♀	20	38
Septimum	46	24
♂ ♀	48	24
* ♂	54	52
□ ♃	57	16
<b>In Antecedentia.</b>		
□ ☉	33	13
♂ ♃	51	37

**DIRECTIO ☽**

	G.	M.
ad ♀	52	56
* ♂	56	46
* propr.	60	21
<b>In Antecedentia.</b>		
♂ ♂	5	11
□ ☾	17	35
△ ♃	44	27
♂ ☉	62	45
<b>Est autem circulus positionis ♀</b>		20
<b>Defc. Obl.</b>	83	34

**DIRECTIO Plenilunii Eccliptici præcedentis**

	G.	M.
ad ☾	12	45
♂ ☉	14	29
* ♃	16	48
* ♃	30	41
□ ☾	57	10
□ ♃	60	4
△ ♀	64	44
<b>Circul. pos.</b>	53	G.
<b>Afc. Obl.</b>	212	7

||  
DIRECTIO



27

DIRECTIO ⊕

In Consequentia.			In Antecedentia.		
ad	G.	M.	ad	G.	M.
* ♀	12	30	□ ⊙	2	38
5    ♂ ☾	30	46	⊙ ♂	17	20
△ ⊙	31	45	⊙ ♀	21	30
♂ ♃	33	24	♂ ♃	22	52
□ ♂	42	13	□ ♀	29	0
△ ♃	44	15	* ♃	32	30
10    □ ♀	46	40	* ⊙	34	3
⊙ ♀		50	△ ☾	34	37
Afc.	68	28	♂ ♀	50	30
			♂ ♂	55	15

28    **ASTROLOGICUM JUDICIUM HUIUS INCLYTÆ**  
 15    **GENITURÆ.**

**H**ACTENUS ea, quæ ex Astronomica supputatione requiruntur, antequam Judicium Astrologicum institui potest, breviter descripsimus, quibus eæ, quæ sequuntur, prædictiones, tanquam fundamento, innituntur. Nunc Astrologicam considerationem aggrediar.

20    **DE NUTRITIONE.**

Etsi consideratio nutritionis pertineat ad quæstionem de vitæ curriculo, tamen hæc peculiarem habet apud Ptolomæum & veteres Astrologos pertractationem. Conferendo itaque ipsius Ptolomæi decreta cum hac genesi, judico, hunc Inclytum Natum nutritionis & Infantiaë annos sine gravi Valetudinis detrimento exsuperaturum; nullum enim ex luminaribus partiliter in angulo male afficitur per figuram æqviculariam. Imo ☾ apheta angularis in 7<sup>a</sup> applicat || △ aspectui benefici Iovis admodum partiliter, & ☾ etsi in 6<sup>a</sup> domo constituatur, tamen libera est a maleficis & in \* partili vivifici Solis, applicans deinde ad ♂ ♃. Venus insuper genituræ Almuten foeliciter constituitur in nona domo in proprio termino, elevata super alios omnes, & recedens a ♂. Ascendens etiam liberum est a maleficarum partilibus radiis. Nutritionis itaque annos, ut dixi, foeliciter implebit, nisi quatenus directio aphetæ ♀ ad antisciam æqvivalentem ♃, circa dimidium ætatis annum, debilitatem aliquam adferre possit, non tamen admodum nocivam, cum ♃ sit Ascendentis Almuten & bene dispositus. Circa secundum etiam annum Ascendens obviat opposito ♃, quod parvam quoque valetudinis dis-  
 35    cratiam significat ex morbis puerorum. Sed de tempore hujus occurfus incertum est, tum propter dubium Ascendens, tum etiam propter Mer-  
 40    curii locum non satis perspectum, cum inter Alphonfi & Copernici ||  
 30    supputationem sit differentia 8 Grad. Atque hæc de nutritione sufficiant.

## DE VITÆ CURRICULO.

Difficilis est hæc quæstio & diversimode ab Astrologis tractatur, nos tamen, Ptolomæi vestigiis inhærentes, ex directione locorum Apheticorum ad convenientes anaretas eam definiemus, non quod certum tempus termini ipsius vitæ exquisite & fataliter determinari hinc existimem, sed saltem periculum aliquod valetudini & vitæ minari, quod eo erit gravius, quo occurfus ille fuerit majoris virulentiaë.

Aphetica vero loca in hac genitura sunt, locus ☉, quia is est in angulo 7<sup>æ</sup> domus, etsi in fine ipsius constituatur; deinde ♀ est dispositrix loci ☉ ☾ Ascendentis, & ♂ præcedentis, estque illa in nona domo loco aphetico. Ascendens etiam propter generalem vitæ significationem, quam habet, & Luna una veniunt adhibendi; ex quorum progressu ad malevolos || anaretarum radios, de vitæ infaulta affectione, juxta ætatis annos, in quibus hi occurfus contingent, judicium feremus; ut Natus sibi & suæ valetudini hoc præsertim tempore bene prospicere, & pericula eminentia evadere possit.

ENUMERATIO PRÆCIPUORUM ANNORUM, VITÆ & VALETUDINI  
ADVERSANTIUM, EX DIRECTIONE LOCORUM APHETICORUM  
AD SUOS ANARETAS.

Anno V<sup>to</sup> completo labente sexto, circa ejus initia fit directio ♀ Aphetæ, conversa ad ♂ ♂, unde calida & acuta discratia portenditur ex sanguinis ebullitione, non tamen lethalis propter terminum ♄.

Anno XII labente pertingit directio Ascendentis ad ☐ ♃, unde portenditur afflictio gravis valetudinis ex chronica aliqua ægritudine, qualis est febris quartana, aliqui morbi ab atra bile originem ducunt. Interdum etiam significat læsiones & contusiones ac periculosos casus; quia tamen ♃ est Almuten Ascendentis, malum hoc non erit lethale. ||

Anno XIV jam fere exacto, ☾ per directionem attingit ☐ ♂ in sexta domo, unde acuta quædam valetudinis affectio significatur, minus tamen nociva propter terminum benefici ♃.

Anno XXIV labente attingit Ascendens sua directione ☿ caudam Draconis, unde valetudo Nati affligetur circa hoc tempus vel a rebus quibusdam venenatis, aut ventris profluvio, vel etiam aliquid detrimenti in oculis significat, fit tamen hic occurfus in termino ♀, unde nocivus admodum esse nequit. Sed directio ♀ ad ☐ ♀ circa idem tempus Natum involvit variis negotiis & contentionibus cum magnis Dominis, & forte causa mulierum aliquid portendit.

Anno XXVII labente, pertingit directio Ascendentis ad locum Eclipfis ☾, quæ nativitatem proxime antecebit. Unde discrimen aliquod vitæ Nati minatur, vel etiam in oculis aliquid damni: verum quia hic occurfus

33 occurfus est in termino beneficæ ♀, & || succedit immediate Antifcia ♃, idcirco Vitam abrumpere non potest. Adde, quod Ecclipsis illius decreta per se non fuerunt malevola, disponente illam benefica ♀<sup>re</sup>.

Anno XXIX currente venit directio Solis aphetæ ad ☐ ♃ in antecedentia, qui occurfus grave vitæ discrimen portendit, ex Saturnina & melancholica aliqva affectione, præsertim quia circa idem tempus contingit directio ♀ Aphetæ ad ☉ ♃, qui ab initio Venerem sua antifcia intuebatur. Unde hoc tempus circa Annum XXIX erit vitæ & valetudini Nati admodum infestum, & in dignationibus ejus insuper ad veritates movebuntur. Unde opus est, ut circa hoc tempus suæ valetudini & dignitati bene prospiciat.

Anno XXXVI attingit directio ♀ Aphetæ ad Antifciam ♂, quæ ob id est nocentior, quia Mars Veneri ab initio copulabatur. Afficietur itaque Natus hoc tempore morbis martialibus & venereis ex nimia luxuria & crapula oriundis. ||

34 Anno XXXIX facit directio Ascendentis saltum a fine ♄ in Scorpionem quem exhalma vocant. Portenduntur itaque discrimina ex venenatis, pestiferis rebus & inimicitis multis.

Anno XLII venit directio Ascendentis ad ☉ ☉ in termino ♂, & Sol ipse eodem anno ☐ ☾ sua directione attingit constitutæ in 6<sup>a</sup> domo. Unde etiam discrimina vitæ & valetudinis portenduntur, præsertim quia Sol Apheta occiduum cardinem hoc tempore petit, quod juxta Ptolomæi sententiam funestum est; quia tamen radii intercidentes remoram aliquam faciunt, de his postea dicam.

25 Anno XLV ♀ directione conversa attingit △ ♃ in 8<sup>a</sup> domo, quod ex bile atra valetudinis aliquam alterationem causare potest, quia ♀ fuit in principio in antifcia ♃; sed radius hic per se non est malevolus, unde minus nocet.

35 Anno XLVII attingit ☾ cardinem occiduum, & anno XLIX corpus ♃, unde mutationes & discrimina ac || diſidia portenduntur præsertim causa mulierum.

Anno LII Luna per directionem conversam attingit corpus ♃, quod gravem valetudinis alterationem ex humoribus melancholicis & atrabile portendit, variasque animi perturbationes tristitiasque affert; quia tamen Luna magnam significationem Apheticam non habet, & directio hæc fit in termino benefici ♃, cum antifcia ♀ concurrente, poterit malum hoc evadere.

40 Anno LVI Sol principalis apheta sua directione attingit corpus ♂ anaretæ domini occasus. Unde grave discrimen vitæ circa hoc tempus portenditur, nec multum proderit præsentia ♀, cum sit domina 8<sup>æ</sup> domus & antifcia ♃ intervenit statim sequens corpus ♂. Concurrit etiam circa hoc idem tempus malevola directio omnium fere aliorum aphe-

tarum ad diversa loca anaretica. Venus enim Apheta juxta LVII an-  
 num  $\times$  Martis attingit, qui ipsam ab initio sua conjunctione læsit; Luna  
 etiam eodem tempore  $\square^{\text{to}}$  Saturni applicat; Ascendens quoque ad  $\times$  h,  
 qui se ab initio  $\parallel$   $\square$  læsit, appropinquat: adde quod  $\oplus$  circa hoc idem 36  
 tempus conversa directione corpus  $\sigma$  aëquatur, adeoque omnia princi- 5  
 palia vitæ loca per directionem male afficiantur circa LVI & LVII an-  
 num. Unde hoc tempus admodum fatale erit, & vitæ maximum discrimen  
 portendit. Accedit & hoc, quod si Arabum placita sequamur sive  
 $\text{♀}^{\text{rem}}$  constituamus Alchocoden, sive  $\text{♄}^{\text{nam}}$  propter Solem hylech, sive  
 $\text{♀}^{\text{rium}}$ , si hylech erit venereus, ubique non datur vita Nati ultra LVI 10  
 annos, & omnium ratio fere circa hunc terminum concurrat. Illud vero  
 certius est testimonium, fatalem vitæ terminum circa hoc tempus im-  
 pendere, quod  $\odot$  principalis apheta in occasu per directionem tunc  
 abscondatur, habita ratione radiorum intervenientium, pro ut ex situ  
 enitentis per horaria tempora descensum aphetæ remorantur vel ac- 15  
 celerant, quem ad modum Ptolomæus docuit in eo casu, quando Apheta  
 unicum habet anaretam occasum; per- $\parallel$ tingit enim Sol propria direc- 37  
 tione ad occasum in annis XLII, verum  $\times$   $\text{♄}$  addit 3 annos, eo quod  
 præsit loco  $\odot$  per exaltationem, & est in terminis bonis;  $\times$   $\text{♀}$  addit 8  
 annos cum semise; antiscia  $\text{♃}$  addit  $14\frac{1}{2}$ , præsertim quia  $\text{♃}$  respexit  $\odot^{\text{lem}}$  20  
 per  $\Delta$ ;  $\text{♁}$  &  $\text{♄}$  cum sint indifferentes, nihil addunt, præsertim tam vicini  
 occidui. Adduntur itaque totaliter anni 26, quibus  $\text{♃}$   $\square$  una interveniens  
 detrahit annos  $10\frac{2}{3}$ , ut sint saltem  $15\frac{1}{3}$  anni, quibus remoratur descensus  
 $\odot$  ad occasum, qui adjecti ad gradus & tempus directionis  $\odot$  ad occi- 25  
 dentem  $41\frac{1}{3}$  coaugmentant annos LVI cum semise, & in tot annis ab-  
 conditur Sol apheta infra horizontem, qui terminus vitæ est ultimus  
 in tali situ aphetæ, juxta Ptolomæi sententiam. Quapropter, cum circa  
 LVI vel LVII annum tot concurrant significationes vitæ adversæ, Na-  
 tus difficulter hunc terminum, quantum ad Astrologicas conjecturas 38  
 attinet, exsuperabit; nisi  $\parallel$  Deus peculiariter vitam prolongare velit, in  
 cujus nutu & arbitrio omnis periodus vitæ humanæ consistit, & is solus  
 præscribit homini terminum, quem pertransire non potest. Ea vero,  
 quæ hic dicuntur, saltem sunt physicæ conjecturæ. Superato vero, si  
 fieri potest, hoc fatali termino, tandem bonam senectutem attinget. At-  
 que hæc in numeratione annorum vitæ adversantium sufficiant, ubi 35  
 exquisite is annus, qui assignatur, forte ubique juxta effectum non re-  
 spondebit, sed fieri potest, ut uno anno vel dimidio, prius vel serius hæc  
 decreta proveniant, propter tempus nativitatis æstimate sumtum, id-  
 que præsertim in iis directionibus, quæ ab Ascendente &  $\oplus$  procedunt;  
 in cæteris non erit magnum discrimen. In reliquis vero annis, hic non 40  
 commemoratis, bene habebit; quamvis enim ex revolutionibus & pro-  
 fectionibus vel transitibus, aut aliqua inferiori causa aliquid adversi in  
 valetudine

39 valetudine caufari poſit, hoc tamen minoris || erit efficaciz & non magni momenti, cum præcipua ſit circa directionum decreta poteſtas.

#### DE DOMINO GENITURÆ.

Abſoluta pertractatione de vitæ curriculo cum inde concludi aſtrologice poſit, Inclytum hunc Natum ad ætatem diuturnam pervenire poſſe, conſequeſ erit de iis, quæ communiter in actionibus & ſtatu vitæ contingunt, iudicium ferre; ac primum quidem de Domino Genituræ dicam, eo quod is principalem ſignificationem in omnibus inclinationibus & actionibus obtineat. Conſiderando itaque juxta Aſtologorum rationabilia placita, invenio, quod VENUS ſit principalis gubernatrix in hac genitura, eo quod hæc loca utriusque luminaris & Aſcendens ipſum locumque plenilunii eccliptici præcedentem diſponat, & in mundo elevatur ſupra omnes alios verſus cuspitem Medii Cœli in apogæo ſui eccentrici. Hæc vero, quia Marti permilcetur per conjunctionem, & Mercurio ob || ejus domicilium, in quo verſatur, plurimum cum illis participat. Saturnus etiam in propria domo & carpento Almuten Aſcendentis & Dominus horæ in angulo imi cœli conſtitutus, Venerique per antilciam alligatus, non excludendam poteſtatem ſibi arrogat, ita tamen ut principale dominium ſit penes Venerem. Venus itaque gubernatrix principalis per ſe facit Natum delectabilem, lætum, amabilem, gratum, venuſtum, amatorem, voluptatibus luxui & libidini deditum, idque præfertim quia Marti permilcetur; juſtum tamen & beneficum reddit, & corporis decentem venuſtatem cum apta membrorum proportione largitur; ad rem tamen veneream aſidua cupiditate ſtimulat; facit tamen in omni vita nobilem, mundum, & in gerendis rebus alacritatem addit, non ſine gratia; delectabitur etiam plurimum Muſica, cantu, fidibus, ludis & choræis & picturarum aliarumque pulcrarum || rerum delectatione afficietur. Quia vero Veneri permilcetur Mars, dominus exiſtens loci ♀ per receptionem, audaciam magnam & animoſitatem addit, & rebus bellicis ac martialibus facit cum voluptate affici, præfertim quia eſt inter claras Erichtonij & Orionis ſtellas ♂ & ♀ conſtitutio, & Mars exquiliſte eſt in longitudine cum Bellatrice in ſiniſtro Orionis humero. Unde plurimum occupabitur hic Natus circa res bellicas, & in iis ingenium magnum cum celeri ſucceſſu habebit propter receptionem ♂ & ♀. Nam Mercurius, quia ♂ & ♀ loca diſponit, acumen & celeritatem ingenii addit in rebus gerendis. Saturnus vero, una prærogativam aliquam obtinens, cum ſit bene conſtitutus, conſtantiam addit, & gravitatem etiam quandam inſinuat, & profunda conſilia ſuppeditat cum laborum tolerantia; & famam etiam ita poſitus ex rebus geſtis magnam & diuturnum nomen pollicetur. || Hæc & ſimilia ex generali quadam ſignificatione ſtellarum, quæ præſunt & Dominium  
in

in genitura obtinent, effici, verifimile est. Nunc ad magis particularem considerationem accedamus.

#### DE COMPLEXIONE.

Temperamentum hujus inclyti Nati erit principaliter sanguineum, quod Medici temperatum ajunt, & calidæ humidæque qualitatis existit. Nam Ascendens ipsum & Domina ipsius Venus quartaque anni Lunæque constitutio, omnesque planetæ, complexionem significantes, sunt maxima ex parte in signis sanguinæ complexionis & triplicitate aërea, adeo ut duplicia sint testimonia calidi & humidi ad frigus & siccitatem: quales vero affectiones hæc complexio inducat, a Medicorum doctrina petatur. Non tamen erit hæc sanguinea crasis sine saturnina quadam gravitate & heroica Melancholia, quæ levitatem prioris Complexionis egregie temperabit, & a ludicris rebus ad alta consilia capescenda Natum || interdum revocabit.

#### DE MORIBUS & INCLINATIONIBUS.

Mores ut plurimum imitantur Temperamenti qualitatem; cum itaque complexionem significari sanguineam ex prioribus constat, Mores erunt hilares, alacres, amabiles, raro tristes, & gratiam affabilitatemque venustam largientes, cum a bidua delectatione in pulcris & jucundis rebus, quod ♀, Domina totius genituræ, & significatrix principalis morum, plurimum intendit, facitque una choræis, amoribus, voluptati, cantibus & musicæ apprime deditum. Sed propter commixtionem, quam habet cum ♂, facit nimis venereum & libidinosum & voluptatibus corporis nimium interdum indulgentem. Mars vero dominus loci ♀ unaque dispositio animæ, & Veneri permixtus, generositatem addit, & animum ad principatum adspirantem efficit, cum vindictæ cupiditate & injuriarum impatientia quadam; || divitiarum etiam acrem cupiditatem præbet, cum sit Dominus secundæ domus, fortitudinem insuper & audaciam donat, quâ sine metu periculis obvius eat: reddit vero inprimis ad bella gerenda & hostiles pugnas admodum proclivem, idque eo magis, quod ♂ sit in longitudine cum Bellatrice Orionis, quâ stellâ nulla alia ex fixis magis bella & hostiles effectiones significat; ♀ vero Martem recipiens, ingenii acumen & celeritatem in agendis rebus addit, præsertim in iis, quæ ad bellicam administrationem pertinent, & in martialibus negotiis ac operationibus versantur. ♃ vero, Almuten horoscopi, constantiam, gravitatem judicii & patientiam laborum addit. Atque hæc omnia fere conveniunt cum iis, quæ supra de significatione dominorum genituræ diximus; sunt enim iidem hic morum & inclinationum significatores. ||

DE

## 45 DE STATURA &amp; CONFORMATIONE CORPORIS.

Etſi corporis forma & conſtitutio ut plurimum progenitorum ſimilitudinem imitatur, tamen ſiderum decreta etiam hac in parte plurimum efficiunt. Indicatur autem in hac geneſi conſtitutio corporis decens, ſed  
 5 ad proceritatem potius quam brevitatem tendens, eo quod ♀ domina horoſcopi conſtituatur cum ♂ in ♀ exquiſite in apogæo ſui eccentrici, occidentales ambo a Sole. Quantum vero ad craſtitudinem attinet, mediocritas quædam ſignificatur, & media quædam conſtitutio inter  
 10 maciem & corpulentiam, idque indicatur tam ex ſigno Libræ horoſcopante & utroque ejus almuten, quam a Veneris etiam latitudine, quæ medio modo ſe habet. Tota vero proportio & conformatio corporis, ut uno verbo dicam, erit decens, pulcra, cum venuſto colore &  
 46 concinna membrorum forma. || Incedet tamen aliquo modo incurvis humeris propter ♀ conſtitutionem in horoſcopo.

## 15 DE INFIRMITATIBUS CORPORIS.

Quia nec luminaria nec Aſcendens læduntur partiliter malevolorum radiis, Natus non erit admodum valetudinarius, ſed fortis & ut plurimum proſpera ſanitate corporis præditus. Si quæ tamen adverſæ valetudinis erunt cauſæ, hæ potißimum erunt ex Joviali ſignificatione pro-  
 20 venientes. Jupiter enim dominus exiſtens 6<sup>æ</sup> domus & loci Lunæ admodum male conſtituitur in XII<sup>a</sup> domo, in decremento ſuo peregrinus, retrogradus, læſus inſuper ☐ ♂ partili. Unde portenduntur morbi, ut dixi, joviales, quales ſunt illi, qui ex hepatis affectione & ſanguinis in-  
 25 6<sup>a</sup> domo in platico quadrato Martis, debilitatem ventriculi, veſicæ & interdum etiam capitis ac cerebri inducit, quæ tamen non erit magni ||  
 47 momenti, quia Luna non partiliter male afficitur in ſexta, & eſt in ✕ ☉ & ♀ ♃ in termino beneficæ ♀<sup>ris</sup>. Quia vero ♂, ut dixi, lædit utrumque ſignificatorem, & ♃ dominum VI<sup>æ</sup> domus & Lunam in VI<sup>a</sup> conſtitutam,  
 30 per quadratum, & ipſe eſt cum Venere domina horoſcopi conſtitutus, portendit ex nimia crapula, luxuria & immoderata Venere valetudinis afflictionem & morbos ſignificat, qui ex his naturæ gravaminibus originem trahunt.

Erunt affectiones valetudinis, quibus obnoxius fiet, facile curabiles,  
 35 eo quod ſignificatores omnes ſint in terminis beneficorum Planetarum conſtituti, & Martis virus temperatur per præſentiam Veneris, quæ ſupra ipſum exaltatur, & ipſe per ſe eſt in bono ſtatu, cum ſit receptus a ♀ per ✕ aſpectum. Tempora vero ætatis, quibus imprimis erit obnoxius infirmitatibus, peti poſſunt ex iis, quæ ſupra in loco de vita com-  
 40 memoravi, idque quoad directiones attinet, quæ potißimum ſignificationem hac in parte obtinent; || profectio enim decreta non ita  
 48 evidentes

evidentes habent effectus, nec durabiles adferunt impressiones. Si tamen ex profectioibus etiam valetudinis impedimenta inquirere velimus, evenient hæc potissimum iis annis, quibus Ascendentis profectio Saturni malevolos radios assequitur, ut anno 1. 4. 7. 10. 13. 16. 19. 21. 24. 27. 30. 33. 36. 39. 42. 45. 48. 51. 54. 57, idque potissimum circa commemoratos ætatis annos ubique accidet mense 4<sup>to</sup>, qui in Julium cadit; unde hic mensis in prædictis annis erit valetudini adversus; idque præsertim ubi directiones malevolæ circa idem tempus coincidunt, ut anno 1, circa ejus medietatem; Anno 12, cum Ascendens venit ad  $\square$  h, Anno 24. 27. 36. 39. 42. & 57; in his enim annis malevolæ directiones concurrunt profectioibus. Poterit itaque Natus circa hæc præsertim tempora suæ valetudini bene prospicere, & non dare occasionem ex inferioribus causis, ut augeantur astrorum decreta, sed potius ea per bonam diætam & valetudinis sedulam curam impedire || & avertere. Atque hæc de iis, quæ ad corpus pertinent, sufficienter dicta sunt.

#### DE INGENIO.

Ingenii boni & acuti excellentes sunt in hac genesi significationes. Mercurius enim in  $\vee$  constitutus recipit  $\text{♂}$  ex domicilio per  $\times$  aspectum. Et ipse  $\text{♀}$  est angularis in cuspide 7<sup>æ</sup> domus applicans ad nodum  $\text{C}^{\text{næ}}$ , quem caput Draconis vocant; quæ constitutio insignem & evidentem solertis ingenii & miræ celeritatis acuminis in percipiendis rebus dispositionem non obscure largitur, præsertim quia  $\text{♀}$  est dominus IX<sup>æ</sup> domus, quæ scientiis attribuitur, &  $\text{♂}$ , ipsum recipiens, constituitur in IX<sup>a</sup> cum Venere. Accedit & hoc, quod alter Lunæ nodus constituatur in Ascendente. Erit itaque hic Natus admodum ingeniosus & solers, magnaque celeritate ea addiscet, ad quæ animum applicuerit; inprimis autem in publicis rebus & martialibus negotiis erit solers & ingeniosus; in scientiis etiam liberalibus, si eas tractaverit, evadet apprime peritus || & facile eas assequetur, præsertim in iis, quæ ad divinationes & ad politicam philosophiam pertinent. Plurima itaque concurrunt excellentis ingenii testimonia in hac genitura, nec obstat, quod  $\text{♀}$  sit motu tardus, &  $\square$  Saturni ex angulo lædatur: id enim potius difficultates quasdam & perturbationes nonnunquam Saturninas objicere potest, tot vero acuti ingenii indicia minime infringit.

#### DE EXERCITATIONE & STUDIO NATI.

Mercurius in hac genesi est principalis exercitationis significator, eo quod is sit in 7<sup>a</sup> domo angulariter constitutus, proxime egrediens radios solares, & disponens insuper loca  $\text{♂}^{\text{tis}}$  &  $\text{♀}^{\text{ris}}$ . Is itaque cum sit per receptionem in martialibus dignitatibus in domo 7<sup>a</sup>, portendit, quod Natus in suo opere & exercitio maxime delectabitur rebus martialibus, quæ ad



ad bellum & militiam exercendam spectant. Erit insuper venationi plurimum deditus, quia ♂ cadens ab angulo configuratur || Mercurio existenti in domo sua, qui juxta Hermetem venationibus plurimum affici & lucrosis ludis indulgere significat. Amabit interim & disciplinas liberales, & a rebus, quæ ad Medicinam, vel potius Chirurgiam, spectant, suo tempore non erit alienus, habebitque omnes ingeniosas artes & homines artificiosos in pretio. Gaudebit etiam fidibus ludere, & poesi ac picturarum pulchritudine afficietur, propter constitutionem ♀ in II in IX<sup>a</sup>, quæ disponit locum ☾ & habet terminum in loco ♀<sup>rii</sup>, una cum ☿ aspectu. Principalis tamen significatio exercitationum erit in iis, quæ dixi ex ♀<sup>rii</sup> & ♂<sup>tis</sup> natura mutuaque commixtione procedere, propter quam etiam ♀<sup>rii</sup> constitutionem & ea, quæ de ingenio dixi, maxime erit industrius in tractandis rebus.

## DE FORTUNA IN GENERE.

Abolutis iis, quæ circa corpus & animum considerantur, consequens erit de rebus fortunæ & externis || judicium instituere. Quantum igitur ad generalem fortunæ constitutionem spectat, deprehendo in hac genesi tres planetas in domo, vel receptione ex domicilio, quod idem est, constitui; h enim in ♁ in propria domo versatur, & ♀ est in ♃ in domo ♂<sup>tis</sup>; ipse vero Mars vicissim in II domo ♀, quod idem est, ac si uterque in propria domo constitueretur, præsertim cum hæc mutua receptio sit per ☿<sup>tilem</sup> aspectum, & ex bonis etiam cœli locis. Unde plus quam mediocris fortuna pollicetur in toto vitæ & actionum genere, eritque Natus maxima ex parte foelix & fortunatus in suis negotiis, bonumque & auspiciatum successum experietur in rebus gerendis. Accedit & hoc, quod Sol sit angularis in △ partili ♃ & ☿ aspectu ☾, omnesque planetæ, excepto solo ♃, bene se habent, & constituuntur in terminis beneficorum planetarum. Unde evidens fortuna in plurimis rebus || per totum fere vitæ curriculum generaliter significatur. In Iovialibus tamen & Ecclesiasticis rebus erit minus fortunatus propter infoelicem ♃ constitutionem.

## DE HONORIBUS &amp; DIGNITATIBUS.

Illustris honorum & dignitatum sublimium significatio in hac genesi existit ob splendidissimam, quæ est inter omnes in firmamento fixas, stellam, Alhabor appellatam, quæ in ore est Syrii, constitutam hic exquisite in cuspide M. C., quod per se etiam absque aliis testimoniis splendidum & magnificum dignitatis statum etiam in vulgarium hominum genituris, nedum in hac regia stirpe oriunda pollicetur. Perveniet itaque hic inclytus Natus ad celsum dignitatis fastigium, & a plurimis in maximo honore atque reverentia habebitur, & potentiam ac dominium in multos assequetur. Huic significationi adstipulantur & aliæ

aliæ fixæ stellæ in cardinibus, quamvis non adeo partiliter positæ, ut  
 capita Geminorum in X<sup>a</sup> domo, & Spica ♀ in Ascendente, Corona bore- 54  
 alis || paulo supra Ascendentis lineam elevata, & Corona meridionalis  
 exqvifite in cuspide imi cœli constituta. Atqve hæc qvoad fixas. Qvan- 5  
 tum vero ad planetarum testimonium attinet, est Sol principalis signifi-  
 cator bene constitutus in angulo, & qvoad optimum est, partiliter acce-  
 dens ad  $\Delta$  Jovis a  $\times$   $\zeta$  dominæ M. Cœli defluens, stipaturqve Sol, in  
 signo antecedente & seqvente, tribus planetis, & cœteri omnes bene-  
 volis radiis ipsum aspiciunt. Unde, non solum ex fixis stellis, sed etiam  
 qvoad planetarum Solisque imprimis statum, magna evidensqve for- 10  
 tuna significatur in honoribus & dignitatibus amplissimis celsiqve do-  
 minii eminentia acqvirendis; quia tamen ambo dispositores medii  
 cœli cadunt ab angulis, ♃ male constitutus in XII<sup>a</sup> domo &  $\zeta$  in VI<sup>a</sup>,  
 ♃ insuper Medium Cœli radio  $\odot$  ferit, portendit, ipsum etiam suo tem- 15  
 pore graves adversitates & difficultates experturum in suis dignitatibus,  
 adeo ut periculum sit, ne iis excidat, qvoad tamen penitus significari ||  
 non potest, cum alia se bene habeant; & ambo dispositores Medii Cœli, 55  
 tam ♃ quam  $\zeta$ , etsi cadant ab angulis, tamen exqvifite apicem decimæ  
 domus benefico intuentur radio, Jupiter qvidem per  $\times$ , Luna vero  
 per  $\Delta$  aspectum, qvoad plurimum etiam facit ad honorum fastigium 20  
 aseqvendum & conservandum. Tempora vero, qvibus imprimis for-  
 tunatus erit in aseqvendis amplis dignitatibus, erunt hæc: primo in  
 ipsa fere infantia circa annum 3 ætatis, cum  $\odot$  venit ad  $\Delta$  ♃ &  $\zeta$  ad  
 $\times$   $\odot$ , quamvis id evidentem effectum vix habere potest, siqvem non 25  
 contingat in legitima ætate & convenienti annorum Alfridaria. Circa  
 annum deinde 9 venit M. C. ad antisiam ♀, quæ domina est genituræ,  
 qvoad plurimum etiam in dignitatibus largiri potest. Imprimis vero erit  
 fortunatus in dignitatibus aseqvendis a 17 in 20 annum, cum ♀ genituræ  
 domina radios benevolos luminarium  $\zeta$   $\odot$  & ♃ sua directione aseqvi- 56  
 tur. Prius || etiam juxta 13 annum, cum M. Cœli sua directione duas simul  
 illustriores stellas fixas attingit, videlicet Meridionale caput  $\Upsilon$  & Pro-  
 cyonis lucidam, qvoad evidentius circa hoc tempus honores largitur,  
 quia illæ ab initio principaliter per fixam clarissimam in cœli culmine  
 positam significabantur. Circa annum insuper 29, cum M. C. venit ad  
 locum  $\oplus$ , & juxta 32, cum ipsa  $\oplus$  Solis triangulum attingit. Imprimis 35  
 vero circa 34 annum, quando eadem  $\oplus$  corpus ♃<sup>is</sup> aseqvitur, quamvis  
 infœliciter positi. Circa 44 etiam annum honoribus augmentabitur,  
 cum  $\odot$  accedit  $\square$ <sup>to</sup> ♃, quia is Solem ab initio  $\Delta$  aspexit. Erunt autem  
 difficultates circa annum 7 in dignitatibus, quia ♃<sup>o</sup> tunc pervenit ad  
 cœli culmen, sed hoc in ea ætate parum habet momenti. 29 vero jam 40  
 fere completo, Venus ipsa ad idem ♃ oppositum venit; unde hoc non  
 minus in dignitate quam valetudine detrimenti afferre posset, nisi ||  
 eodem

57 eodem tempore  $\oplus$  cœli culmen attingeret; unde varia erit circa illum  
 annum fortunæ vicissitudo. Anno 36, cum M. C. venit ad  $\times$   $\♂$ , & 41,  
 cum idem ad  $\times$   $\♀$  pertingit, foelicitas in honoribus portenditur. Post 55  
 5 vero ætatis annum, quando  $\odot$  sua directione corpus  $\♂$  aſequitur, ad-  
 verſitates erunt graves non ſolum in vita & valetudine Nati, ſed etiam  
 in ipſius honoribus & dignitatis ſtatu, ingruente etiam paulo poſt fatali  
 ſignificatione, quantum ad vitam attinet, ut ſuperius in loco de vita ex  
 directione præcipuorum Aphetarum ad diverſos Anaretas circa hoc  
 10 annorum, quibus Natus foelix erit in honoribus capescendis, vel in iis  
 adverſitates experietur, peti poteſt ex revolutionibus annorum fauſtis  
 vel adverſis incidentibus in conveniente ætatis Alfridaria, quas nimis  
 perplexum & longum foret hic ſigillatim perquirere, præſertim cum  
 58 per ſe ſingulæ amplam pertractationem habeant; eas || itaque peculiari  
 15 opera pertractandas hic prætermittendas duximus.

## DE DIVITIIS.

Iudicium de divitiis principaliter a conſtitutione  $\oplus^{næ}$  ejuſque Do-  
 mini petitur juxta Ptolomæi ſententiam. Utrumque vero in hac geneſi  
 ſe bene habet; nam  $\oplus$  eſt in  $\triangle \oslash$  termino Solis & in domo XI<sup>a</sup> ſucce-  
 20 dente in  $\square \odot$ . Sol vero ipſius Dominus eſt angularis in 7<sup>a</sup> in  $\triangle$  partili  $\natural$ .  
 Unde amplæ & firmæ portenduntur divitiæ, ſiquidem &  $\oplus$  & Sol in  
 ſignis fixis & terminis beneficorum foeliciter conſtituuntur. Altera ſigni-  
 ficatio divitiarum capitur a  $\♂$  domino ſecundæ domus, qui eſt fortis &  
 bene conſtitutus ob receptionem cum  $\♀$  & commixtionem, quam habet  
 25 cum benefica Venere. Cuspis inſuper 2<sup>æ</sup> domus bene ſe habet, eſtque  
 ibi ſtella fixa Bebenia partiliter conſtituta, quæ luminioſior Lancis  
 Meridionalis appellatur de natura  $\natural$  &  $\♀$ . Utraque hæc ſignificatio  
 59 plurimum facit ad ſplendorem divitiarum || & foelicitatem in iis conſe-  
 quendis non poſtremam largitur. Quia vero  $\♂$  principalis Almuten  
 30 divitiarum exiſtit, eo quod is domum ſecundam diſponat, habens una  
 triplicitatem &  $\times$  aſpectum in loco  $\oplus$ , ſignificat, quod præcipua oc-  
 caſio in acqvirendis divitiis erit ex re militari & victoriis ac rebus for-  
 titer geſtis. Quia vero is una eſt dominus 7<sup>æ</sup> domus & Veneri commi-  
 ſtus, recipiaturque a Mercurio in 7<sup>a</sup> conſtituto, aliquid etiam emolu-  
 35 menti in bonis fortunæ ſignificat cauſa mulierum vel conjugii. Poſit  
 inſuper conſtitutio  $\♂$  cum  $\♀$  in 9<sup>a</sup> aliquid lucri ex rebus Eccleſiaſticis  
 ſignificare, ſi non adeo eſet infœlix conſtitutio  $\natural$  in 12<sup>a</sup> domo, qui ſolus  
 in hac geneſi divitiis adverſatur. Eſt inſuper quiddam in hac genitura  
 conſideratione dignum, quod raro evenire ſolet, conſtitutio videlicet  
 40  $\natural$  in angulo 4<sup>æ</sup> domus in propria domo diſponens una cuſpidem 4<sup>æ</sup>, &  
 60 exiſtens in  $\triangle$  aſpectu  $\natural$ , aſpiciensque || domum ſecundam per  $\times$ , quod  
 26\* inſignem

insignem foelicitatem spondet in fodinarum metallicarum cultura & thesauris subterraneis acqvirendis. Qvapropter, si hæc tentaverit, non leve emolumentum divitiarum inde experietur; nec obstat quod h̄ sit stationarius incipiatqve retrogradus fieri, id enim moram & difficultates quasdam potius objicere potest, qvam hanc tam evidentem significationem penitus infringere. Tempora autem, qvibus major in cumulandis opibus erit foelicitas, circa virilem ætatem & post hanc maxime apparebunt, eo quod ☉ & ♂ principales significatores divitiarum ambo constituentur inter cuspidem 10<sup>æ</sup> domus & occasum. Specialius vero considerando erunt tempora divitiarum ex directione ⊕ fortunæ ad suos promissores: qvæ in hunc modum se habent. Circa 13 annum fit directio ⊕ secundum ordinem signorum ad ✕ ♀ bonamqve fortunam || in divitiis acqvirendis pollicetur. Iuxta 18 annum ⊕ contraria directione attingit antisiam ♂, qvi est dominus 2<sup>æ</sup> domus & significator divitiarum; unde a rebus & personis martialibus aliquid emolumenti portenditur. Circa 22 annum directio ⊕ ad antisiam ♀ etiam foelicitatem in divitiis largitur, præsertim causa mulierum vel donationum. Completo vero 23 anno attingit ⊕ sua directione in antecedentia ♂ h̄, unde hoc tempus erit infaustum in bonis fortunæ & divitiis accumulandis vel conservandis. Circa 30 annum ⊕ attingit Coeli medium unaqve Syrii splendidissimam stellam, unde splendide divitiæ circa hoc tempus promittuntur. Imprimis vero ab hoc tempore juxta 31 annum ad 36 labentem erit Natus admodum fortunatus in bonis fortunæ acqvirendis, qvia circa hoc tempus pertingit ⊕ ad multos benevolos promissorum radios, tam in consequentia signorum qvam antecedentia: videlicet ad △ ☉ anno 32; ad ✕ ♀ anno 33; ad ♂ ♀ anno 34; ad ✕ ☉ anno 35; ut ex utraqve directione ⊕ ab initio promissa patet. || Verum circa annum 43 ætatis aseqvitur directio ⊕ in consequentia □ aspectum ♂; unde non exigua jactura in bonis fortunæ circa hoc tempus portenditur ex causis martialibus. Circa 45 ætatis annum venit directio ⊕ ad △ h̄, quod etiam foelicitatem largitur in divitiis acqvirendis, præsertim in iis, qvæ Saturni constitutio fortis & bene disposita in angulo 4<sup>æ</sup> domus significat, & superius indicatum est eum insignem fortunam in rebus subterraneis & fodinis metallicis propter eam, qvam illic habet, constitutionem polliceri. Juxta 51 annum directio ⊕ ad ♂ ♀ in antecedentia bonam fortunam largitur in bonis externis acqvirendis, præsertim causa mulierum vel lucri. Circa annum vero ætatis 56 pars ⊕ contraria directione attingit corpus ♂, unde tam in rebus lucri & fortunæ qvam valetudine magna detrimenta circa hoc tempus portenduntur, ut ex iis, qvæ supra de vitæ spatio diximus, latius colligi potest. Atqve hæc tempora directionum ⊕ præsupponunt momentum || nativitatæ assignatum verum esse, quod si id paulo aliter se habuerit, tempora

pora etiam harum directionum variantur, adeo ut error 4 minorum in tempore nativitatis hoc loco integri anni errorem inducat. Quod monere volui, si forte contigerit effectus directionum non exquise incidere in annos jam assignatos.

5

## DE ITINERIBUS.

Quia Luna in hac genesi est in 6<sup>a</sup>, loco cadente, & ♂ insuper est in 9<sup>a</sup>, cadens ab angulo Lunæ configuratus per □ aspectum, & Sol est in angulo 7<sup>æ</sup> domus, idcirco, juxta Ptolomæi decreta, multæ & longinquæ peregrinationes portenduntur. Accedit & hoc, quod ♀ domina Ascendentis constituatur in 9<sup>a</sup> domo in ♀ domicilio ipsius versatili ♀, et ♀ dominus 9<sup>æ</sup> est in 7<sup>a</sup> recipiens Martem. Unde omnino portenduntur itinera crebra & non exigua. In quibus Natus erit fortunatus, quia ♀ benefica in 9<sup>a</sup> exaltatur supra ♂. Principalis vero causa itinerum erit ob res bellicas propter || Martis constitutionem in 9<sup>a</sup>, tum etiam causa conjugii vel mulierum propter Venerem ibidem constitutam. Mercurius vero, cum disponat ambo loca & simul domum 9<sup>am</sup>, causa scientiarum liberalium etiam aliquam itinerum significationem præbet.

64

15

## DE CONIUGIO.

Quamvis ♄, generalis significatrix conjugiorum in nativitatibus virorum existens, constituatur in 6<sup>a</sup> domo cadenti, & ♀ insuper sit in nona cadens ab angulo in ♂ ♂ & antisficia ♄, idque videatur adversitates in conjugio significare, tamen quia ♄ est in signo ♃ & terminis ♀ libera a partili aspectu malevolorum planetarum, & ♀ Almuten nativitatis elevatur in 9<sup>a</sup> supra omnes alios, idcirco eum in conjugio non admodum infelicem futurum existimo. Erunt tamen causa conjugii & mulierum aliquæ difficultates, quas tamen constitutio ♄ in 7<sup>a</sup> mitigat, & per se felicitatem in conjugio spondet, siquidem || hoc domum ejusque significata fortunat in qua reperitur, præsertim cum ♂ dominus 7<sup>æ</sup> domus sit cum ♀ domina Ascendentis receptus a Mercurio & ♄ existentibus in 7<sup>a</sup> domo, unde felicitas quædam in conjugio promittitur. Sed dissensiones & inimicitie erunt causa conjugii vel mulierum. Erit tamen meo judicio potius aliis amoribus deditus quam conjugio. Sed hæc tota consideratio de conjugio, siquidem plane res est voluntaria, non potest certo constare, & plurimum ab aliis inferioribus causis variatur.

25

65

30

35

40

Tempora vero, quibus Natus ad rem uxoriæ maxime inclinabitur, erunt circa 20 vel etiam 21 annum, quando ♀ attingit ✕ ♃ juxta Coeli Medium; vel etiam juxta 33 & 35 annum; aut, si circa hæc tempora uxorem non duxerit, juxta annum 47 inclinabitur, cum Luna ad 7<sup>am</sup> domum pervenit, quamvis hæc significatio debilior sit, præsertim in tam adulta ætate. Sed, ut dixi, hæc res magis ex voluntate hominis quam astris pendet. ||

DE

## DE LIBERIS.

66

Hoc etiam iudicium de Liberis parum certitudinis habet. Considerando tamen hanc genesin hac in re juxta Astrologorum placita, videtur, quod hic Natus non multos liberos sit procreaturus, quia  $\text{h}$  dominus 5<sup>æ</sup> domus est, & constituitur in signo sterili, ipsum insuper signum 5<sup>æ</sup> & 11<sup>æ</sup> domus sterile est. Si tamen aliquos progignet, erunt illi fortes bonæ constitutionis & longævi, propter foelicem  $\text{h}$  constitutionem in sua domo & carpento.

## DE PARENTIBUS, FRATRIBUS &amp; SORORIBUS, NEC NON DE SERVIS.

10

Judicium de his admodum incertum est, & potius ex cujuslibet propria genitura petendum. Quia tamen Astrologi solent etiam ex oblata nativitate iudicium de his ferre, breviter, juxta eorum sententiam, has quæstiones tractabimus. Patris status post nativitatem hujus filii primogeniti erit admodum fortunatus, eritque Pater in firma valetudine & || bono esse, quia ambo significatores Patris bene se habent. Sol in angulo 7<sup>æ</sup> domus in  $\Delta$  Iovis, &  $\text{h}$  constituitur in 4<sup>a</sup> in propria domo & aspectu  $\text{q}$  cum antifcia  $\text{q}$ . Matris status etiam erit bonus & fortunatus, quia  $\text{q}$  significatrix Matris in diurna genesi bene constituitur exaltata in 9<sup>a</sup> domo. Fratrum vero & Sororum conditio, qui post nascentur, non videtur admodum bene se habere, quia  $\text{q}$  eorum significator male afficitur in 12<sup>a</sup>. Idem esto de Servis iudicium, siquidem  $\text{q}$  una dominus est 6<sup>æ</sup> domus. Colligitur itaque, quod Natus non admodum erit fortunatus quantum ad Fratres & Sorores, qui post ipsum nascentur, & in Servis etiam molestias ac difficultates experietur. Sed totum hoc iudicium frivolis, ut dixi, nititur fundamentis, siquidem totum extra Natum consistit.

## DE AMICIS &amp; INIMICIS NATI.

Amici hujus Nati erunt homines solares, ut Reges & Principes, & ii qui in dignitatibus amplis || constituuntur, eo quod  $\odot$  sit dominus 11<sup>æ</sup> domus, &  $\oplus$  in ea foeliciter constituatur; ipse vero erit fidus & beneficus erga suos amicos, quia  $\text{q}$  domina Ascendentis simul disponit locum Solis domini 2<sup>æ</sup> domus. Inimici vero Nati erunt homines Joviales & Mercuriales, quia Jupiter infœliciter constituitur in 12<sup>a</sup>, &  $\text{q}$  dominus 12<sup>æ</sup> est in 7<sup>a</sup>. Per Joviales intelliguntur Ecclesiastici, Clerici & Jurisperiti; Mercurius vero totus in naturam  $\text{m}$  transit, quia ab eo recipitur & in ejus domicilio constituitur. Unde cum Martialibus hominibus, quales sunt viri bellicosi & armigeri, inimicitias grandes habebit, & multis dibidiis cum talibus implicabitur. Atque tales erunt aperti inimici Nati: occulti vero ii qui a Jove portenduntur. Videtur etiam constitutio  $\text{q}$  vis in 12<sup>a</sup> significare occultas inimicitias cum fratribus & consanguineis. Significat etiam aliquid causa servorum, quia  $\text{q}$  disponit tam domum

3<sup>am</sup>

69 3<sup>am</sup> quam 6<sup>am</sup>, || & in 12<sup>a</sup> male constituitur. Videtur etiam ♃ causa reli-  
 gionis aliquas diſſenſiones ſignificare, quia ipſe eſt ita affectus in 12<sup>a</sup>, &  
 quia ☿ eſt ſimul 12<sup>æ</sup> & 9<sup>æ</sup> Dominus, & Mars dominus 7<sup>æ</sup> constituitur  
 in 9<sup>a</sup>. Unde procul dubio cauſa religionis tumultus erunt, & Natus inde  
 5 diſidia ac inimicitias habebit. Mercurii inſuper conſtitutio in 7<sup>a</sup> cauſa  
 conjugii vel mulierum quasdam portendit apertas inimicitias. Quia  
 vero dominus Aſcendentis & domus 7<sup>æ</sup> in hac genitura conjunguntur,  
 & ♀, domina exiſtens Aſcendentis, elevatur ſupra Martem dominum  
 7<sup>æ</sup> domus, tam qvoad mundum verſus cœli apicem, quam qvoad lati-  
 tudinem borealem, & ipſa qvovqve eſt in apogæo ſui eccentrici, idcirco  
 10 non obſcure colligitur, qvoad Natus hic ſuos inimicos ſuperabit, & illis  
 erit potentior, & victoriam maxima ex parte ab hoſtibus & inimicis  
 ſuis reportabit. Caveat tamen diligenter Natus, ne aliquando per ini-  
 micos ſuos in captivitatem vel exilium deveniat; habet || enim captivi-  
 tatis ſignificationem non levem, quia ☿ dominus 9<sup>æ</sup> domus eſt in 7<sup>a</sup>, in  
 15 eſſentiali dignitate ♂ in ♃ conſtitutus & ſimul læſus □ radio ♃. Qvi  
 poſitus multis captivitatem ſignificavit. Sed quia ☿ in hac geneſi reci-  
 pitur a ♂ & eſt cum ♄, ac ♃ beneficus in 12<sup>a</sup> conſtituitur, quamvis ad-  
 modum debilis & damnatus, idcirco adhibita diligenti proſpectione  
 20 poterit hanc captivitatis ſignificationem irritam reddere, pericula ta-  
 men non deerunt gravia, ſi occaſionem non vitaverit.

## DE MORTE.

Qvoniaſ luminaria in hac genitura non ſunt in malevolorum Pla-  
 netarum inimicis radiis, nec in ſignis violentis, ſed potius in aſpectu  
 25 beneficorum Planetarum, & in ipſorum domibus ac terminis, & nulla  
 alia congruit mortis violentæ ſignificatio; idcirco morietur hic Natus  
 morte prorsus naturali, & nulla aderit violentia, propter quam diem  
 71 claudat || extremum. Nec obſtat, qvoad Venus domina horoſcopi & lu-  
 minaris conditionarii ſit cum ♂; nam ea per ſe benefica eſt, & copu-  
 30 latio hæc non fit in ſigno violento, Venere etiam ab ipſo Marte rece-  
 dente & ſupra eum elevata exiſtente. Mors itaqve Nati, ut dixi, omni  
 carebit violentia & plane naturalis erit. Ægrotudo vero, ex qua diem  
 extremum claudet, erit ex ſignificatis Veneris; & ſine dubio, per ni-  
 miam luxuriam & crapulam aut rei venereæ immoderatum uſum,  
 35 ipſemet præbebit occaſionem morbi, ex quo hinc in æternitatem mi-  
 grabit, quia ♀ eſt domina 8<sup>æ</sup> domus, & etiam 1<sup>æ</sup>, ipſaqve Marti parti-  
 liter copulatur, qvi dominus eſt occidentis. Tempora vero, in quibus  
 maxima incurrent vitæ diſcrimina, commemoravi ſupra in loco de  
 vitæ curriculo, unde ea peti poſſunt; imprimis vero maximum vitæ  
 40 periculum imminere videtur juxta 56 ætatis annum, vel paulo poſt,  
 anno uno, vel altero ad ſummum, ſeqvente, propter coincidentes vari-  
 orum

orum aphtarum || directiones ad diversos anarætas, quæ circa hoc 72  
 ætatis tempus accidunt; ut ab initio in enumeratione annorum fata-  
 lium copiosius declaravi.

Oportet autem totum hoc iudicium, de vitæ curriculo & fatali ter- 5  
 mino, non, tanquam ex inviolabili decreto proveniat, intelligere, sed  
 faltem existimare, esse hanc prædictionem conjecturam quandam phy-  
 sicam, quæ non necessario ita operatur, sed potest ex variis causis, etiam  
 inferioribus, mutari. Deus insuper, auctor naturæ & dator vitæ  
 omnisque boni, suo arbitrio libere omnia disponit; cui soli  
 debetur vera & perfecta futurorum scientia; is enim per- 10  
 fecte novit & disponit omnia, & ad ipsius Nutum tota  
 natura gubernatur. Ipse itaque solus orandus, ut  
 vitam nostram gubernet, ac prosperos suc-  
 cessus largiatur, impendentesque cala-  
 mitates avertat. 15

*Ille potest Solis currus inhibere volantes,  
 Ille augere potest, tollere fata potest.*



HOROSCOPUS PRINCIPIS  
HULDARICI  
(1579)

HOROSOPUS PRINCIPIS

**H**OROSOPUM PRINCIPIS HULDARICI nunc primum edimus  
e codice Hauniensi Ant. Coll. Reg. 1822 in 4°.

INCLYTO INFANTI HULDA-  
RICO FRIDERICI DANIÆ ET NORVAGIÆ  
REGIS POTENTISSIMI ET FÆLICISSIMI  
FILIO SECUNDOGENITO

HANC GENETLIACAM E CÆLJ SI-  
DERUMQUE CONSTITUTIONE ASTROLOGICAM  
DIIUDICATIONEM FECIT & HUMILITER DI-  
CAUIT TYCHO BRAHE OTTONIDES  
ANNO 1579 MENSE MAIO

INCLYTOTINFANTHULDA-  
RICO FRIDERICI DANIE ET NORVAGIE  
REGIS POTENTISSIMI ET FELICISSIMI  
FILIO SECUNDOGENITO

HANC GENITELIACAM ECGELSI  
DERUMQUE CONSTITUTIONE ASTROLOGICAM  
JUDICATIONEM FECIT & NUMULTER DI  
CAUIT TYCHO BRAHE OTIOMIDES  
ANNO 1599 MENSE MAIO

1<sup>v</sup>




TEMPUS huius Inclytæ Genituræ mihi relatum & æstima-  
 tiue sumtum fuit Anno 1578 Decembris die 30 hora 5  
 m. 30, ad quod cœlij siderumque positum ordinauj, vt  
 in sequentj delineatione patet, distributionem domorum  
 per circulum verticalem ex interfectione Horizontis &  
 Meridianj procedentem probabiliter instituens; loca vero  
 quorundam planetarum tam secundum longitudinem quam latitudi-  
 nem secundum propriam in eorum motu experientiam emendauj, præ-  
 fertim ☉ ☾ ♂ ♀ ♃, & in latitudine h̄ vtrumque calculum aberrare de-  
 prehendj; rationes vero huius immutationis non est huius locj reddere,  
 sed sufficit veritatj quam proxime accedere studiosos esse. ||

5

10

2<sup>r</sup>



LATITUDINES PLANETARUM AB ECCLIPTICA.						
♄	0.	0.	in Ecliptica	♀	1. 0.	Merid. Ascend.
♃	1.	24.	Sept. Ascend.	♃	1. 45.	Merid. Descend.
♂	0.	30.	Sept. Ascend.	☾	2. 30.	Merid. Ascend.

15

ASPECTVS

ASPECTVS PLANETARUM ET ANTISCIÆ.															
♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	G. M.	☉	☽	G. M.
	✳	□	△		♁		△	□	✳		♀	5. 40	♎	♋	24. 20
	♁		△	□	✳		♃		✳	□	△	10. 3	♎	♏	19. 57
✳	□	△		♁		△	□	✳		☾		16. 50	♎	♌	13. 5
□	△		♁		△	□	✳		☉		✳	19. 0	♌	♍	11. 0
□	△		♁		△	□	✳		♀		✳	19. 40	♌	♍	10. 20
□	△		♁		△	□	✳		♃		✳	25. 35	♌	♍	4. 25
♁		✳	□	△		♁		△	□	✳		26. 10	♐	♈	3. 50

2v

5

PROFECTIONES ANNVÆ PRÆCIPVÆ.															
Afc.	M. C.	☉	☾	♁	♃	♄	♅	♆	♇	♈	Anni Ætatis Labentes.				
9	14	19	17	7	25½	10	26	6	20						
♏	♋	♓	♎	♐	♓	♎	♋	♈	♓		1	13	25	37	49
♐	♌	♎	♈	♑	♎	♌	♋	♌	♋		2	14	26	38	50
♑	♍	♈	♍	♈	♓	♌	♋	♌	♈		3	15	27	39	51
♒	♎	♍	♌	♌	♌	♎	♎	♍	♍		4	16	28	40	52
♓	♏	♌	♍	♓	♌	♈	♏	♏	♌		5	17	29	41	53
	♐	♍	♎	♎	♍	♍	♐	♏	♍		6	18	30	42	54
♈	♑	♎	♏	♈	♌	♌	♑	♐	♎		7	19	31	43	55
♉	♒	♏	♐	♍	♏	♍	♍	♑	♑		8	20	32	44	56
♊	♓	♐	♑	♌	♐	♎	♎	♍	♐		9	21	33	45	57
♋	♈	♑	♍	♍	♏	♏	♓	♌	♑		10	22	34	46	58
♌	♉	♍	♌	♎	♐	♐	♎	♓	♍		11	23	35	47	59
♍	♊	♌	♓	♏	♌	♑	♈	♎	♌		12	24	36	48	60

10

15

20

DIRECTIONES

3<sup>r</sup> DIRECTIONS APHETICORVM LOCORVM.

Ascendentis.			Medij Coeli.		
Ad	G.	M.	Ad	G.	M.
☐ ♃	1	39	✳ ☾	2	26
♁ ☾	8	25	☐ ☉	4	27
☉ ♃	18	20	☐ ♀	5	4
Cor ♁	25	36	☉ ♀	9	3
△ ♂	26	6	☐ ♃	10	38
☉ ♂	37	3	♁ ♂	11	0
♁ ♀	39	19	✳ ♀	20	17
⊕	42	26	♁ ♃	25	1
✳ ♃	47	1	☐ ☾	31	17
♁	57	44	△ ☉	33	28
△ ☉	60	28	△ ♀	34	9
△ ♀	61	28	△ ♃	40	10
△ ♃	70	20	Aldeboram	49	40

Sequuntur Directiones Solis cuius Circulus positionis est 53 Graduum.  
Descensio obliqua 257. 53. ||

3<sup>v</sup> SOL in  
20 Antecedentiam. Consequentiam.

Ad	G.	M.	Ad	G.	M.
✳ ♃	11	52	♁ ♃	8	55
✳ ♀	16	19	☐ ♂	9	43
☉ ♂	26	32	☐ ♃	29	26
☉ propr.	41	11	♁ ☾	36	19
✳ ☾	35	44	☉ ♃	45	25
☐ ♀	46	1	✳ ♂	52	58
✳ ♃	55	5	☉ ♂	63	39
			♁ ♀	65	53

30 LVNÆ Circulus positionis 55. Descensio obliqua 292. 4 in  
Antecedentiam. Consequentiam.

Ad	G.	M.	Ad	G.	M.
☐ ♃	6	47	☉ ♃	9	44
Occafum	8	25	✳ ♂	17	24
☐ ♂	26	50	☉ ♂	28	21
♁ ♃	27	39	♁ ♀	30	37
♁ ♀	37	58	△ ♃	38	13
♁ ☉	36	19	♁	48	47
✳ ♃	47	1	✳ ☉	51	34
✳ ♀	51	30	✳ ♀	52	34
△ ♂	61	2	✳ ♃	61	23

Partis

Partis FORTVNÆ polus 45. Ascensio obliqua 149. 30 in  
Antecedentiam. Consequentiam.

Ad	G.	M.	Ad	G.	M.	
☿ ♀	2	15	✳ ♃	4	12	
☽ ♂	4	35	△ ☉	16	1	5
△ ♂	15	26	△ ♀	16	54	
☉ ♃	23	28	△ ♃	24	41	
☿ ☾	33	30	△ ☾	52	40	
☽ ♃	40	36	☐ ☉	55	32	
☐ ♂	59	42	☐ ♀	56	25	10
☿ ♃	60	30	☉ ♀	63	12	
			☐ ♃	64	16	

Sequitur Directio Martis Domini Genituræ cuius Circulus positionis  
est 12. Ascensio obliqua 21. 47. ||

#### DIRECTIO MARTIS.

Ad	G.	M.	Ad	G.	M.	
✳ ♀	8	39	☉ ♀	41	16	
☿ ♃	13	22	☉ ☉	42	40	
☐ ☾	18	52	△ ☾	48	46	
△ ☉	20	54	Aldeboram	38	0	20
△ ♀	21	32	☐ ♀	37	13	
△ ♃	27	12	✳ propr.	58	45	
☉ ♃	35	57				

Abfoluimus itaque cum enumeratione directionis præcipuorum lo-  
corum (vbj 6l minuta vnj anno æquialere cenfemus ex motu Solis  
diurno radice) potiſſimam partem eorum, quæ ex Astronomicis ſuppu-  
tationibus in adminiculum requirunt prædictiones Genethliacæ, qui-  
bus pro ſequentium iudiciorum fundamento jaçtis, ad ea, quæ ex Astro-  
logia ad diiudicationem petenda veniunt, prius generaliter explicanda  
accedemus, ordinemque dicendorum aperiemus. ||

#### DE PLANETARUM CONDITIONIBUS IN HAC IN- CLYTA GENITURA.

**S**ATURNUS est in ſua domo, triplicitate & termino, ideoque in ſuo  
ſcarpento, eſtque directus & velox, ideoque eſſentialiter fortis & bene  
conſtitutus cenſetur. Verum quia eſt occidentalis combuſtus a ☉ & in  
ſexta domo cadente ſimulque læſus a ☐ ♂ partilj ex angulo M. C., ideo  
accidentaliter eſt debilis & infortunatus.

JVPITER liber eſt a radijs ☉<sup>lis</sup>, orientalis, in △ partilj ♀, per recep-  
tionem triplicitatis, eiudemque cum ♂ receptione mutua, velox di-  
rectus & in domo ſuccedente. Eſt itaque ſatis fortis & fortunatus, nihil  
obſtante



obstante quod sit in eo loco peregrinus, nam recipit Venerem ex sua domo per triplicitatem, vt dixj, per aspectum beneuolum. ||

5<sup>v</sup> MARS est in sua domo & triplicitate ideoque in suo carpento, estque in sua persona, et recipit Solem ab exaltatione liber a radijs, directus, velox motu, in optimo & fortissimo cœlj loco in angulo Medij Cœlj, in antisficia partilj Veneris. Est itaque Mars in hac genesi fortissimus & optime fortunatissimeque constitutus, ita vt vix aliquid desiderari possit, nisi quod sit in □ h partilj, a quo tamen recedit, & ipse est Saturno sublimior ipsumque potius per □ deprimat. Adde quod □ iste fit longus, vnde naturam beneuolam trigonj acquirit & ob id etiam minus nocet.

SOL etsi sit in mutua receptione cum Marte, ab exaltatione ipso Marte felicissime constituto, & insuper est in termino beneficæ ♀ & ☿ platico ♃, vt idcirco possit essentialiter aliqua ex parte fortis viderj, tamen quia est in sexta domo abiecta & cadentj læsus & oppressus ab utroque malefica, coniunctione h<sup>ni</sup> cui applicat & □ ♂, cum partilj permixtione ♃rij, qui h<sup>ni</sup> naturam induit, est insuper peregrinus in illo loco, ex quibus omnibus colligitur quod Sol sit plurimum debilis & infortunatus.

20 VENVS est in sua exaltatione triplicitate & termino ideoque in suo carpento in trino partilj ♃, quem recipit in ipsius domo per triplicitatem, estque in sua persona, directa libera a radijs Solaribus & occidentalis, ideoque ♀ est fortissime & fortunatissime constituta, nihil obstante quod sit in domo VIII<sup>a</sup>, eo quod hæc domus est succedens, & præter vitæ negotia fortis. ||

6<sup>v</sup> MERCVRIVS etsi sit in sua persona quo ad Lunam & sit motu suo velox & directus, tamen quia est combustus a Sole in domo sexta cadente læsus partilj coniunctione h<sup>ni</sup> & □ ♂ quibus applicat, ideo admodum debilis & infortunatus est transitque hic in Saturnj naturam, eo quod corporaliter ipsj applicat vnaque in domo & carpento h<sup>ni</sup> existat.

30 ( LVNA est libera a radijs in ipso limine suæ apparitionis, velox motu in angulo septimæ domus in sua persona & in antisficia aspectuque partilj beneficj ♃. Est itaque ipsa satis fortiter & fortunate constituta, nihil obstante quod in eo loco peregrina sit, cum sit in sua persona prout diximus. ||

7<sup>r</sup> DE STELLIS FIXIS IN PRÆCIPUIS FIGURÆ LOCIS  
CONSTITUTIS.

**I**N linea Ascendentis est Canis minoris lucida stella magnitudinis primæ de natura Martis & Mercurij.

40 In Medio Cœlj est vmbilicus Andromedæ, quem Mirach vocant, stella secundj honoris de natura ♀.

In Occafu eft Lucida Coronæ Gnofiæ partiliter conftituta, ftella clara plus quam fecundæ magnitudinis, de natura ♀ & Mercurij.

In Imo Cœlj eft Spica ♄, ftella primæ conditionis de natura ♀ & parum ♂, vt uult Ptolomeus, vel ♀ & ☿, vt recentiores sentiunt, & licet hæc ftella ibidem 3 gradibus a cuspide remota fit, tamen fatis partiliter in angulo Imi Cœli locatur. || Cum Sole nullæ funt fixæ memorabiles neque cum ☿<sup>rio</sup>, quj Solj partiliter quo ad longitudinem coniunctus eft.

Saturnus etiam cum nullis insignioribus fixis partiliter copulatur, nifi quod fit fecundum longitudinem cum Vulture volante ftella primæ magnitudinis de natura ♄ & ♂.

♃ eft exquisite cum Chele australj ♁ ftella fecundæ magnitudinis de natura ♄ & Martis vel potius, vt alij volunt, ♃ & ☿, quibus & ego aftipulor.

♂ eft cum ftellis in cornubus ♃ de natura propria & ♄<sup>ni</sup>.

♀ eft cum paruulis ftellis in effufione ♁ de natura ♄ & ♃.

♄ eft exquisite cum duabus ftellis in cauda ♁ de natura ♄ & ♃ & funt magnitudinis tertię. ||

Hactenus abfoluimus potiſſimam partem eorum, quæ tam ab Aſtronomia quam ab ipſa Aſtologia, pro cœteris iudicijs conſtituendis, fundamentj loco, requiruntur. Accedentes itaque ad huius inclytæ Genituræ prædictiones ex Aſtologiæ phyſicis fontibus petitas, eas ſecundum probatiſſimorum hac in arte ſcriptorum, tum etiam juxta propriam experientiam obſeruationemque, quam hactenus in hac philoſophiæ parte aſequuti ſumus, ſine inductione Stoicj alicuius fati, exequamur, idque talj ordine vt totum hoc negotium in tria principalia membra diſtinguamus juxta triplicem differentiam eorum quæ hominibus in hac mortalj vita eueniunt; partim ex ijs quæ Corporis proſperitatem vel aduerſitatem reſpi-||ciunt, partim quæ Animum eiusque affectionem ſequuntur; partim etiam quæ ad Bona fortunæ externa pertinent; atque hæc tria principalia membra inſuper particularius diſtribuemus, prout euentus diuerſi ſub his dijudicandi veniunt, idque in hunc modum efficiemus.

In prima parte, vbj ea quæ ad Corporis ſtatum affectionemque pertinent dijudicabo, hæc ordine excutiam.

I De generalj Genituræ domino, penes quem maxima iuriſdictio & autoritas in ſequentibus iudicijs reperitur.

II De nutritione.

III De vita eiusque curriculo.

IIII De complexione.

V De habitu & forma Corporis.

VI De vitijs & morbis Corporis. ||

9<sup>r</sup> In altera parte, vbi ea quæ Animum spectant proponam, considerationem instituat

I De moribus.

II De ingenio & qualitate Animj.

5 III De vitijs & ægritudinibus Animj.

Vltima pars, quæ de Bonis externis & fortunæ, quæque hominj aliunde proueniunt, aget, pluribus capitibus distinguetur; tractabit enim

I De fortuna in genere.

II De itineribus & peregrinationibus.

10 III De exercitatione & opere.

IIII De diuitijs.

V De honoribus & dignitatibus.

VI De coniugio.

VII De liberis.

15 VIII De amicis & inimicis.

IX De seruis.

X De morte. ||

9<sup>v</sup> Hac itaque obseruata methodo, iudicium genethliacum huius inclytj nati aggrediemur, cœtera quæ superstitione & friuole magis quam  
20 artificialiter a plerisque Astrologiæ scientiam venditantibus & sine iudicio experientiaque profitentibus, credulæ turbæ tanquam minus firma & veritatj consona relinquentes, præsertim cum et hæc, quæ citra superstitionem proponemus, minime talia sint vt euidens, immutabilis & omnibus modis absoluta in ijs certitudo requirj possit. Nam non  
25 solum e prima causa rerum omnium effectrice & moderatrice sed etiam ex secundis & longe inferioribus sæpenumero mutarj possunt. ||

10<sup>r</sup> PARS PRIMA. DE IJS QUÆ AD CORPORIS BONA PERTINENT.

30 **Q**UIA Corpus est fundamentum, in quo hominibus ea, quæ in hac mortalj vita prospera vel aduersa contingunt, euenire oporteat (est enim illud ipsius Animæ domicilium, in quo suas actiones elementaribus affectionibus propter Corporis dissolubilem naturam obnoxias exerit), ideo omnium primo de Corpore eiusque accidentibus considerationem instituire operæpretium erit. Et particularius hac in parte post  
35 vniuersalem Genituræ dominj inquisitionem de nutritione & vita eiusque curriculo iudicium instituire aggrediemur, eo quod sine huius aliqua cognitione quæ superstruuntur friuola essent. ||

10<sup>v</sup> DE DOMINO GENITVRÆ.

40 Dominum Genituræ Astrologj eligunt planetam penes quem maxima est in Genesi autoritas quique loca hylegialia disponit, quo in toto iudicio tanquam generalj significatore vtuntur.

hoc anno in antecedentiam per directionem veniat ad ♀ constitutæ in VIII<sup>a</sup> domo, nihil officit, cum Venus sit stella benefica & ibidem admodum feliciter & bene constituta. ||

Anno quarto nulla incidit directio maleuola nullaque infausta profectio Ascendentis vel Lunæ; imo Ascendens hoc anno per profectioem venit ad corpus ♃, & Lunæ in Taurum profectio bene se habet; solus itaque ☉ in Arietem ad corpus Martis via profectiois delatus circa primam annj quadraturam aliquam calidam & acutam discrasiam significare poterit, præsertim quia ♂ in reuolutione sublimis in cœlj fastigio existens Lunam exorientem ☐ partili afficit. Saturnus etiam statim in initio huius annj denuo per locum ☾ radice transit, vnde aliquid iniucundj languoris in valetudine huius inclyti infantis adferre forsitan poterit, quod tamen vna cum priorj aduersa significatione leuius erit || quam quod sensibile aliquid nocumentj in vita natj adferre possit, sed saltem morbillos quosdam & leuiora quædam incomoda, quibus tenera illa ætas est plerumque obnoxia, inducere, præsertim cum hoc quarto ætatis anno nullæ coincident maleuolæ directiones, quæ vitæ aut valetudinj infestæ esse possent. Superabit itaque meo iudicio hic inclytus infans & hunc quartum nutritionis annum & adhibita mediocrj cura & diligentia satis prospera valetudine in eo vtetur, non obstantibus plurimum leuioribus istis (vtj dixj) aduersis significationibus. Completis itaque primis quatuor nutritionis annis ad reliquum totius vitæ curriculum perpendendum diiudicandumque procedamus. ||

#### DE VITA EIVSQUE CVRRICVLO.

Sol dominus Ascendentis & per se generalis vitæ significator existens, læditur quidem a partilj copulatione Saturnj & quadratura ♂ in domo abiecta & a vita aliena; sed recipitur per exaltationem a ♂ foelicissime constituto, et h<sup>us</sup> essentialiter fortis Solem in suo carpento excipit. Solum itaque est quod noceat plurimumque obsit, videlicet quod hic concursus fiat in sexta domo quæ cadit & ab Horoscopo auersa est. Itaque hæc significatio pro vita mediocris est sed accidentalem quandam debilitatem a morbis diuturnis indicat; essentialiter vero robur vitæ non || plurimum labefactat. Considerando vero & in consilium etiam adhibendo reliquos vitæ significatores, occurrit primo Ascendens, quod per se est forte in prima decuria ♄ signo admodum viuacj, estque liberum a maleficarum radijs in termino beneficæ ♀ & in ☐ longo vitalis Iouis ipsiusque antisicia; quapropter illud robur vitæ auget & confortat; Luna etiam luminare conditionarium & apheticam significationem (vt post dicetur) in hac inclyta Genitura sortita, est satis fortis in angulo, libera a maleficis in aspectu antisiciaque beneuolj Iouis & Martis fortunatj & Genituræ dominj, vnde ea vitam || conseruat, fortemque

- que eius conditionem notat. Pars fortunæ insuper, quæ est Lunaris quidam Horoscopus, etsi sit cum ☿, tamen ab ea recedit & partiliter applicat ✕ ♃ & ☽ ♀ estque in antisca Martis fortunatj, vnde hoc roborj vitæ nihil detrahit sed ipsum potius confortat & conseruat. Locus demum nouilunij præcedentis in medijs partibus ♃ etsi in sextam domum cadentem & auersam incidat, tamen quia est in ✕ ♃, mediocriter se habet, estque eius significatio quo ad vitam non magnæ autoritatis, vnde fortitudinij vitalj nihil addit vel minuit.
- 17<sup>v</sup> Cum itaque ex his quinque principalibus hylegialibus locis || maxima  
 10 & potissima pars sit fortis libera a maleficis & in beneficorum radijs foeliciter constituta, iudico ex generalj quadam consideratione huius inclytj natj vitam futuram satis robustam & diuturnam, ipsumque ad bonum senium peruenturum, modo quosdam incidentes maleuolos anaretarum per directionem occurfus (quos postea commemorabimus)  
 15 euaserit. Nam & ipse Genituræ dominus, qui vniuersalem habet in hac Genesj significationem, est in loco maxime aphetico optime & felicissime tam essentialiter quam accidentaliter constitutus & in antisca felicitis &  
 18<sup>r</sup> beneuolæ ♀, || vnde is plurimum vitalem significationem adauget & ad vitæ diuturnitatem plurimum addit. Numerum vero annorum vitæ  
 20 particularius definire difficile est; si tamen Arabum hac in re placita sequi placuerit, erit Luna absque controuersia apheta quem illj Hylech nominant, cumque Saturnus dispositor locj ☾ eam non aspiciat, Alchochoden esse nequit, præsertim cum etiam sit combustus. Recurrendum itaque ad ♃, qui in loco ☿ triplicitatem & terminum obtinet eamque  
 25 per antisca partilem & aspectum ☐ intuetur. Is itaque meo iudicio verus Alchochoden existit, qui cum sit in domo succedente orientalis  
 18<sup>v</sup> receptus || per triplicitatem, mediocriter bene se habet; donatque ideo annos suos medios, qui sunt 45½, quibus ♀ aspiciens ♃ per ✕ partilem addit annos suos minores, qui sunt 8; vt sit tota summa annorum 53½,  
 30 atque hæc esse secundum Arabum sententiam summa annorum vitæ natj. Latinorum vero placitis insistentes, Martem Genituræ dominum pro datore annorum vitalium accipiemus, qui cum sit optime constitutus in fortissimo & eminentissimo cœlj loco inque suis essentialibus dignitatibus, tribuit is per se annos suos maiores 66, quibus maleuolentia Saturnj propter ☐ partilem ad ☽ e do-||mo sexta annos ipsius  
 19<sup>r</sup> minores 30 aufert restantibus 36; quibus ♀ propter antisca & ✕ aspectum platicum, quem cum Marte habet, bis annos suos minores 8 addit, quibus duplicatis & prioribus adiunctis provenit summa annorum vitæ nati 52 a priori per Arabum ratiocinationem collecta non multum discrepans; vt sit iuxta vtramque rationem ætas huius inclyti nati futura  
 40 annorum circiter 50 vel paulo plus. Verum cum hic modus colligendj spacium vitale non sit satis firmus nec vbique experientiæ respondeat ideoque

ideoque a Ptolomeo & probatoribus Astrologis negligitur, || nos etiam 19v  
 pro incerto eum miſum faciemus & ad experientiæ magis conſonam  
 rationem accedamus, et directiones præcipuas apheticorum locorum  
 ad conuenientes anaretas perpendentes, ſi hinc non ipſiſimum vitæ 5  
 terminum præfinire, ſaltem eos ætatis annos, quibus maximum vitæ  
 imminet discrimen, indicare poſimus, vt periculum, quod circa illa  
 tempora imminet, cautius & diligentius declinare & euitare poſit, &  
 vitæ diurnitatem, quantum poſſibile erit, eo melius & feliciter con-  
 ſeruare. Recenſebo itaque ordine præcipuos fatales occurſus apheti-  
 corum locorum || ad debitos anaretas, conſtituens Lunam pro princi- 20v  
 pali apheta, vti prius diximus, deinde Aſcendens, quod generalem  
 vbique vitæ ſignificationem habet, tertio Solem Aſcendentis dominum,  
 qui etiam per ſe generaliter vitam diſponit, nonnihil etiam poteſtatis  
 hoc in loco tribuentes Martj vniuerſali Genituræ gubernatorj & in  
 aphetico loco foeliciter conſtituto. 15

SEQUITUR ENUMERATIO ANNORUM FATALIUM & VITÆ MAXIME  
 PERICULOSORUM PER TOTUM EIUS  
 CURRICULUM.

Anno ſexto ætatis natj labente etſi nulla contingat directio male-  
 uola niſi || quod Aſcendens moretur in terminis maleficj ♄, profectio 20v  
 tamen annua Aſcendentis venit in ſextam domum ad corpus ♄ & ☿,  
 & ☾ profectio in ☽ ad eorundem maleuolos radios pertingit, vnde ali-  
 quid incomodj in vita & valetudine natj adferre poterit, idque præ-  
 fertim circa 4 & 7 menſem, quod incidit in Aprilem & Iulium annj 1584  
 labentis. Significationem hanc reuolutio intendit, nam ♄ in ea reperi- 25  
 tur in ſexta domo quemadmodum in radice, & Mars eſt dominus oc-  
 tauj locj in Medio Cœlj, prout etiam in radice conſtitutus Solem partili  
 ☿ ſimul affligens, || vnde hoc anno præfertim circa tempora jam dicta 21v  
 & juxta ſextum etiam menſem, qui eſt Iunius (propter reuolutionem)  
 aliquid discriminis & aduerſitatis impendet, præfertim ex cauſis humi- 30  
 dis & humorum defluxionibus aut etiam cutis exulcerationibus feбри-  
 que aliqua, aut his ſimilibus affectionibus. Attamen quia nulla euidentis  
 (vtj dixj) ſimul concurrat directio quæ vitæ infeſta eſſe poſſet (penes  
 directiones enim maior ſemper eſt autoritas quam penes profectiones  
 vel reuolutiones), imo Luna in antecedentiam via directionis circa hoc 35  
 tempus ad ☽ 4 breuem plurimum accelerat, vnde profectio & re-  
 uo-||lutionis iſtius aduerſas ſignificationes plurimum retundit vitamque 21v  
 & valetudinem tuetur.

Anno ætatis 9 labente, qui incidit in annum Dominj 1587, Aſcen-  
 dentis directio ad medium terminorum ♄ deuoluitur, quod quidem per 40  
 ſe non vſque adeo vitæ infeſtum eſſet, niſi plura alia longe nocentiora  
 concurrerent.

concurrerent. Nam ☾ principalis aphetā hoc ipso anno per directionem  
 conuersam occasum subit, qui locus iuxta Ptholomej decreta in hac  
 genesi potens & vnicus anareta existit, eo quod vitæ datorem abscondat,  
 22<sup>r</sup> & licet ☐ 4 ante occasum ☾ intercitat, tamen is || nihil addere vel hunc  
 5 occasum Lunæ retardare potest, eo quod sit aspectus mediocris, & Iu-  
 piter insuper est dominus locj octauj, a vitalj significatione remotj. Est  
 itaque hic nonus annus pro vita natj plurimum metuendus ex hac  
 aphetæ infra horizontem eo tempore absconsione. Accedunt et alia  
 10 scopi eodem anno per directionem in consequentiam ad corpus h̄ in  
 sexta domo pertingit, subsequente statim ☐ partilj Martis, idque in ter-  
 minis maleficis; is itaque occurfus cum per se admodum sit malignus,  
 plurimum priorem anareticam significationem intendit. Profectiones ||  
 22<sup>v</sup> insuper hoc eodem anno admodum sunt vitæ & valetudinj infestæ.  
 15 Nam Ascendens sua profectione venit in ♃ ad ☐ h̄ & corpus ♂, Lunæ  
 vero profectio in ♌ ad h̄ ☐ & ♂ ♂, Solis in ♍ ad △ h̄, qui se ab initio  
 coniunctione læsit, vt omnj ex parte profectio vitalium locorum male-  
 ficarum inimicis radijs vna infecta sit. Ipsa denique reuolutio sj in con-  
 silium adhibeatur, admodum tetrica et funesta est. Nam in hac h̄ repe-  
 20 ritur in Medio Cœlj in 26 p. ♃ exquisite in eodem loco quem Mars in  
 radice occupauit; ☾ vero est in occasu in 27 parte ♁ in loco h̄ radice  
 23<sup>r</sup> & in quadrato partilj ipsius h̄ reuolutionis, || estque ☾ Ascendentis do-  
 mina & h̄ octauo loco præest in reuolutione; adde quod ipsa ☾ com-  
 busta sit a Sole, qui etiam in sexta vt in radice positus ad ☐ h̄ applicat,  
 25 obseßus etiam ab altera parte a ☐ ♂ platico ex angulo M. Cœlj. Ipsæ  
 beneficæ absunt in domibus cadentibus nullisque beneuolis radijs loca  
 vitalia intuentur, ita vt vix aliquid addi possit ad tetricam & vitæ inimi-  
 cam reuolutionis significationem. Quapropter concurrentibus vndique  
 tot causis, ita vt hoc anno principalia loca per directionem infestentur  
 30 & profectiones vna maleuolæ concurrant, ipsa reuolutione inauspi-  
 23<sup>v</sup> cata existente, || iudico maximum & periculosissimum vitæ discrimen  
 circa hunc nonum ætatis annum impendere admodumque fatale &  
 funestum hoc tempus futurum, idque præsertim (si temporum particulas  
 subtilius distribuere libuerit) superato primo mense, circa eius annj  
 35 mensem quartum, qui cadit in Aprilem, quo deterior adhuc erit men-  
 sis septimus Iulius, omnium vero periculosissimus superatis prioribus  
 instat mensis decimus, qui est October. Hoc itaque anno & præsertim  
 circa dictos menses admodum diligens adhibenda est cura vitæ & vale-  
 24<sup>r</sup> tudinis huius inclytj natj, ne vel ex morbo || aliquo infesto & diurno  
 40 vel accedente aliquo infausto vt læsione aliqua, præsertim ab equis &  
 animantibus, casu contusione per incuriam seruorum vitæ maximum  
 funestumque discrimen subeat; admodum enim fatalis et exitiosus est  
 hic

hic annus, vt pluribus rationibus demonſtrauimus. At ſi redeuntes ad Arabum circa Alchochodeum placita Saturnum diſpoſitorem locj ( Hylech pro Alchochoden abſumamus, quamuis is Lunam non aſpiciat, erit loco eius ☉ qui ipſum comburit verus Alchocoden, qui cum ſit in domo cadente male affectus extra ſuas dignitates, donat ſaltem annos 5 ſuos minores, qui ſunt 19, quibus × 4 addit ipſius || minores annos numero 12, & ♀ platicus aſpectus applicans donat eius minores annos 8, vt ſit tota ſumma annorum 39, quibus ☿ Solem ſua coniunctione opprimens annos ſuos minores 30 aufert. Reſtant itaque ſecundum hanc ſupputationem ſaltem 9 annj pro numero ætatis natj, quod cum præcedentibus maleuolis ſignificationibus plurimum conſpirat, vt omnj ratione circa nonum ætatis annum, qui etiam per ſe climactericus exiſtit, vitæ natj metuendum ſit, nec eſt quod opituletur niſi directio Martis dominj Genituræ ad × ♀, quæ hoc ipſo anno coincidit, poſetque ad defendendam fouendamque vitam || aliquid ſubſidij adferre, ſi prius commemoratæ ſignificationes non tot tamque validæ exiſterent. Eſtque Mars minus principalis aſpeta, & ♀ in octaua domo ab Horoſcopo & vitalj ſignificatione auerſa conſtituitur, vnde minus iuuat. 24<sup>v</sup> 25<sup>r</sup>

Omnino itaque, quantum ex phyſicis & aſtologicis rationibus coniectarj licet, hic inclutus natus nonum ætatis annum fatalem & vitæ exitioſum habebit vixque phyſicis medijs huic funeſtæ ſignificationj opitulari licebit ſed ſolum ex altiorj aliqua & prima cauſa, quæ inferioribus omnibus diſponit eaſque ſuo arbitrio moderatur, has tetricas & pernicioſas aſtrorum ſignificationes declinare & euadere poteſt. || Ne itaque videamur nimis Stoice fatalem & ineuitabilem, vtut fortem multiplicem & malicioſam aſtrorum ſignificationem, ſtatueret, ſperabimus hunc inclutum natum diuino auxilio & hunc nonum ætatis annum, vtquamuis admodum vitæ exitioſum, ſuperaturum, quare ad reliquum vitæ curriculum pertexendum progrediar. 25<sup>v</sup> 25<sup>r</sup>

Anno ſequente, qui eſt ætatis decimus, annus vero Dominj 1588, pertingit directio Solis diſpoſitoris Horoſcopi ad ☐ ♂ in termino ipſius ♂<sup>tis</sup>, vnde hoc etiam anno ſuperato priore aliqua vitæ & valetudinis impedimenta portenduntur, & ſi in re-||cidiam aliquam priorum malorum inciderit, periculoſior erit hæc ſignificatio. Portenditur autem aliquod acutum diſcrimen & aliqua calida ſiccaque affectio. Verum quia Mars recipit Solem ab exaltatione, & quia ☐ ille radius longus eſt, vnde melioratur & in naturam trigonj plurimum tranſit, minus idcirco in nocendo efficaciam habet, incomodum tamen adauget profectio ☉ ad ♂ ♂ & ☐ ☿ circa eiufdem annj menſem tertium, vnde quicquid hoc anno aduerſitatis metuendum erit, circa hunc præſertim tertium menſem, qui eſt Martius, ingruet. || Verumtamen quia cæterorum locorum aſpeticorum nulla maleuola affectio conſentit & reuolutio 30 35 40 26<sup>r</sup> 26<sup>v</sup>



lutio etiam ominosa non sit, existimo vitæ natj non vsque adeo exitio-  
sum futurum hunc annum sed saltem acutam aliquam corporis discra-  
tiam allaturum, præsertim cum hoc ipso anno contingat directio ( principalis aphetæ ad antisiam ♃ qui vitam tuetur & priorem male-  
5 uolam significationem plurimum infringit.

Anno Dominj 1590 die 21 Julij hora 7 ante meridiem erit Eclipsis Solis  
27<sup>r</sup> magna in 8 parte ♄ in ipso fere gradu Ascendentis huius inclytj || natj,  
quæ cum effectus suos iuxta finem eiusdem annj exerat, qui est ætatis  
natj labens duodecimus, portendit aliquid periculj in vita & valetudine  
10 natj, modo tum temporis versetur in regionibus vbj hæc Eclipsis sua  
decreta in actum producit. Intenduntur vero huius Eclipsis minæ ex  
profectione Ascendentis eodem anno in ☽ ad ♃ ♃ & ☐ ♃ in duodeci-  
mam domum, & ( apheta sua directione in ♃ domum sextam ad ♃ ♃  
& ☐ ♃ pertingit. Reuolutio vero huius annj mediocriter se habet nisi  
15 quod Mars dominus octauæ domus sit in Ascendente cum ( in partilj  
27<sup>v</sup> ☐ ipsius ♃ dominj Ascendentis, vnde || aliquid incomodj ex humorum  
defluxionibus vel in aquis aliquid periculj portendj possibile est, eo  
quod ♃ in reuolutione sit in triplicitate aquea, ipso ♃<sup>no</sup>, qui eum lædit,  
juxta Hyades commorante. Verum quia circa idem tempus contingit  
20 directio Solis domini Horoscopi ad ✕ ♃ in antecedentiam, iudico has  
indicationes tam ab Eclipsi quam profectionibus & reuolutione de-  
functas exitiales vitæ natj minime futuras.

Anno 18 labente Lunæ aphetæ directio contingit ad ♃ sextilem lon-  
gum, qui ob id naturam ferme quadrati induit, fitque hic occurfus in  
28<sup>r</sup> terminis malignis, et eodem anno || profectio ipsius ( venit in ☽ ad  
♃ ♃ & ☐ ♃, Ascendentis etiam in ♃ ad ♃ ♃ & ☐ ♃, vnde malum quasi  
duplicatur. In reuolutione insuper huius annj ♃ dominus sextæ domus  
in Ascendente partiliter collocatur, & Mars cum ( in medijs partibus  
♃ in ☐ ( radice constituitur, vnde hic 18 annus erit vitæ & valetudinj  
30 natj plurimum inconueniens et ex febribus vel calida aliqua & forte  
etiam cronica & diuturna corporis affectione vitæ & incolumitati natj  
incommodabit. Ipsam tamen vitam penitus abrumpere meo iudicio  
non poterit, quia circa idem tempus ☉ in antecedentiam fertur ad ✕ ♀  
28<sup>v</sup> quamuis paulo citius, & || Ascendens ad antisiam ♃ applicat quamuis  
35 paulo tardius.

Circa annum ætatis 27 Ascendens sua directione venit ad Δ ♃ bre-  
uem, qui ob id naturam ferme quadrati habet, idque in termino pro-  
prio ipsius Martis. Contingit etiam circa idem ferme tempus directio  
☉ in antecedentiam ad Δ Martis in principio sextæ domus, qui Solem  
40 ab initio per ☐ læsit. Luna insuper principalis apheta circa hoc ipsum  
tempus per directionem conuersam ad ☐ Martis pertingit, subsequente  
29<sup>r</sup> statim in sexta domo maleficj Saturnj corpore; aspexit || vero ♃ Lunam  
ab

ab initio per sextilem longum, fitque occurfus directionis in terminis ♂. Accedit infuper & hoc quod ipfe Mars Genituræ dominus circa idem ferme tempus per directionem trino Saturnj applicat, qui ipfum ab initio per □ læfit. Cum itaque omnia aphetica loca circa hunc 27 ætatis annum in maleuolorum radios impingant profectionibus etiam admodum infaustis, Ascendentis in ♄ ad □ ♄ & ☿ ♂, (næ in ♃ ad ☿ ♂ & □ ♄ coincidentibus, et in ipsa etiam reuolutione ☿ Martis radice ascendat, ipse vero ♂ tunc dominus sextæ existens est in ☿ partij ☿, iudico ex tot concurrentibus testimonijs magnum vitæ & valetudinij natj circa hunc vicesimumseptimum ætatis annum discrimen imminere, || idque præfertim ex significationibus & occasionebus Martialibus, vt ex iracundia inimicitijs digladiationibus, aut etiam ex acutis quibusdam calidisque ægritudinibus, vnde diligenter fibi suæque vitæ circa hoc tempus consulat nec quærat inimicitias aut morbis acutis per distemperantiam fomenta præbeat, vt eo facilius impendentem aduersitatem declinare vel auertere possit.

Anno sequente, qui est 28 ætatis labens, Luna apheta ad corpus ♄ per directionem conuersam delabitur eademque in consequentiam ad antisfiam Martis accelerat, vnde & hic malum duplicatur, verum occursum ad Martis antisfiam præsentia Veneris mitigat. || Profectio ☉ eo anno est in ♃ ad corpus ♂ & □ ♄. Reuolutio infuper non satis comoda existit, nam ☿ comburitur in ♃ in loco ♄ radice, coniuncta Mercurio Saturnificato, ipse vero ♄ est in eodem signo cum ☉ & ☿ etj plattice; quapropter tot etiam hic concurrentibus aduersis significationibus erit et hic 28 annus vitæ ac valetudinij plurimum infestus, & sanitatis aliquam chronicam afflictionem ex diuturno aliquo morbo animiue ægritudine ex atra bile originem ducente inducet. Non tamen vsque adeo malignus erit vt præcedens annus, nisi forte recidiua aliqua priorum infirmitatum superuenerit, quæ cum per se periculosa existat discrimen vitæ plurimum intendet. ||

Deinde circa 36 annum ætatis natj plus minus accedit directio Ascendentis ad Martis antisfiam æquiualentem, sed statim subsequente ☿ beneficæ ♀ licet ex octaua domo. Coincidit etiam circa idem tempus directio conuersa ad corpus Solis; qui ab initio maleficarum radijs imbutus anareticam significationem recipit. Adde quod Mars principalis Genituræ dispositor sua directione eodem tempore ad antisfiam ♄ pertinget, qui se ab initio per □ partilem e sexta domo affixit. Profectiones etiam huius annj admodum infaustæ sunt; nam Ascendens per profectionem in ☿ ad ☿ ♄ & □ ♂ defertur, Luna vero in ♃ ad ☿ ♄ & □ Martis; || quapropter tot etiam circa hoc tempus conspirantibus maleuolis significationibus magnum discrimen vitæ & valetudinij huius inclyti nati circa hunc 36 ætatis annum metuendum est. Quo etiam tempore plurimis

plurimis alijs difficultatibus & aduersitatibus inuoluetur, quæ in sequentem etiam annum suos fortassis effectus dilatabunt; erit vero periculum potissimum ex causis et affectionibus Martialibus, vt inimicitijs & morbis ægreditudinibusque acutis & calidis. Verum quia circa idem

5 ferme tempus ☉<sup>lis</sup> directio contingit ad ✕ ☾ in antecedentiam & ☾ paulo post ad Δ ♃ in consequentiam, poterit adhibita cura & diligentia has difficultates hoc tempore ingruentes superare. ||

31<sup>v</sup> Circa 39 vel 40 annum pertingit Ascendentis directio ad ♄ ♀ in octaua domo existentis, quod causa luxuriæ vel intemperantiæ aliquid

10 discriminis vitæ & valetudinij propter significationem octauæ domus minitarj potest, nisi ♀ eſſet stella benefica & bene constituta Iouialibusque radijs benigne imbuta.

Anno vero 53 ætatis labente vel circiter Solis directio in consequentiam sextilij Martis applicat, qui longus est et ob id naturam ☐ sapit;

15 paulo vero post circa 54 completum vel circiter ad ✕ ♃ in antecedentiam, qui Solem ab initio per corporalem oppressionem læſit; vtrobi-

32<sup>r</sup> que vero fit hic concursus in terminis maleficis, & 54 anno profectio-||nes infaustæ sunt. Judico itaque circa hunc 54 ætatis annum plus minus vno forte anno ante vel post, maximum discrimen vitæ natj iminere,

20 præsertim cum ♃ Alchocoden secundum Arabum sententiam superius commemoratam totidem ferme annos vitæ natj tribuat. Quod si hunc fatalem terminum, diuina ope ita dispensante, superauerit, iuxta 57 ætatis annum, cum Ascendens ad ♃ deuoluitur, quasdam sanitatis læ-

25 siones experietur, et deinde circa 61 annum, cum ☾ principalis apheta ad Δ ♂ in antecedentiam & ✕ ♃ in consequentiam vno eodemque tempore pertingit, ipse vero Mars ab initio læſit ☾ ✕ aspectu longo, & pro-

32<sup>v</sup> fectiones Solis infaustæ || sunt, quare ingens etiam discrimen vitæ natj circa hunc 61 ætatis annum impendet, quem si superare poterit, restat

30 63, quo Sol sua directione in consequentiam ad ☽ Martis, qui ipsum ab initio per ☐ læſit, applicat; Pars vero fortunæ circa idem ferme tempus

ad ☐ ♃ sequente ♄ Martis radio per directionem in antecedentiam fertur. Vnde hic 63 ætatis annus, modo priores superauerit, admodum

35 periculosus erit profectioibus annuis maleuolis etiam circa idem tempus conspirantibus. Accedit & hoc quod hic annus per se fit climactericus, ratione tam septenarij quam nouenarij, vnde vltterius hanc enumerationem annorum fatalium producere non operæpretium eſſe iudico. ||

33<sup>r</sup> Atque hæc in consideratione & descriptione annorum fatalium vitæ huius inclytj nati sufficienter dicta sint, ex quibus diligentius trutinatis

40 ea tempora quæ magis minusue periculosa futura sunt, colligi poterunt. Id tamen in his directionibus eorumque assignatis temporibus limitatum volo, quod si vel paululum erroris in tempore natiuitatis oblato

inciderit,

inciderit, eas non esse ita stricte in ijs annis quibus assignantur capiendas, nam 4 minorum error, in tempore natiuitatis (particula sane vix comprehensibilis) integri anni errorem in his directionibus causare poterit, idque praesertim in ijs directionibus quae ab Ascendente, M. C., & Parte fortunae procedunt, vnde in horum || directionibus assignatis 33v  
aliquis error ex aestimatione temporis minus certa incidere poterit, ita vt effectus, de quo non solum hic sed in sequentibus etiam iudicij fit mentio, non ita exquisite in eundem annum qui assignatur eueniat sed forte vno vel altero anno ante vel post, prout error in tempore natiuitatis magnus vel exiguus fuerit. In caeteris directionibus, quae a Sole, 10  
Luna, Marteque procedunt, tanta differentia vix inuenietur, vnde tempora quibus haec assignantur non multum a suo effectu discrepabunt.

Nunc ad reliquum huius inclytae Geniturae iudicium pertexendum procedamus, in quo generalem exceptionem vbique intelligi volumus, si videlicet natus || ad aetatem his actionibus conuenientem diuina ope 34v  
perductus fuerit, & superauerit fatales occurfus iam commemoratos, anni praesertim noni, vicesimiseptimi vel etiam 28. Hi enim inter alios meo iudicio maxime periculosi existunt, vt ex causis tunc concurrentibus prius declaratis animaduertere licebit. Id saltem conclusionis loco subiungam, posse etiam in vita alias quasdam incidere aduersitates, 20  
quae hic non commemoratae sunt, idque ex alijs leuioribus causis & interdum etiam ex inferioribus occasionibus, quae tamen, nisi cum his consentiant, non magni momentj erunt. Inprimis vero vniuersale factum quod derogat particulari excipiendum est. ||

## DE COMPLEXIONE.

34v

Quia maxima pars eorum, qui in complexionis significatione jurisdictionem aliquam obtinent, ad calorem & siccitatem inclinant (nam Ascendens eiusque dominus ☉ & stella fixa in Ascendente de natura Martis, ipsa etiam Luna & planetae ipsam aspicientes, omnes vnanimiter ad calorem & siccitatem conspirant, ipso etiam Marte generalj 30  
Geniturae dispositore per se calido & sicco & insuper in ♃ triplicitate ignea existente), non obscure indicatur complexionem huius inclyti natj futuram inprimis calidam & siccam, quam cholericam appellant, & bilj assimilant. Quid autem haec cholericra crasis signi-||ficet & ad quas 35v  
res natum inclinabit, passim e medicorum scriptis petj potest et in sequentibus etiam manifestabitur. 35

Nihilominus tamen quia ambo luminaria & ☿ sunt in domibus h<sup>nj</sup>, & ipse ☉ Horoscopi dominus cum Mercurio a Saturno in triplicitate terrea domoque h opprimatur, aliquid occultae melancholiae subinde incidet, cuius tamen vis non ita in conspectum veniet sicut ea quae ex 40  
hac dicta cholera procedit, eo quod Saturnus & Mercurius ambo sub radijs

radijs Solaribus deliteſcant, & vires ſuas occultius exerant, niſi quatenus a directione vel profectione conſimilj ſtimulentur. ||

35<sup>v</sup> DE HABITU ET CONFORMATIONE CORPORIS.

Cum priores partes Leonis in ortu cum Canis minoris lucida ſtella  
 5 de natura ♂ reperiuntur, & quia ♂ ipſe Genituræ dominus in tripli-  
 citate ignea exiſtit reſpiciens ☾ & recipiens Solem Horoſcopi domi-  
 num ab exaltatione, ſignificatur color corporis maxima ex parte ad  
 rubedinem tendens, cum immixta tamen aliqua nigredine propter Sa-  
 10 turnum vtriuſque luminariſ diſpoſitorem, Solj domino Horoſcopi par-  
 tilititer permixtum. Membra erunt compacta groſſa & fortia, amplum  
 36<sup>r</sup> pectus & robuſti neruj; ſuperior tamen pars corporis erit ro-||buſtior &  
 craſſior inferiore. Capillj erunt ad rubedinem cum admixta aliqua ni-  
 gredine tendentes, criſpi & hiriſutj. Quia vero ♃ exiſtens in △ ♀ aſpicit  
 tam Aſcendens quam Lunam, dat conſtitutionem & formam corporis  
 15 pulcram, gratam, & bene proportionatam. Quantum vero ad longi-  
 tudinem, erit mediocriſ, tendens tamen plus ad longitudinem quam  
 breuitatem, propter Martem eleuatam & ♃ aſpicientem ☾ & Aſcendens.  
 Craſſitudo autem mediocritatem exuperabit increſcenteque ætate plus  
 ad denſiorem habitum inclinabitur, idque præfertim quia anterior pars  
 20 ♄ oritur. Cœtera omnia ad mediocrem quandam & bene proportiona-  
 tam corporis diſpoſitionem inclinant. ||

36<sup>v</sup> DE VITIIS ET MORBIS CORPORIS.

Magna & euidentia concurrunt in hac inclyta Genitura ad vale-  
 tudinariam & morboſam corporis affectionem indicia. Nam Sol lumi-  
 25 nare alterum, dominus inſuper Aſcendentis exiſtens, læditur in ſexta  
 domo morborum a ♃ cui applicat, ſuccedente ſtatim quadrato Mar-  
 tis, eſtque ſimul Mercurio permixtus, qui hoc in loco Saturnj na-  
 turam induit. Vnde non obſcure indicatur hunc inclytum natum ad-  
 modum valetudinarium plurimiſque & diuturnis morbis obnoxium  
 30 futurum, idque præfertim ex affectionibus quæ a defluxu humorum  
 37<sup>r</sup> vitioſorum originem trahunt, tum etiam ſplenis mala in-||temperie,  
 tum etiam ex cordis mala affectione & palpitatione, dentiumque cre-  
 bris doloribus, & inteſtinorum etiam cruciatibus & torminibus recur-  
 rentibus, calculj etiam & veſicæ doloribus ſubinde affligentibus. Inclina-  
 35 nat etiam talis conſtitutio ad inferiorum membrorum infirmitates,  
 propter ♃ & ſextam domum, vt ſunt fluxus podagricj, pedum & tibi-  
 arum affectiones ex vlceribus & fiſtulis. Mercurij vero permixtio ma-  
 lum intendit & defluxiones circa pectus guttur & ventriculum auget;  
 inprimis autem videtur hæc conſtitutio ♃ & ♄ cum ☉<sup>le</sup> in ♃ & ſexta  
 40 domo, vtroque ibidem combuſto exiſtente, aliquid vitij & impedimentj  
 in

in lingua || & loquela natj efficere, balbutientemque vel raucam minusue expeditam pronuntiationem significare, vel simile quid in fando difficultatis; a qua tamen post 17 suæ ætatis annum, cum ☾ ad ☌ Martis pertingit, liberari poterit. Caueat insuper a læsionibus animantium, præsertim ab equis, alijsque similibus contusionibus propter ♃ in ♁ in sexta læsum a ♂ in ♀ existente in loco sublimj. Verumtamen quia Ascendens & ☾ principalis apheta non inficiuntur maleolarum aduersis radijs, & in beneuolj ♃ aspectu atque antisicia reperiuntur, solusque Sol Ascendentis dominus male afficitur in sexta domo, poterit nonnunquam etiam prospera & satis commoda fruj valetudine, nisi quod occultis quibusdam affectionibus vel humorum defluxionibus vtplurimum obnoxius erit; conducit etiam nonnihil sextilis aspectus vtriusque beneficæ ad sextam domum & priorem maleuolam significationem mitigat. Adhibita itaque bona & diligentj valetudinis prospectio & adhibitis remedijs cor principaliaque membra confortantibus & dolorificas humorum defluxiones absumentibus, poterit hanc infaustam valetudinis affectionem, si non profus extirpare, saltem sedare & mitiorem reddere.

Tempora vero, quibus inprimis morbis & aduersitatibus erit obnoxius, ex directionibus apheticorum locorum || superius in loco de vita commemoratis repeti possunt, quibus si profectionum etiam significationes maleuolas adiunxerimus (quamuis eorum efficacia minus valida existat) erunt hi annj ex profectionum infaustis occurribus valetudinij minus commodj: 3. 6. 9. 12. 15. 18. 21. 24. 27. 30. 33. 36. 39. 42. 45. 48. 51. 54. His etenim annis Ascendentis & ☾ profectio ad maleuolos ♃ Martisque radios pertingit, idque quo ad ☾ circa horum annorum mensem quartum, qui in Aprilem incidit, quo ad Ascendens vero circa mensem septimum, qui in Iulium cadit, vel circiter. Caute itaque suæ valetudinij circa hæc tempora prospiciat, præsertim si aliqua || maleuola directio simul coincidat; alias enim (vtj diximus) profectionum efficacia minus valida est, nisi forte ab inferioribus causis stimuletur. Per totum vero ætatis curriculum caute & cum legitimo vsu moderationeque rerum non naturalium, suæ valetudinij consulat, cum tam euidencia fortiaque habeat morborum & afflictæ valetudinis indicia, & si forte natura ipsa per fistulam vel alia ratione emunctorium sibi fecerit, per quod se a vitiosis humoribus exonerare intendet, id, quicquid erit, non est temere consolidandum sed naturæ permittendum seipsam ab onere quo grauatur liberare, vt hac ratione valetudo & sanitas corporis eo melius conseruari poterit. ||

39<sup>v</sup>      SECUNDA PARS. DE IIS QUÆ AD ANIMVM  
SPECTANT.

**A**BSOLUTIS ijs quæ ad Corporis affectionem pertinent, ea quæ  
Animum propius respiciunt, aggrediemur & primum de moribus  
5 huius inclytj natj considerationem instituemus.

DE MORIBVS.

Sol dominus Horoscopi coniunctus Mercurio principalis morum  
significator est, qui cum sit receptus a ♂ felicissime constituto ex an-  
gulo Medij Cœlj, vbi Sol etiam exaltationem possidet, mores illustres,  
10 magnificos & generosos præbet, præsertim quia initium Leonis in Ho-  
roscopo est cum stella fixa regia de natura Martis, quæ est lucida Canis  
40<sup>r</sup> minoris; || quia vero tam Sol quam Mercurius reperiuntur in sexta domo  
cum ♄ in ipsius dignitatibus, aliquid quidem morum venustatj & gratiæ  
detrahere videntur propter domum abiectam & cadentem; commixtio  
15 tamen cum ♄ ipso essentialiter forti conditione prædito, eosque in suo  
folio recipiente, dat morum grauitatem constantiamque & taciturni-  
tatem quandam solitudinisque amorem insinuat, pertinacem etiam  
facit in proposito & iniuriarum memorem. Ipse tamen Mauors gene-  
ralis figuræ omniumque significationum dispositor, maximam sibj præ-  
20 rogatiuam in morum distributione vendicat, præsertim cum is Solem  
40<sup>v</sup> Horoscopi dominum ab exaltatione recipiat. || Is itaque cum sit felici-  
issime constitutus in suo carpento & angulo Medij Cœlj in antisca ♀,  
ipsa etiam ☾ a ☐ ♃ ad ipsius ✕ aspectum defluente, significat mores  
huius inclyti nati futuros admodum Martiales audaciamque & mag-  
25 nanimitatem eximiam præbet, facitque ad iracundiam & indignationem  
pronom, vindictæ cupidum & qui se periculis temere exponat,  
impatientem seruitutis & iniuriarum, nec semper facile odium indignationemque  
deponet, eo quod ♄ Martem respiciat partiliter; erit autem in actionibus  
suis firmo & constantj proposito, eritque elata mente  
30 & imperioso animo præditus talisque qui inter alios semper primus  
41<sup>r</sup> haberi velit. || Honoris insuper & magni nominis cupiditate flagrabit,  
& aulicis rebus aulicorumque conuersationibus delectabitur. Quia vero  
♃ tam ☾ quam Ascendens partiliter aspicit estque in bono aspectu bene-  
uolæ ♀ & cum stella fixa Bebenia partiliter iunctus, addit in moribus  
35 magnam gratiam suauitatem & hylaritatem omniaque, quæ a ♂ & ♄ in  
vehementiorem partem trahj poterant, mitigat & temperatiora efficit  
cum splendore & maiestate quadam acceptabilj. Idem facit Venus aspi-  
ciens Martem per antisca partilem gratiamque leporem & affabili-  
41<sup>v</sup> tatem conciliat. Videtur tamen hæc permixtio || Martis & ♀ per anti-  
40 sciam aliquo modo ad luxuriam & libidines incitare; verum quia ipsa  
30 Venus

Venus est optime constituta in dignitatibus proprijs & domo ♃ & in eiusdem trino aspectu partilj, erit hæc significatio minus euidens, minusque incontinentiæ nato attribuet satisque castum reddet; ad computationes tamen & conuiuia voluptatesque ex conuersationibus & lusibus captandas procliuem reddere poterit. 5

Id vero obseruandum erit quod mores, qui a ♃ decernuntur, magis occultj erunt & minus in conspectum venient, eo quod is vna cum ☿<sup>rio</sup> sub radijs lateat; qui vero a Marte procedunt, erunt maxime illustres & conspicuj, || eo quod is supra omnes alios planetas in culmine cœlorum loco eminentissimo exaltatus sit & in suis dignitatibus vna optime constitutus; adde quod stella fixa insignis de natura Martis principaliter existens in linea Horoscopj partiliter reperiatur, vt supra diximus, quod non parum Martialium morum significationem intendere & conspicuam reddere potest. 42<sup>r</sup> 10

Sed æducatio, disciplina, conuersatio, peregrinatio, locorumque mutatio, & patriæ consuetudo, non parum iuris obtinet in moribus formandis, vnde in aliam atque aliam sæpe naturam transplantantur, quæ tamen vtplurimum cœlestibus inclinationibus conformis est. || 15

#### DE INGENIO ET QVALITATE ANIMI. 42<sup>v</sup>

Principalis Animj significator in hac inclyta Genitura est ♃, eo quod is locum tam ☾ quam ☿<sup>rij</sup> disponat & ipsj Mercurio corporaliter coniungatur, post quem Mars generalis Genituræ gubernator aßumendus erit. Cum itaque ♃ sit essentialiter admodum fortis in sua domo triplicitate & termino, excipiens Solem Horoscopi dominum in suo carpento, significat animj inclinationes subinde ad taciturnitatem & profundas cogitationes propensas, facitque animum in concepta sententia pertinacem & qui altis speculationibus in rebus præsertim abstrusis & a uulgj captu || semotis plurimum delectetur. Quam significationem adauget Mercurij constitutio in ♃ cum ♃, facitque ingenium profundum & altas deliberationes, quodque artibus secretioribus deditum sit. 20 25 43<sup>r</sup> 30

Quantum vero ad acumen ingenij & celeritatem apprehensionis, nihil eximij pollicetur, sed omnia potius cum labore & studio grau j percipienda esse insinuat; ad disciplinas tamen profundiores & speculatiuas percipiendas non inidoneum reddit.

♂ vero Genituræ dominus animum instigat ad rerum bellicarum contemplationem efficitque vehementiam quandam animj agilitatemque donat & ad res Martiales gerendas addit generositatem. || Mercurius vero, vtj dixj, ingenium quidem donat profundum, sed quod magno etiam labore discenda arripiat, arrepta vero & simul intellecta firmiter retineat, idque eam præsertim ob causam, quia Mercurius in sexta domo damnatur ab vtroque malefica, combustus a Sole, ideoque 35 43<sup>v</sup> 40



que turbidum confusum minusque promptum ingenium insinuare videtur, quamuis plerique Astrologorum Mercurium in domibus cadentibus non male afficj existiment, vt neque propinquitatem Solis neque permixtionem h̄ ipsj nocere posse quidam volunt, eo quod h̄ contemplationem & speculationem adaugeat, Solis vero permixtio quia crebro fit, minus nocet. ||

44<sup>r</sup> Relligionis vero negotium etsi proprie ad Genetliacam considerationem non pertineat, eo quod vera propensio ad relligionis mysteria amplectenda diuinitus ex Olympo inuisibilj, non ex cœlesti mundo aut  
10 physicis inclinationibus procedat, tamen secundum quorundam Astrologorum placita de externa illa & politica ad relligionis sacra promouenda propensione quodammodo coniectando, iudico ex ♃ domino nonæ domus optime constituto in Δ partilj beneficæ Veneris, quam recipit ab exaltatione, & quia ♁ plurimum ad cuspidem nonæ accedit,  
15 hunc inclytum natum erga res sacras relligionemque propensum admodum animum habiturum. ||

#### 44<sup>v</sup> DE EGRITVDINIBVS ET VITIIS ANIMI.

Non tamen carebit hic inclytus natus animj quibusdam ægritudinibus subinde recurrentibus, quia ♃ in sexta damnatur coniunctione h̄ &  
20 □♂, combustus etiam a ☉<sup>le</sup>, vnde melancholicas quasdam animj perturbationes cogitationesque tristes animum nonnunquam affligentes insinuat, præsertim quia ☉ Horoscopi dominus vna ab eodem Saturno & Mercurio Saturnificato afficitur. Magna itaque cogitationum  
25 vehementia sæpenumero laborabit. Iracundia insuper, quæ mentem animumque sæpe de sua sede tollit, nonnunquam plurimum efferuescet, ob Martiam permixtionem. || Et quamuis Luna in hac inclyta  
45<sup>r</sup> Genitura potentior est quam ♃, eo quod illa sit in angulo fortis, is in domo cadente debilis & ab vtroque malefica infortunatus, vnde significari aliquatenus potest hunc natum plus affectibus & sensibus externis  
30 quam rationis normæ tributurum, tamen quia Luna est in h̄ domicilio & benignj ♃ aspectu antisiciaque, ipseque Mercurius Saturno sapientiæ significatori permiscetur, minus efficax erit hoc indicium. Omnia vero hæc quæ circa egritudinem animj diximus, mitigat & leuiora reddit  
35 Iouis ad Lunam Ascendensque aspectus & antisicia. Tempora vero quibus animj aduersis affectionibus maxime obnoxius erit, ex directionibus  
45<sup>v</sup> apheticis || præsertim ☾ ad radios h̄ peti possunt, vt anno 27 cum Luna conuersa directione ad h̄ corpus pertingit, vnde melancholicam quandam & tristem animj affectionem insinuat. Idem fere facit circa  
40 applicat, quamuis ♃ Δ, cuj circa idem tempus in consequentiam accedit, hanc significationem irritam minusque efficacem reddat. Poterunt

runt etiam profectioes ☾ ad ♄ eiusque maleuolos radios animum nonnunquam turbare & afficere. Sed leuiiores & minus durabiles erunt hæc significationes, quæ a profectioibus procedunt, quam quod eas commemorare opus sit. ||

### TERTIA PARS. DE BONIS EXTERNIS QUÆ AD FORTVNAM PERTINENT. 46r

**R**ESTAT post completionem eorum, quæ ad Corpus & Animum pertinent, consideratio de ijs quæ circa Bona fortunæ externa versantur, quibus duo priora sustentantur, & sine quibus comode consistere nequeunt; quorum etiam auxilio priorum incomoditates vel prosperitates aut mitigantur aut augentur. Quid enim sanum corpus vel sublimis animus sine subsidijs externis egregij præstare poterit? Hanc itaque de Bonis fortunæ diiudicationem iuxta ordinem ab initio præscriptum pertextentes, a generalij fortunæ per totum vitæ curriculum consideratione ordiamur. || 10  
15

#### DE FORTVNA IN GENERE. 46v

Generaliter considerando huius inclyti natj fortunam, iudico eam futuram in maximo vitæ curriculo in rebus & negotijs ferme omnibus excellenter prosperam & felicibus successibus conspicuam. Nam quatuor planetæ (quod admodum rarum est) reperiuntur in hac inclyta Genitura in suis essentialibus dignitatibus. Mars in sua domo & carpento, ♀ in sua exaltatione & carpento, ♄ in sua domo & carpento; Sol recipitur a ♂ per exaltationem, quod idem est ac si ipse in propria exaltatione constitueretur; Jupiter insuper recipit tam ♂ quam ♀ per triplicitatem. || Ipsa denique ☾ luminare temporis est in angulo in sua persona crescens lumine, adeo vt, præterquam quod quatuor planetæ reperiuntur in summis dignitatibus (vtj dixi), reliqui omnes excepto solo Mercurio feliciter se habeant; qui in ♁ cum ♄<sup>no</sup> coniunctus non vsque adeo male afficitur, quo ad fortunam externam, gaudet enim ♄<sup>nj</sup> commixtione, et est in △ antiscliaque suorum domiciliorum; quapropter admodum euidenter indicatur hunc inclytum natum in maxima vitæ & actionum parte futurum felicem & excellenter fortunatum, adeo vt memorabiles & gloriosi coram omnibus sint futurj eius in rebus gerendis successus; idque præsertim in rebus Martialibus & ijs quæ ad rej militaris tractationem pertinent; eo quod Mars præ omnibus cæteris sit vsque adeo feliciter constitutus, non solum quo ad essentialia dignitates, in suo carpento & receptione cum ☉<sup>le</sup>, sed etiam quo ad accidentales dignitates; est enim in excellentissimo coelj loco in culmine Medij Coelj eleuatus supra omnes alios planetas, vnde maxime illustris & memorabilis fortuna decernitur in rebus ad Martis influentiam pertinentibus, 47r  
35  
40

48<sup>r</sup> tinentibus, vt in victorijs & rerum bellicarum administratione, in vr-  
 bium & populorum subactione, || in rerum mundanarum lata, cum  
 magna autoritate, administratione, alijsque rebus magnanimiter, for-  
 5 perietur hic inclytus natus fortunam, vt ad maximam nominis & famæ  
 claritatem per multorum populorum regiones inde sit peruenturus.  
 Tempora autem, circa quæ illustrior & maxime euidens apparebit for-  
 10 tuna, erunt ex directionibus significatorum ad suos promissores circa  
 hos annos: 16. 18. 21. 23. 25. 30. 33. 38. 42. 45. 47. 48. 51. His enim ferme  
 48<sup>v</sup> annjs ex directionibus euidens & illustris in rebus gerendis fortuna  
 pollicetur, vnde circa hæc tempora || hic inclytus natus occasionem  
 arripiat & eam quæ spondetur felicitatem per propriam incuriam ne  
 † finat præterlabj. Potest enim sapiens anima (vtj dixit Centiloquij autor)  
 cœlorum influentiam augere vel iminuere, impedire vel promouere.  
 15 Quia vero nihil ex rebus infralunaribus est omnj ex parte beatum,  
 videtur constitutio illa Solis in sexta domo cadente, læsj ab vtroque  
 malefica, & ☿<sup>rio</sup> Saturnificato, & quia h̄ lædit Martem in sublimj posi-  
 tum e sexta domo per quadratum aspectum, aliquid etiam aduersitatis  
 in vita actionibusque externis innuere, idque præsertim causa mor-||  
 49<sup>r</sup> borum & ægritudinum aut etiam infidelitatis & disconuenientiæ seruo-  
 rum vel vicinorum, idque præsertim circa hos ætatis annos: 9. 11. 26. 27.  
 28. 36. 37. 40. 41. 53. 55. 60. 61. His etenim annis vel circiter contingunt  
 infaustæ directiones significatorum ad conuenientes promissores; circa  
 25 hos itaque annos cautus sit hic inclytus natus in rebus externjs per-  
 tractandis, ne infaustum siderum significationem per occasiones spon-  
 taneas adaugeat. Nullatenus tamen erunt hæ aduersitates tantæ, vt  
 fortunæ excellentem splendorem, de quo diximus, delere possint, sed  
 49<sup>v</sup> leuiiores tantum difficultates & remissionem quandam eminentis for-  
 tunæ insinuabunt. || Tantæ enim & tam raræ sunt excellentis fortunæ  
 30 in hac inclyta Genitura significationes, vt aduersitates omnes, quæ in-  
 cidere possunt, industria magnanimitate & accurata prospexione supe-  
 rarj posse minime sit diffidendum, præsertim cum ☉ recipiatur a ♂ per  
 exaltationem, & ipse h̄, qui Solem sua coniunctione afficit, sit eßentia-  
 liter bene constitutus Solemque in sua domo excipit, & quadratus ille,  
 35 quo is ♂ lædit, est longus ideoque naturam trigonj induit, & ipse Mars  
 est sublimis & fortior ideoque læsionem non recipit, vt hæc quam prius  
 dixi significatio propterea minus valida existat. Nunc particularem for-  
 tunæ diiudicationem aggrediamur. ||

50<sup>r</sup>

## DE ITINERIBVS.

40 Quoniam Luna cursu vagabunda in occasu existit in antisca 4 do-  
 minj nonæ domus, & Mars Genituræ dominus est in angulo M. C.,  
 infuper

insuper quia Sol dominus Ascendentis coniungitur ☿<sup>rio</sup> domino tertiæ domus in loco cadente, hæc omnia innuunt hunc inclytum natum plurima itinera tam longinqua quam breuia suscepturum, eritque in suis peregrinationibus præsertim longioribus prosper & fortunatus, in minoribus quasdam difficultates ratione morborum vel seruorum aut etiam ex animantibus eorumque læsionibus nonnunquam experietur propter ☿ dominum tertiæ infeliciter in sexta affectum. Et quia dominus nonæ domus ♃ est beneuolus & bene dispositus in signo aqueo in bono aspectu ♀ etiam ex signo triplicitatis aqueæ, erit in negotijs itineribusque & nauigationibus marinis plurimum fortunatus & victoriosus. || 10

Etsj vero in omnes ferme mundi plagas sit sua itinera directurus, loca tamen, ad quæ vt plurimum proficiscetur, erunt ea quæ versus meridiem & occasum a sua patria remouentur, propter significationem itinerum ♂ & ♄, qui ambo his mundj partibus præsumt, & in ijsdem tempore huius inclytæ Genituræ reperiuntur. Causæ vero itinerum erunt præsertim ex significatis Martis, eo quod is loca tam ♃ dominj nonæ domus quam ☿ dominj sextæ || disponat. Portendit itaque is itinera maxima ex parte futura propter res bellicas & militares & cauducendorum exercituum resque memorabiles fortiter gerendas, tum etiam propter aulica negotia, & equitatus instituendos, eritque in his omnibus propter adeo excellentem Martis constitutionem apprime fortunatus, & gloriam emolumentumque inde adipiscetur. 50<sup>v</sup>

Regiones vero, in quibus commodius foeliciusque suas peregrinationes instituet, erunt eæ quæ ♃ & ♄ obtemperant, partim etiam quæ ♃ respiciunt, quæ quales sint, ambiguum & incertum esse iudico propter incognita regnorum & ciuitatum principia, nam quæ ab Astrologis hac in parte commemorantur, || fidem non merentur. Referunt autem illj sub ♃ Germaniam, Britanniam, Burgundiam, Sueuiam, Silesiam & minorem Poloniam; sub ♄ Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiam & Galliam togatam, sub ♃ Horungiam, Sueciam occidentalem, & superiorem Bauariam. In his inquam regionibus & locis felicius peregrinaretur hic inclytus natus, si vera essent quæ de eorum cum signis cœlestibus analogia opinantur Astrologi; & in locis etiam ☿<sup>ro</sup> subiectis non infeliciter versabitur, cum sit hoc signum in vndecima domo felicibus beneficarum stellarum radijs irroratum. Sunt autem opinione Astrologorum huic signo appropriata Rubia, Polonia || maior, Sueciæ pars, Lotharingia, Heluetia & Franconia. In ijs vero locis, quæ ♃ obtemperant, infelicius erit & difficultates quasdam experietur. Putantur autem ab Astrologis huic signo respondere Liteonia, Saxonia, Heßia, Turingia, Marcia, & Orcades insulæ. Verum de omnibus locis commemoratis vtrum dictis signis obtemperent quia apud me magnum est dubium, nihil etiam certj in hac parte asseueratum esse volumus. 35 52<sup>r</sup>

Tempora

Tempora autem ætatis, quibus maximopere ad peregrinandum ex directionibus inclinabitur, erunt hæc, primo juxta 17 vel 18 ætatis annum, cum Ascendens via directionis venit ad  $\odot \text{♃}$ ,  $\parallel$  &  $\zeta$  significatrix itinerum circa idem tempus in consequentiam ad  $\times \text{♂}$ , &  $\oplus$  insuper ad trigonum Mercurij. Deinde circa 22 annum suæ ætatis, cum Mars sua directione pertingit ad  $\Delta$  Mercurij dominij tertiæ domus; præterea circa 28 annum, cum  $\zeta$  venit ad antisfiam Martis; item juxta 36, cum  $\odot$  ad Lunam sua directione progreditur; deinde etiam circa 38 & 39 annum, cum  $\zeta$  per conuersam directionem venit ad  $\text{♃} \text{♀}$ , per directam vero ad  $\Delta \text{♃}$ . Atque hi sunt annj, quibus e directionum efficacia maxime ad peregrinandum inclinabitur; poterunt tamen profeciones & reuolutiones etiam alijs quibusdam temporibus, sed minorj effectû, ad peregrinandum inclinare.  $\parallel$

### 53<sup>r</sup> DE EXERCITATIONE ET OPERE.

15 Non dubium est quin Mars in hac inclyta Genitura sit solus exercitationis significator, eo quod in angulo Medij Cœlj in loco huic administrationj maxime idoneo partiliter constituatur, vnaque Medij Cœlj dominus existat, & Lunam per  $\times$  aspectum cui ipsa applicat defluens a  $\square \text{♃}$  intueatur.

20 Is itaque cum sit excellentissime constitutus in suo carpento & receptione mutua cum Sole Horoscopj domino, significat hunc inclytum natum in suis actionibus omnibus futurum clarum felicem magnamque nominis celebritatem parj fructu coniunctam ex ijs obtenturum.  $\parallel$

53<sup>v</sup> Res vero & actiones, quibus vt plurimum occupabitur, erunt eæ quæ  
25 Mauortis naturam sapiunt, vt sunt omnes res militares, & negotia quæ ad militiam exercendam administrandamque pertinent, vt ad ordinandos ducendosque exercitus, ad oppugnationes munitionesque arcium & vrbium, ad victorias triumphosque agendos, spectant. Delectabitur etiam bombardis et earum rerum quæ igni perficiuntur tractatione,  
30 equis etiam pulcris & ornatis eorumque ad rem equestrem generositate oblectabitur; inprimis vero erit venationibus sine fastidio addictus  
54<sup>r</sup> propter Martis constitutionem in  $\vee$ ,  $\parallel$  & quia Orion Canisque minor in ortu sunt. In summa omnia negotia, quæ Martialem quandam tractationem præ se ferunt, erunt huic nato plurimum accepta, & in ijs magna  
35 cum dexteritate & pari felicitate sese exercebit, laudemque & nominis maximam celebritatem ex his consequetur.

Permixtio vero Martis cum  $\text{♀}$  portendit ipsum conuiujs & computationibus, choreisque & pulcritudinj vestimentorum addictum futurum, & in his gratiam vrbanitatemque magnam habiturum, eo quod  $\text{♀}$  non  
40 solum Martj per antisfiam, vtj dixj, permixta sit, sed etiam in  $\text{♃}$  felicias  
54<sup>v</sup>  $\Delta$  aspectu e quinta domo constituatur in suis dignitatibus.  $\parallel$  Nonnullæ  
tamen

tamen difficultates in exercitatione & opere natj in causis rebusque Martialibus incident, eo quod ♄ e sexta domo lædit ipsum ♂ per ☐ aspectum, vnde vel a morbis vel seruis vel animantibus aliquid incommoditatis insinuare potest (vt prius etiam dictum est), s; Martis non adeo eBet felix constitutio, qua ille dictas Saturnj molestias pesundat suaque generositate & prosperitate sibi subdit; adde quod ☐ ille radius est longus naturamque trigonj obtinet & procedit a signo exaltationis Martis, vnde minus nocet & potius constantiam quandam & laborum patientiam in rebus tractandis largitur. ||

Videtur insuper Martis illa cum ♀ permixtio per antisiam in signo equinoctialj recipiens Solem e sexta domo illic cum Mercurio & ♄ positum, aliquo modo inclinare ad eam medicinæ partem, quæ chyrurgica est, cuj si propter alia grauiora negotia aliquam operam adhibuerit, erit ea in parte felix & dexteritatem singularem consequetur. Existimo tamen quod rebus Martialibus & ad militarem scientiam pertinentibus in tantum erit occupatus, vt præ his alia leuiora negotia curare nequeat. Ideoque ea solummodo, quæ Martialia sunt, per excellentiam tractabit, reliquis minus & quasi obiter afficietur. ||

#### DE DIVITIIS.

Dispositor siue Almuten diuitiarum in hac inclyta Genesj est ♃, eo quod is tam in loco ⊕ quam secundæ domus carpentum obtineat; is itaque cum sit in sexta domo cadente combustus & læsus ab utroque malefica, præsertim ♄, videtur portendere hunc inclytum natum, quantum ad se ipsum attinet, in diuitijs conseruandis non satis felicem futurum sed potius sua sponte ea, quæ sibi hæreditario iure relicta fuerint, dissipaturum, & prodigaliter consumpturum; quod etiam constitutio ☿ in secunda cum ⊕ comprobatur. Destructionem enim rej familiaris || minatur, & prodigalitatem quandam, vt dixi, insinuat, nisi quod secundum quorundam placita hæc ☿ in secunda constitutio fortunam in ludendo polliceatur. Damnum autem, quod habiturus est in re familiarj, videtur futurum partim ex propria incuria & profusione, partim ex infidelitate & damno seruorum vel vicinorum, & etiam in quibusdam animantibus præsertim minoribus damnum patietur. Licet vero Almuten diuitiarum ♃ eo modo infeliciter constituatur & dispendium quoddam rej familiaris minetur, tamen longe potentiores concurrunt significationes, quæ illud quicquid erit detrimenti facile refarciunt. || Primum quia ♃ generalis diuitiarum significator bene constituitur in quinta domo in Δ partilj beneficæ Veneris &, quod plus est, vna culpitem secundæ domus & locum Partis fortunæ per sextilem intuetur admodum partiliter, Venere vna eo ♃ partilem proijciente, euidens significatio cumularum suo tempore diuitiarum existit, idque

que præfertim ex causis & rebus Martialibus, eo quod ♃ in domicilio Martis reperiatur cum stella fixa Bebenia, & Mars ipse secundam domum locumque Partis fortunæ per antifciam intuetur partiliter. Quapropter non obscure indicatur emolumentum & restitutionem diuiciarum non mediocrem e rebus militaribus, victorijs, vrbium oppugnationibus, administratione bellica, & rebus personisque ad militarem disciplinam pertinentibus huic inclyto nato euenturam. Constitutio etiam ♃ in quinta domo in beneuolo (vtj dixj) aspectu ♀ pollicetur non exiguum diuitiarum incrementum e donis, largitionibus, & legationibus illustrium hominum. Deinde quia ♀ constituitur in VIII<sup>a</sup> domo in secundo loco a septima, quæ coniugio præest, et in secundo etiam loco a ☾ generalj coniugij significatrice, estque simul cum ☽ in Δ partilj ♃, & in ☿ ⊕, videtur maxime insigne & euidens diuitiarum indicium præferre causa coniugij & mulierum, || adeo vt ea inprimis ratione sit insigne diuitiarum incrementum habiturus remque familiarem plurimum locupletaturus. Constitutio insuper ♀ in octaua domo cum ☽, vtj dixj, ipsa Almuten octauæ domus existente, ex hereditatibus & defunctis rebusque absconditis diuitiarum incrementum largitur, & in hæreditatibus defunctorumque substantijs non speratis adipiscendis fortunatum reddit. Tempora vero ex directionibus petita, quando in diuitijs conseruandis acquirendisque inprimis erit fortunatus, erunt hæc. Juxta 16 ætatis annum, quando ⊕ fortunæ directio in consequentiam venit ad Δ ☉ & ♃ sui dominj, || in antecedentiam vero ad Δ ♂ optime constitutj, & circa annum 19, cum ⊕ venit ad cor ☽, illustris etiam fortuna pollicetur; deinde juxta 24 ætatis annum, cum ⊕ directione conuersa venit ad ☊ ♃, nisi Δ ♃, qui sequitur anno proximo, aliquid damnj rursus adferre poterit, quod tamen leuius erit, cum sit aspectus beneuolus. Ab hoc vero tempore vsque ad annum 40 vel vno aut altero sequente, varia fortuna in diuitijs & bonis externis fluctuabit, e rebus tamen Martialibus subinde plurimum emolumentj hoc intermedio tempore experietur, ijs vero qui post 40 sequuntur annis duobus, de quibus dixj, inprimis felicj & lucrifera fortuna gaudebit, eo quod ⊕ circa hoc tempus per || directionem in antecedentiam venit ad ☐ ♃, & deinde ad Ascendens & Procionem. Similiter circa 52 & 53 suæ ætatis annum causa mulierum rem familiarem locupletabit, eo quod ⊕ ad Δ ☾ in consequentiam tunc temporis pertingat. Verum circa 55 ætatis annum & annis aliquot sequentibus, inprimis vero circa 59 & 60 completum (si eo vsque Deus ipsj vitam prolongauerit) plurimum aduersitatis in rebus familiaribus experietur. Nam ⊕ sua directione venit ad Δ ♃ male affectj & deinde ad ☐ ♂ & ☿ ♃, vnde in hac vltima ætate suis rebus bene consulat, ne in his aliquid detrimentj circa hæc tempora patiat. Atque hæc de diuitijs satis; nunc ad reliqua procedamus. ||

## DE HONORIBVS ET DIGNITATIBVS.

59<sup>r</sup>

Stellæ fixæ illustriores cum loca principalia figuræ occupant, euidentem raram & maxime illustrem fortunam in maximis honoribus & dignitatibus acquirendis communj Astrologorum experientia largiuntur. Cum itaque in hac inclyta Genitura omnes quatuor cardines stellis fixis illustrioribus fulgeant (nam in Ascendente est Canis minor stella primj honoris de natura ♂ & ♀ estque exquisite in cuspide vna cum □ longo Jouis partilj, qui etiam cum stella fixa præcipua, videlicet luminoso Lancis, collocatur; in Medio Coelj est cingulum Andromedæ, quam stellam Mirach Arabes appellarunt, estque de natura ♀, || & vna coincidit × (( luminaris conditionarij ex angulo; in ipso occasu est lucida Coronæ Gnosæ cum radijs □ ♃ breuibus naturam × obtinentibus; in Imo Coelj est Spica ♄ tribus saltem partibus a cuspide remota; ambæ vero hæ stellæ sunt de natura beneficæ ♀), idcirco tot concurrentibus fixarum illustrium testimonijs, maximum indicium est hunc natum, etiam si e regia stirpe oriundus non esset, ad summos honores & dignitates maximamque rerum mundanarum administrationem peruenturum, in qua summam auctoritatem pari gloria coniunctam obtinebit; quanto magis huic inclyto nato e regia stirpe || oriundo talis affixarum positus maximam dignitatem & eminentiam largirj poterit. Accedit insuper ad hanc fixarum significationem optima & splendida planetarum constitutio; tres enim inter eos sunt in suis folijs siue carpentis constitutj, & ☉ dominus Ascendentis recipit dominum M. C. ab exaltatione. Est insuper (( luminare conditionarium angularis & exquisite cum duabus fixis in cauda ♃ tam secundum latitudinem quam longitudinem coniuncta, estque ipsa in □ ♃ breuj ipsiusque antisclia, & in × longo Martis, ex angulo Medij Coelj. Omnium vero euentissimum || testimonium est felicissima illa Martis constitutio in supremo coelj cardine in suo carpento, recipiens Solem Horoscopi dominum (vtj dixj) ab exaltatione aspiciensque luminare temporis in signo masculino constitutum, estque simul in antisclia beneficæ ♀<sup>ris</sup> feliciter constitutæ, & præter hæc omnia is etiam dominus Medij Coelj existit, vt nihil fere addi possit ad illustrem splendidam & magnificam dignitatum & honorum significationem, pari nominis & famæ celebritate coniunctam, idque imprimis ex imperio aliquo maximo & sublimj aliqua reipublicæ administratione, ante omnia vero || e rebus bellicis & exercitatione militiæ, magnis & fortibus ausis, rebusque præclare gestis, crebris & memorabilibus victorijs, cæterisque rebus & personis ad rem militarem pertinentibus, a bellj ducibus, capitaneis, viris nobilibus & strenuis, militibus alijsque hominibus laborj militarj destinatis, ingens dignitatum acceßio pollicetur. Ex his enim rebus & ab his hominibus maximam auctoritatem cum summa nominis celebritate fortietur, adeo vt



vt dignitas eius regia potentia non sit inferior futura, maximumque splendorem & subditorum erga se reuerentiam sit habitura. Nihilominus || tamen, cum nihil sit in mundo tam splendidum et magnificum, quin aliquando suas patietur aduersitates, euenient etiam huic inclyto nato quædam difficultates & incommoditates, in suis dignitatibus, tempore præsertim a directionibus infaultis, vt postea dicetur, his affectionibus minus commodis oportuno, idque præsertim eam ob causam quia ☉ dominus Ascendentis cadit ab angulo in sexta oppreßus ab utroque malefica, præsertim ♄<sup>no</sup>, & idem ♄<sup>nus</sup> Martem principalem significatorem per ☐ lædit admodum partiliter; cumque hæc constitutio, quæ dignitatibus aduersa est, cadat in sextam domum, portendit || hanc dignitatum afflictionem euenturam a morbis quibusdam & ægritudinibus actiones & consilia impredientibus; tum etiam e seruis & subditis aliquid incomodj insinuat, præsertim quia ♀ vna permiscetur; a vicinis etiam & vilioribus hominibus & Saturninis, vt senibus & agricolis, aduersitates quasdam minatur, adeo vt aliquando etiam periculum captiuitatis vel exilij vel depositionis honorum e seruis & vilioribus hominibus sit subiturus, idque eam præsertim ob causam quia Mars Lunam ex angulo Medij Cœlj ✕ longo pulsat, interueniente tamen beneficj Jouis antisilia. Et quia ♄, qui Martem quadrato ferit, est dominus 7<sup>æ</sup> domus, || ipso domino duodecimæ domus ♃<sup>rio</sup> ab eodem ♄ in sexta oppreßo vnaque a Sole combusto, pericula captiuitatis vel exilij, vtj dictum est, non deerunt; effectus tamen, modo sibj adhibita ratione & diligentia bene prospexerit, non sublequetur, præsertim quia ☐ ille ♄ ad ♂ est longus & naturam trinj obtinet (vti sæpe dictum est), et ambo etiam in suis summis dignitatibus constituuntur, ipse vero Mars recipit Solem dominum Horoscopi ab exaltatione, admodum fortis & fortunatus existens, & supra ♄ omnesque alios versus cœlj fastigium eleuatus est, vnde satis indicatur || hunc inclytum natum, si quæ aliquando difficultates & aduersitates in suis dignitatibus inciderint, fortitudine magnanimitate & excellenti fortuna eas omnes facile superaturum, seque de ijs, qui suis honoribus aduersentur, inuictio animo vindicaturum, honoremque & nominis celebritatem diutissime conseruaturum.

Tempora vero ætatis, quando euidetiores successus vel etiam aduersitates in honoribus & dignitatibus experietur, erunt ex directionibus significatorum ad conuenientes promissores eiusmodj. Anno suæ ætatis 11, cum M. C. venit ad ☐ ♄ & ♂ ♂, || non erit felix in dignitatibus adipiscendis, sed hæc significatio minor est, cum non in conuenientem Fridariam siue ætatem incidat. Anno 12, cum ☉ conuersa directione venit ad ✕ ♃, & anno 17, cum ad ✕ ♀ pertingit, erit in dignitatibus obtinendis fortunatus. Anno etiam 20 vel 21, cum M. C. ad ✕ ♀ pertingit,

et Mars dominus M. C. ad  $\Delta \odot^{\text{lis}}$  pertingit, summj honores & dignitates ex rebus præsertim Martialibus portenduntur. Idem circa 25 completum, cum Ascendens ad cor  $\Omega$  pertingit, & M. C. ad  $\circledast 4$ , & Sol etiam paulo post in antecedentiam ad  $\Delta \text{♂}$ , vnde circa hoc tempus magnus successus || in honoribus & dignitatibus obtinebit. Quibus tamen paulo post juxta 27 annum aliquid incomodj præsertim quo ad res Martiales minatur, eo quod  $\text{♂}$  generalis dispositor per directionem ad  $\Delta \text{♄}$ , qui se ab initio  $\square$  læsit, perueniat, & Luna luminare conditionarium in antecedentiam ad  $\square \text{♂}$  & paulo post ad  $\circledast \text{♄}$ , in consequentiam vero eadem ad Martis antisfiam, Sol vero ipse circa hoc tempus ad  $\Delta \text{♂}$  in culpide VI<sup>æ</sup> domus per directionem in antecedentiam pertingit. Quapropter tot concurrentibus causis circa hunc 27 vel 28 annum plurimum periculj non solum valetudinj sed etiam || dignitatj & actionibus externis per occasiones aliquas inferiores, præsertim ex ijs quas commemorauimus, portenduntur. Caute itaque & diligenter circa hæc tempora suæ valetudinj dignitatj et fortunæ in rebus externis prospiciat, ne aliquid in his patiatu incomodj. Circa 30 vel 31 labentem aliquid dignitatis & honorum pollicetur causa mulierum illustrium vel ex honorato aliquo coniugio, eo quod  $\zeta$  tunc in consequentiam venit ad corpus  $\text{♀}$  optime constitutæ, & M.C. ad  $\square \zeta$  aspicientis se ab initio per  $\times$  aspectum, & Sol paulo ante ad  $\square 4$  breuem pertingit, qui idcirco naturam || trigonj obtinet. Fit vero hæc directio anno 29 completo, vnde circa hæc tempora vel a 29 in 31 e difficultatibus & aduersitatibus, quibus anno 27 vel 28 obnoxius erit, sese extricabit, & honorem dignitatemque cum magna nominis claritate tuebitur. Sic etiam anno 33 completo summis honoribus decorabitur ex directione M. C. ad  $\Delta \odot$ . Circa annum vero 36 Martialibus negotijs implicabitur & in his difficultates quasdam experietur, eo quod Ascendens circa hoc tempus ad antisfiam Martis venit, & ipse  $\text{♂}$  sua directione ad  $\text{♄} \text{⊕}$  applicat, vnde hoc tempus minus idoneum erit pro dignitate & honore amplificando, || sed potius e rebus superius commemoratis, præsertim Martialibus, aliquas aduersitates in dignitate & actionibus externis experietur, eritque in rebus militaribus ex voto prosequendis solito minus fortunatus. Accedit et hoc quod  $\zeta$  circa idem tempus ad Solem per directionem conuersam pertingat, qui Saturnj naturam, siquidem ipsum comburat, induit, vnde non solum in valetudine sed etiam in dignitate aliquid aduersi minatur. Circa 38 vero ætatis annum, cum  $\zeta$  ad  $\Delta$  beneficj  $4$ , qui se ab initio  $\square$  breuj aspexit & per antisfiam intuebatur, pertingit, e prioribus molestijs || penitus liberabitur & prosperitatem tam valetudinis quam dignitatum & fortunæ externæ sortietur. Circa annum 40 rursus aliquas difficultates sentiet, ex directione M. C. ad  $\Delta \text{♄}$ , sed statim anno 42 vel circiter, cum  $\text{♂}$  directione sua ad antisfiam  $\odot$  pertingit, qui

qui se ab initio per exaltationem recepit, in rebus Martialibus & administrationibus politicis gloriosus erit. Simile quid pollicetur directio ☉ ad antisfiam ♃ circa annum 45 in consequentiam, & in antecedentiam circa idem ferme tempus ad ☐ ♀. Vnde felicitas in bonis externis & honoribus amplificandis circa hoc ætatis tempus duplicatur. || Circa 66<sup>v</sup> 48 annum ætatis venit Mars via directionis ad Δ ☾ luminaris conditionarij in radice angulariter in aspectu Martis collocatæ, vnde circa hoc etiam tempus non obscura erunt felicitatis in dignitatibus amplificandis incrementa, præsertim quia anno proxime antecedente Ascendens sua directione ✕ ♃ asequitur. Accedit & hoc quod eodem tempore coincidat directio ☾ ad ♁, vnde circa hunc 48 ætatis annum non solum in felicitatibus externis sed etiam in valetudinis bona constitutione fortunatus erit. Sic etiam circa 51 ætatis annum, cum ☾ || sua directione in consequentiam ad ✕ ☉, in antecedentiam vero ad ✕ ♀ 15 pertingit, honorum amplificationem, corporis sanitatem, & fortunam in rebus externis pro voto exequendis largitur. Quibus juxta 53 ætatis annum directio ☉ ad ✕ ♂ longum, qui ipsum ab initio per ☐ læsit, infesta erit, & valetudinij & vitæ, vt in initio suo loco dixi, periculum adducet.

20 Atque hæc de honoribus & dignitatibus annisque & vitæ temporibus in his prosperis vel aduersis sufficienter dicta sint, ex quibus hic inclutus natus coniectarij poterit, circa quæ potissimum || ætatis tempora fortunatior erit in dignitatibus et honoribus acquirendis vel ampliandis, vt etiam occasionem eo tempore non negligat, viceuersa etiam ex his 25 colligere poterit, quæ tempora honori obtinendo vel amplificando aduersa minusque fauentia erunt, vt circa ea tempora iminentes aduersitates & difficultates, si non prorsus auertere, saltem lenire vel aliqua ratione subterfugere possit. Nam præuisa tela minus feriunt, & quemadmodum prospera fortuna negligi & per incuriam præteriri poterit, 30 sic aduersa vel auerj vel mitigari. Sed nunc ad reliqua progredimur. ||

#### 68<sup>r</sup> DE CONIVGIO.

Luna in hac incluta Genitura constituta in septima domo duplici testimonio significatrix coniugij existit, quæ cum sit libera a maleficarum radijs & in aspectu antisfiaeque beneuolj ♃, Venere altera coniugij 35 significatrice proxime supra ipsam in suis dignitatibus & signo facundo eleuata, accedente ad felicem Veneris constitutionem trigono aspectu beneficj ♃, vnde talis tamque fortis & beneuola vtriusque coniugij significatricis constitutio non saltem huic incluto nato coniugium decernit cælibatumque prohibet, verum etiam ipsum in coniugialj statu || 68<sup>v</sup> futurum apprime felicem & fortunatum bonosque & speratos successus hac in parte habiturum. Nec obstat quod ♃ dominus septimæ sit in sexta combustus

combustus lædaturque simul a ♂, siquidem is est in suo carpento essentialiter fortis, & minus principalis coniugij significator existit. Potissimum itaque de coniugio iudicium a ☾ petendum erit & eius significatrice Venere, cuius felix, vtj dixj, constitutio gratum, iucundum, & optatum coniugium decernit. Peculiariter vero quia ♀ in VIII<sup>a</sup> domo existit, quæ est secunda tam a ☾ quam septima domo || in beneuolo ♃ aspectu, & cum ♄, in suo carpento optime locata, pollicetur ex coniugio & causa mulierum magnam fortunam & diuitiarum copiosam affluentiam & in ipso coniugio rej familiaris euidens incrementum, eritque hac ratione in diuitijs & bonis externis fortunatior quam in ijs, quas propria industria acquirat, vel conseruare poterit. Ob hanc etiam adeo felicem vtriusque significatricis constitutionem non magnas in coniugio inchoando difficultates habebit sed sponsam facile & sine molestijs, quando eam ambiuerit, impetrabit. || Et quamuis ☾ in septima domo in angulo occidentis in domo ♃ constituitur, vnde secundum quorundam Astrologorum opinionem in seriorj ætate vel sane viduam in iuuenilj eßet ducturus vxorem, tamen quia ☾ est lumine noua primumque e radijs Solaribus egrediens, estque in aspectu terminoque beneficj ♃, hæc coniugij retardatio vix suos habebit effectus. Verum meo iudicio in prima virilj ætate circa 30 annum completum, quando ☾ per directionem corpus Veneris attingit, coniugialj federe obligabitur, vel etiam circa 38 || annum, cum ☾ ad Δ ♃ per directionem pertingit & Ascendens eodem tempore Veneris opposito sese associat.

Videtur autem constitutio ☾ in septima & ♀ in ♃ in signo duplicj, ipso ♃ dispositore ♀ etiam in fæcundo signo existente, pluralitatem vxorum & binas forte coniuges decernere, nisi obstitit constitutio ♃ dominj VII<sup>æ</sup> in sexta domo cadente & signo sterili, quod tamen priorem significationem vix infringere poterit, sed saltem aliquam debilitatem & valetudinis afflictionem coniugi decernet. Natura autem vxoris erit || partim Iouialis partim Martia, vel si binas forte duxerit, altera erit Iouialis, mitis, proba, & benefica, altera Martialis, iracunda, vehemens & imperiosa, quod tamen iudicium euidentius ex ipsa vxoris Genesij poterit, quemadmodum et hoc quod de conuenientia vel disconuenientia coniugum ab vtriusque Genitura simul collata rectius iudicatur. Generaliter tamen coniectando, quia dominus primæ applicat domino septimæ, conuenientiam maritj cum coniuge designat, præfertim si præcipua loca in vtraque Genesij mutuo permixta feliciter se respiciant. ||

#### DE LIBERIS.

Quoniam ♂ dominus quintæ domus est in decima, quæ secundum Ægyptiorum placita etiam liberorum aliquam significationem obtinet, estque ibj admodum felix & fortunatus in antisca partilj ♀ e signo fæcundo,

fæcundo, præfertim vero quia ♃ planeta admodum fæcundus corporaliter in quinta domo, quæ liberis destinatur, in signo fæcundo &  $\Delta$  aspectu fecundæ Veneris constituitur, ipsa etiam ♀ dominium sibi in XI<sup>a</sup> domo vendicante & in signo admodum fæcundo existente; idcirco tot tamque eulentibus concurrentibus sig-||nificationibus, non obscure indicatur hunc inclytum natum in procreanda sobole vtriusque sexus admodum fæcundum futurum multiplicemque prolem tam masculam quam femellam habiturum, & hanc feliciter in bona corporis sanitate & felicj successu educaturum; eritque hac in parte causa liberorum admodum fortunatus, & ex ijs magnam voluptatem & plurimum gaudij capiet. Qualis vero singulorum fortuna futura sit, ex propria vnius cuiusque Genesj ex astrorum positu, qui tunc est, rectius judicari consentaneum est. ||

72<sup>r</sup>

## DE AMICIS ET INIMICIS.

15 Amicitias contrahet hic inclitus natus cum illis hominibus, in quorum Genituris loca  $\odot$   $\zeta$  & Ascendentis vel etiam  $\oplus$  conuenientiam vel permutationem aliquam habent cum iisdem locis huius Genituræ, imprimis vero cum Ascendente 9 videlicet parte  $\Omega$  vel circiter, & cum loco  $\zeta$  17 parte  $\approx$ . Quorum itaque loca principalia his locis beneuole  
20 vel per coniunctionem radiosue beneficos aut etiam antisicias præfertim æquiuales permixta fuerint, concordabunt amicitiamque & beneuolentiam ab hoc inclyto nato expectabunt, et horum conuersatione  
72<sup>v</sup> delectabitur. || Generaliter vero ex Arabum placitis iudicando, consideratio de amicis procedit ab vndecima domo, cui cum ♀ præsit per  
25 dominium cum participatione  $\zeta$  per exaltationem, ipsa etiam Venere cuspidem domus illius feliciter irrorante, idcirco amicitias contrahet hic natus cum hominibus imprimis de natura ♀ existentibus, vt sunt mulieres nobiles, virgines formosæ, virique nobiles, quique delicijs & voluptatibus deditj sunt; quia vero Mars est in culmine cœlorum existens V<sup>æ</sup> domus dominus, quæ etiam in amicitijs aliquam significationem obtinet, & ipse Veneri dominæ vndecimæ domus per antisiciam  
30 partilem permixtus est, || erunt præcipuj amicj huius inclytj natj homines de natura Martis, quales sunt virj fortes & bellicosi, armigeri, duces, capitanej, rebusque militaribus imprimis deditj, & qui opera in  
35 igne ad armaturas aut machinas bellicas conficiendas tractant; horum enim amicitia & conuersatione plurimum delectabitur & ab his obsequium & beneuolentiam expectabit, non sine fama & gloria. Inimicj vero erunt pro parte homines Saturninj & Mercuriales, eo quod hi duo præfunt septimæ & vndecimæ domuj; verum quia ambo in sexta  
73<sup>v</sup> domo comburuntur, vilitatem || & deiectam conditionem inimicorum portendunt. Indicatur etiam ex hac constitutione quasdam clancularias vel

vel etiam apertas inimicitias habiturum hunc inclytum natum a seruis  
 & subditis aut vicinis, partim etiam cum fratribus & sanguine iunctis,  
 eo quod ☿ vna sit dominus XII<sup>æ</sup> & III<sup>æ</sup> domus & domino Ascendentis  
 coniungatur. Quia vero melior est constitutio ♀ dominæ vndecimæ do- 5  
 mus quam ☿ dominj XII<sup>æ</sup>, significatur hunc inclytum natum plures &  
 præstantiores amicitias quam inimicitias habiturum, magnumque fa-  
 uorem gratiam & beneuolentiam a plurimis obtenturum, || idque præ- 74r  
 fertim propter △ ♃ e quinta domo ad ♀<sup>rem</sup> XI<sup>æ</sup> domus dominam. Erunt  
 autem amicitia huius natj fixæ propter ☿ signum fixum in XI<sup>a</sup> domo,  
 cœteris significatoribus bene dispositis, & quia ♀ signum maxime fixum 10  
 ascendit, Lunaque luminare conditionarium in signo fixo cum stellis  
 Saturninis & Jouiialibus versatur. Quantum vero ad inimicitias attinet,  
 habebit quandam disconuenientiam cum mulieribus quibusdam vi-  
 dujs & adultis propter Lunam in septima domo duodecimæ domuj  
 præfidentem, & ipsj Horoscopo aduersantem; quæ maxima ex parte 15  
 clam, partim etiam aperte inimicitias huic nato mouebunt. || Quia vero 74v  
 Mars Genituræ dominus in suo folio feliciter in M. C. supra omnes  
 alios planetas eleuatur, & quia dominus duodecimæ ☿ cadit, com-  
 buritur, & damnatur a maleficis, Sole domino Horoscopi supra ipsum  
 (ob latitudinem eius meridionalem) eleuato, Marte tam (<sup>nam</sup> quam 20  
 ipsum e Medio Cœlj deprimente, satis euidens testimonium colligitur  
 hunc inclytum natum suos inimicos non difficulter superaturum, &  
 victorias memorabiles de illis reportaturum, magnaue generositate  
 & felicitate tam apertos quam occultos inimicos, cuiuscunque sexus &  
 conditionis fuerint, superaturum eosque omnes peßundaturum & in 25  
 subiectionem obedientiamque redacturum. ||

## DE SERVIS.

Seruorum conditio & conuenientia cum nato ex Astrologorum opi- 75r  
 nione iudicatur e sexta domo; cum itaque ☿ dominus duodecimj locj,  
 per se etiam seruorum significator existens, constituatur corporaliter in 30  
 sexta domo, læsus a ♃ & ♂, combustus etiam a ☉, qui vna eandem do-  
 mum sua præsentia comburit, iudicatur quod hic inclytus natus ratione  
 quorundam seruorum infortunatus sit futurus & quod damnum infide-  
 litatemque ab ijs patietur, præfertim quia ♃ dominus sextæ domus lædit  
 & eleuatur supra Solem dominum Ascendentis in ipsa sexta domo, qua- 35  
 propter quiddam incomodj in vita, valetudine, || honore, & bonis ex- 75v  
 ternis, ratione seruorum indicatur, quemadmodum pluribus locis su-  
 perius etiam indicatum est. Erit vero hoc incommodum aliqua ex parte  
 clancularium, quia ambo tam ♃ quam ☿ sub radijs Solaribus delitesc- 40  
 cunt. Quia vero Mars Genituræ dominus in sublimj positus in suis sum-  
 mis dignitatibus & receptione cum Sole Horoscopi domino eos per □  
 aspectum

aspectum deprimit, significatur hunc inclytum natum fortitudine & magnanimitate militarique fortuna, & industria omnes has significationes aduersitatis ratione seruorum feliciter superaturum. ||

76<sup>r</sup>

## DE MORTE.

5 Mors actionibus humanis & fabulæ mundanæ finem imponens, iudicatur ab Astrologis vtrum violenta vel naturalis futura sit, & quo præsertim ætatis tempore vitæ finem impositura sit, quatenus ad naturalem hominem attinet. Etsj vero in hac inclyta Genitura aliqua reperiantur indicia violentj exitus, quia ☉ alterum luminare in ♁, ☾ vero in ♁ ambo  
10 in signis violentis diuersis reperiuntur, Sole ipso dominum sibi vendicante in Ascendente & a ♄<sup>no</sup> domino occasus oppresso, ipso etiam Marte vtrosque per ☐ lædente; et quia ☉ dominus Horoscopj est in signo (vt  
76<sup>v</sup> dixj) violento afflictus a maleficis, || dispositore luminaris conditionarij ♄<sup>no</sup> similiter in signo violento, vtj dixj, versante & a Marte afflictio; e  
15 quibus indicijs aliquid periculj in morte violenta ex Astrologorum quorundam obseruationibus portendi potest, præsertim ex contusione vel casu aliquo vel ruina aut læsione ex animantibus vt equis & similibus; verumtamen quia ♀ stella benefica constituitur admodum partiliter in  
20 cuspide VIII<sup>æ</sup> domus, in suo carpento, in trino partilj beneficj ♃, & cum ♁ Draconis, ita vt vix aliquid ad bonitatem addj potest, ipso etiam  
77<sup>r</sup> Ioue tam Ascendens quam Lunam aphetam in occasu || constitutam feliciter irrorante, iudico omnem infaustam mortis violentæ significationem irritam irj, nullosque effectus, saltem pericula quædam, designaturam, præsertim si hic inclytus natus non nimis temere vel irrationabiliter se in pericula coniecerit. Iudico autem ex hac constitutione  
25 ♄<sup>nj</sup> in sexta domo, qui est dominus occasus Solemque Horoscopi dominum ibidem sua præsentia lædit, quod mortis genus futurum sit ex aliquo lento sæuo & diuturno morbo, cuius originem & naturam ipsj medicj vix intelligent, qui propter Veneris constitutionem in octaua  
77<sup>v</sup> domo e nimio voluptatum corporearum || vsu & inordinata victus ratione, rerumque non naturalium (vt appellant medici) inconuenientia, originem forte sit ducturus, & lethalem ægritudinem causaturus. Tempora vero maxime periculosa, in quibus præ cæteris de valetudine ipsaque vita periclitabitur, repetj potest ex ijs quæ superius in loco  
35 de vita in commemoratione directionis apheticorum locorum ad debitos anaretas recensuimus, ex quibus etiam sedulo consideratis liquido constabit, quæ præsertim tempora præ cæteris magis periculosa futura sint, vt circa hæc maius periculum iminere existimandum sit; præcisiorem hac in parte prædictionem adferre ab Astrologo alienum est. ||

## CONCLVSIO.

78<sup>r</sup>

**H**ÆC in diiudicatione Astrologica huius inclytæ Genituræ, juxta præcipua membra euentuum in vita, sufficienter dicta sint. In quibus partim Astrologorum probatissimorum placita, partim propriam, quam hætenus in hac arte mihi asequi licuit, experientiam obseruationemque sequutus sum. Quæ tamen nullatenus pro oraculis vel fatali aliqua necessitate haberi volo, sed saltem phycas quasdam esse coniecturas asero, quarum effectus non saltem a prima illa potissimaque causa ipso videlicet Deo creaturarum omnium conditore & rectore, qui || secundis & inferioribus causis suo arbitrio disponit, sed a plurimis alijs longe inferioribus causis in ipsa rerum natura versantibus, immutari & alterari possunt; & vt de alijs nihil dicam (quis enim omnes commemorauerit?) habet ipse Homo Mentem diuinæ particulam Auræ, qua voluntatem liberam exercet, adeo vt si ea frui & rationabiliter vtj volet, non solum astris alijsue creaturis minime obnoxius erit, sed longe his omnibus superior euadet eorumque influentiam aut non sentiet aut nihil faciet. Taceo nunc Relligionis nostræ Mystica Dona, quorum beneficio mundum, || id est omnium creaturarum & visibilium rerum affectionem, exuentes nihili facimus, & inuisibilium æternarumque participationem in hac etiam mortali vita, Dei solius beneficio, nobis applicari permittimus. De his enim huiusque inuisibilis Olympi influenza agere, quemadmodum Astrologiæ metas superat, ita etiam eius virtus omnes astrorum totiusque creaturæ affectiones facile destruere poterit. Is itaque, a quo solo hæc omnem naturalem inclinationem vincens efficacia procedit, largiatur huic inclyto nato mentem qua mundum & seipsum vincere, veraque frui beatitudine possit.

5

78<sup>v</sup>

10

15

79<sup>r</sup>

20

25




HOROSCOPUS PRINCIPIS  
JOHANNIS  
(1583)


**H**OROSOPUM PRINCIPIS JOHANNIS nunc primum edimus  
e codice Hauniensi Ant. Coll. Reg. 1823 in 4°.

DES HOCHGEBORNEN VND  
GROSZMECHTIGEN KØNIGES FRIDERICHS  
DES ANDERN ZW DENEMARCK VND  
NORWEDEN &c. DRITTGEBORNENN  
SONS HERZVCH HANS NATIVI-  
TET BESTELLETT DURCH  
TYCHO BRAHE  
ANNO 1583

DES HOCHGEBORNEN VND  
GROSZMECHTIGEN KÖNIGS FRIDERICHS  
DES ANDERN ZW DENEMARCK VND  
NORWEDEN DRIITGEBORNEN  
SONSHERZOG HANS NATIV  
TET BESTELLET DURCH  
TYCHO BRAHE  
ANNO 1583

L





LATITUDINES

3<sup>r</sup>

LATITUDINES PLANETARUM.

G. M.			G. M.		
♃	2. 16	M. D.	♀	1. 20	S. D.
♄	1. 25	M. D.	♆	2. 30	M. D.
♂	0. 15	S. D.	♁	4. 56	S. A.

5

ASPECTUS PLANETARUM.

♃	♄	♅	♆	♇	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	G. M.
	△	□	✳		♀		✳	□	△			♂		2. 0
	✳	□	△		♂		△	□	✳			♁		9. 40
10	△	□	✳	☉		✳	□	△				♂		12. 25
	△	□	✳		♀		✳	□	△			♂		19. 30
	✳	□	△		♂		△	□	✳			♃		22. 28
	△	□	✳		♂		✳	□	△			♂		25. 0
	✳	□	△		♂		△	□	✳			♄		27. 57

15

ANTISCIAE PLANETARUM.

	G.	M.	☉	☉
♆	28.	0	♁	♃
♁	20.	20	♃	♁
☉	17.	35	♊	♄
♀	10.	30	♁	♃
♃	7.	32	♃	♁
♂	5.	0	♁	♃
♄	2.	3	♃	♁

20

DIRECTIONES LOCORVM HYLEGIALIUM HUIUS 3v  
GENITURÆ.

DIRECTIONES DIRECTÆ ☉ AD SUOS PROMISSORES.

☉ in 12° 26' ♍. Ascensio Recta 134° 55'. Declinatio 17° 7' Sept. Differ. Ascen.  
23° 12'. Distantia ab Imo Cœli 40° 0'. Circ. posit. 52° 0'. Descen. obl. 158° 7'. 5

	Longitudo	Latitudo	Desc. obl.	Directio	Tempus
♂ ♀	2. 0 ♎	2. 30 M.	164. 5	5. 58	An. 6. M. 2 $\frac{2}{3}$
♂ ☾	9. 40 ♎	4. 56 M.	163. 43	5. 36	An. 5. M. 10
♂ ♀	19. 30 ♎	1. 20 S.	177. 49	19. 42	An. 20. M. 6 $\frac{1}{3}$
♂ ♃	22. 28 ♎	2. 16 S.	180. 31	22. 24	An. 23. M. 3 $\frac{2}{3}$
♂ ♂	25. 0 ♎	0. 15 S.	178. 23	20. 16	An. 21. M. 1 $\frac{2}{3}$
♂ ♃	27. 57 ♎	1. 25 S.	181. 23	23. 16	An. 24. M. 3 fere
Exhalma	0. 0 ♎	0. 0	180. 0	21. 53	An. 22. M. 9 $\frac{2}{3}$
✕ ☉	12. 26 ♎	0. 0	185. 5	26. 58	An. 28. M. 1 $\frac{1}{6}$
Occafus	14. 0 ♎	0. 0	185. 45	27. 38	An. 28. M. 9 $\frac{1}{2}$

DIRECTIONES DIRECTÆ ☾ AD SUOS PROMISSORES.

☾ in 9° 40' ♋. Latit. 4° 56' Sept. Declin. 3° 23' Mer. Ascen. Recta 339° 22'.  
Distantia a M. C. 64° 27'. Circ. positionis 53° 0'. Ascen. obl. 343° 52'. 4r

	Longitudo	Latitudo	Afc. obl.	Directio	Tempus
♂ ♀	19. 30 ♋	1. 20 M.	358. 4	14. 12	An. 14. M. 9 $\frac{1}{2}$
♂ ♃	22. 28 ♋	2. 16 M.	0. 46	16. 54	An. 17. M. 7 $\frac{1}{3}$
♂ ♂	25. 0 ♋	0. 15 M.	358. 29	14. 37	An. 15. M. 2 $\frac{3}{4}$
♂ ♃	27. 57 ♋	1. 25 M.	1. 28	17. 36	An. 18. M. 4
☉ ♃	2. 3 ♋	1. 25 S.	358. 32	14. 40	An. 15. M. 3 $\frac{1}{3}$
☉ ♂	5. 0 ♋	0. 15 S.	1. 31	17. 39	An. 18. M. 4 $\frac{2}{3}$
☉ ♃	7. 32 ♋	2. 16 S.	359. 14	15. 22	An. 16. M. 0 $\frac{1}{6}$
☉ ♀	10. 30 ♋	1. 20 S.	1. 56	18. 4	An. 18. M. 9 $\frac{3}{4}$
△ ☉	12. 26 ♋	0. 0	4. 51	20. 59	An. 21. M. 10 $\frac{1}{3}$
Ascendens	14. 0 ♋	0. 0	5. 29	21. 37	An. 22. M. 6 $\frac{1}{3}$
△ ♀	2. 0 ♋	0. 0	13. 8	29. 16	An. 30. M. 6
□ ☉	12. 26 ♋	0. 0	18. 13	34. 21	An. 35. M. 9 $\frac{1}{2}$
△ ♀	19. 30 ♋	0. 0	22. 4	38. 12	An. 39. M. 9 $\frac{2}{3}$
✕ ♃	22. 28 ♋	0. 0	23. 47	39. 55	An. 41. M. 7
✕ ♃	27. 57 ♋	0. 0	27. 13	43. 21	An. 45. M. 2
□ ☾	9. 40 ♋	0. 0	35. 39	51. 47	An. 53. M. 11 $\frac{1}{2}$
□ ♃	22. 28 ♋	0. 0	46. 58	63. 6	An. 65. M. 9
□ ♂	25. 0 ♋	0. 0	49. 29	65. 37	An. 68. M. 4

DIRECTIONES



4<sup>v</sup> DIRECTIONS ASCENDENTIS AD SUOS PROMISSORES.

Afcendens 14° 0' ♄. Afcen. obliqua 4° 55'. Circulus positionis 55° 0'.

	Longitudo	Latitudo	Afc. obl.	Directio	Tempus	
5	△ ♀	2. 0 ♄	0. 0	11. 50	6. 55	An. 7. M. 2½
	✕ ☾	9. 40 ♄	0. 0	15. 11	10. 16	An. 10. M. 8½
	□ ☉	12. 26 ♄	0. 0	16. 28	11. 33	An. 12. M. 0½
	△ ♀	19. 30 ♄	0. 0	20. 1	15. 6	An. 15. M. 8½
	✕ ♃	22. 28 ♄	0. 0	21. 37	16. 42	An. 17. M. 4½
	△ ♂	25. 0 ♄	0. 0	23. 4	18. 9	An. 18. M. 11
10	✕ ♃	27. 57 ♄	0. 0	24. 49	19. 54	An. 20. M. 8½
	□ ♀	2. 0 ♀	0. 0	27. 23	22. 28	An. 23. M. 5
	□ ☾	9. 40 ♀	0. 0	32. 51	27. 56	An. 29. M. 1½
	✕ ☉	12. 26 ♀	0. 0	35. 2	30. 7	An. 31. M. 4½
	☿	18. 40 ♀	0. 0	40. 24	35. 29	An. 37. M. 0
15	□ ♀	19. 30 ♀	0. 0	41. 6	36. 11	An. 37. M. 8½
	□ ♃	22. 28 ♀	0. 0	43. 53	38. 58	An. 40. M. 7½
	□ ♂	25. 0 ♀	0. 0	46. 22	41. 27	An. 43. M. 2½
	□ ♃	27. 57 ♀	0. 0	49. 25	44. 30	An. 46. M. 4½
	✕ ♀	2. 0 ♄	0. 0	53. 49	48. 54	An. 50. M. 11½
20	Angulus 4 <sup>tæ</sup>	4. 30 ♄	0. 0	56. 41	51. 46	An. 53. M. 11

5<sup>r</sup> DIRECTIONS M. C. AD SUOS PROMISSORES.

M. C. 4° 30' ♄. Afcen. Recta 274° 55'.

	Longitudo	Latitudo	Afc. Recta	Directio	Tempus	
25	✕ ☾	9. 40 ♄	0. 0	280. 31	5. 36	An. 5. M. 10
	△ ♀	19. 30 ♄	0. 0	291. 7	16. 12	An. 16. M. 10½
	✕ ♃	22. 28 ♄	0. 0	294. 17	19. 22	An. 20. M. 2½
	△ ♂	25. 0 ♄	0. 0	296. 57	22. 2	An. 22. M. 11½
	✕ ♃	27. 57 ♄	0. 0	300. 3	25. 8	An. 26. M. 2½
	♁ ☉	12. 26 ♄	0. 0	314. 55	40. 0	An. 41. M. 8½
30	♁ ♀	2. 0 ♄	0. 0	334. 0	59. 5	An. 61. M. 6½
	♁ ☾	9. 40 ♄	4. 56 S.	339. 22	64. 27	An. 67. M. 1½

## DIRECTIONES DIRECTÆ ⊕ AD PROMISSORES.

⊕ in 11° 20' ♍. Ascen. Recta 218° 54'. Distantia a M.C. 56° 1'. Declin. 15° 16' Mer.  
Descen. obl. 196° 50'. Circ. pofit. 54° 0'.

	Longitudo	Latitudo	Desc. obl.	Directio	Tempus
✕ ♀	19. 30 ♍	0. 0	201. 4	4. 14	An. 4. M. 5
△ ♃	27. 57 ♍	0. 0	206. 3	9. 13	An. 9. M. 7 $\frac{1}{4}$
□ ☾	9. 40 ♁	0. 0	214. 18	17. 28	An. 18. M. 2 $\frac{1}{3}$
△ ☉	12. 25 ♁	0. 0	216. 28	19. 38	An. 20. M. 5 $\frac{1}{2}$
□ ♀	19. 30 ♁	0. 0	222. 39	25. 49	An. 26. M. 10 $\frac{3}{4}$
□ ♃	22. 28 ♁	0. 0	225. 27	28. 37	An. 29. M. 9 $\frac{3}{4}$
□ ♂	25. 0 ♁	0. 0	227. 59	31. 9	An. 32. M. 5 $\frac{1}{3}$
□ ♃	27. 57 ♁	0. 0	231. 2	34. 12	An. 35. M. 7 $\frac{2}{3}$
△ ♀	19. 30 ♁	0. 0	257. 10	60. 20	An. 62. M. 10

## DIRECTIONES CONVERSÆ ⊕.

	Longitudo	Latitudo	Circ. pof.	Desc. obl. promiſſ.	Desc. obl. ⊕	Directio	Tempus
△ ☾	9. 40 ♍	0. 0	54. 0	196. 1	196. 50	0. 49	An. 0. M. 10 $\frac{1}{3}$
✕ ♀	2. 0 ♍	0. 0	54 $\frac{1}{2}$	192. 10	196. 24	4. 14	An. 4. M. 5
✕ ☉	12. 26 ♁	0. 0	55. 0	184. 22	195. 57	11. 35	An. 12. M. 0 $\frac{3}{4}$
♁ ♃	27. 57 ♍	1. 25 S.	55. 0	181. 41	195. 57	14. 16	An. 14. M. 10 $\frac{1}{3}$
♁ ♂	25. 0 ♍	0. 15 S.	54 $\frac{1}{2}$	178. 38	196. 24	17. 46	An. 18. M. 6 $\frac{1}{6}$
♁ ♃	22. 28 ♍	2. 16 S.	55. 0	181. 17	195. 57	14. 40	An. 15. M. 3 $\frac{1}{3}$
♁ ♀	19. 30 ♍	1. 20 S.	54 $\frac{1}{2}$	178. 29	196. 24	17. 55	An. 18. M. 8
♁ ☾	9. 40 ♍	4. 56 M.	53. 0	163. 52	197. 39	33. 47	An. 35. M. 2 $\frac{1}{3}$
♁ ♀	2. 0 ♍	2. 30 M.	53. 0	164. 30	197. 39	33. 9	An. 34. M. 6 $\frac{1}{2}$
♁ ☉	12. 26 ♁	0. 0	52. 0	158. 7	198. 27	40. 20	An. 42. M. 0

PRÆFATIO

## PRÆFATIO.



5 **U**M mihi ab Illustriss. Majestate Regia injunctum sit hu-  
 jus Inclytæ Genituræ Astrologicam explicationem con-  
 scribere, & Syderalis influentiæ inclinationes Naturales,  
 quatenus possibile est, indagare, patefacereque: effeci id-  
 ipsum pro virili, & ex physicis conjecturis, quas veriores  
 minusque superstitioni aut falsitati obnoxias judicavi, de  
 præcipuis rebus in vita evenientibus, judicium Astrologicum ea ratione  
 institui, ut a sanioribus veterum traditionibus, propriaque in his ex-  
 10 perientia, nusquam deviarim, et quantum Astrologo de his conjectare  
 liceat, sufficienter patefecerim, adjunctis etiam ipsis causis eventuum  
 6<sup>v</sup> ab Astrorum scientia petitis, ut constare possit, || prædictiones a nobis  
 prolatas habere physicas rationes & ab observatione experientiaque,  
 tum aliorum, tum propria, stabiliri, nec temere aut sine aliqua mani-  
 15 festa causa quicquam dictum esse. Etsi vero non ignorem, plurimos non  
 solum inter Theologiæ professores, sed etiam philosophiæ addictos, has  
 prædictiones ab Astris petitas allevare, omnemque illis efficaciam &  
 veritatem derogare, nec Sydera quicquam in ipsum hominem agere,  
 audacter asseverare: tamen cum non sit hujus loci longiorem de his  
 20 veritatis inquisitionem instituere, nec illorum argumentationibus nunc  
 sit respondendum, sed alibi tum ab alijs sufficienter id factitatum sit,  
 tum etiam a nobis suo loco & tempore, Deo volente, perficietur, relin-  
 7<sup>r</sup> quamus illis suas opiniones, suaque decreta pro veris habeant: || siqui-  
 dem non rectius intelligant, aut aliter scire expetant, excusante eos  
 25 partim artis ignorantia, partim judicii imbecillitate. Nos autem mani-  
 festæ experientiæ, cui contradicere temerarium est, quæ etiam suis  
 fundatur rationibus, insistentes, non dubitamus asserere, Sydera in  
 hominem plurimum efficaciam obtinere, ejusque corpus, vitam, mores,  
 actiones, Fortunam, variosque rerum eventus horum influentiæ non  
 30 minimum esse obnoxios. Non tamen liberum ipsi homini arbitrium id-  
 circo derogamus, quin aliter, quam Sydera inclinant, agere possit, &  
 nonnunquam eorum decreta augere, nonnunquam vero imminuere,  
 interdum etiam profus avertere. Est enim suo arbitrio homo omnibus  
 7<sup>v</sup> Astris superior, si secundum interiorem vim rectamque rationem vi-  
 35 vere malit, ut multoties nos admonent non solum sacræ divinitus pate-  
 factæ traditiones, sed etiam saniores philosophi omnes docuerunt, ut  
 videlicet homines contendant seipsos suosque affectus, ad quos natura-  
 liter inclinantur, domare, & secundum diviniorem intrinsicumque ho-  
 minem degere, Astrorumque influentiæ quam minimum obnoxiam vi-  
 40 tam instituere. In primis vero nihil derogamus divinæ voluntati, quæ  
 liberrime operatur, & cum sit causa omnium causarum prima, secundariis

dariis & mediatis operationibus non alligata est, verum disponit hæc inferiora omnia suo arbitrio, tam mediate quam immediate, nulli obnoxia Fato Naturali. Neque hæ prædictiones physicæ aliquam || comparisonem habent, ad Dei æternam futurorum præscientiam, quæ omni creaturæ incomprehensibilis est, sed saltem ab experientia longa petitas quasdam probabiles conjecturas proferunt, quemadmodum plerumque ex consimili Syderum positu evenisse compertum est, nullamque his fatalem necessitatem attribuimus, aut inevitabilia Astrorum decreta pronunciamus. Conducit autem hæc qualiscumque præcognitio ad hoc, ut valetudo actionesque in vita ita moderentur gubernenturque, ut si quid infausti adversique portendatur, id ipsum vel penitus avertatur, vel saltem levius reddatur (Nam prævisa tela minus feriunt), si quid boni, id ipsum augeatur, nec occasio Fortunæ negligatur: Siquidem arbitrium ipsius || hominis his ipsis inclinationibus plurimum tribuit, derogatve. Sed cum de his copiosior non sit hîc differendi locus, id saltem subjungamus, ut fundamentum harum prædictionum a nobis constitutum plenius percipiatur, Loca Syderum ad tempus hujus Inclytæ Genituræ nequaquam ita esse annotata, ut usitatus Astronomis calculus tabularum vel Regis Alphonfi, aut Prutenicarum e Copernici fundamentis deductarum exhibet: Siquidem crebris observationibus per instrumenta nequaquam fallacia compertum habeam, omnes has supputationes a vero nonnihil deviare. Constitui itaque locum Solis & Lunæ juxta proprias restitutiones in motu Luminarium. Loca Saturni & Jovis emendavi ex observationibus circa eos || dem dies habitis. Locum Martis correxi per crebras in eo factas animadversiones. Veneris situm etiam nonnihil limitavi. In Mercurio Copernici motum ferme retinui, cum ipsi semper propius in cœlo accedere a nobis aliquoties deprehensus sit. Oportebat autem hæc loca Syderum emendatiora esse, quam calculi consueti exhibent, ne in directionibus earumque temporibus investigandis, aliquis hîc error obrepere posset. Divisione autem domorum in constitutione thematis usus sum ea, quæ totum cœlum per verticalem primarium, ex intersectionibus Horizontis & Meridiani dividit trifariam æqualiter, nulla habita ratione æqualitatis Zodiaci vel Æquatoris, eo quod hæc ratio a nobis & probabilior, & veritati experientięque maxime consona deprehensa sit. Addidi alias tamen distributiones binas, || tam per Ecclipticam quam Æquatorem, ut collatio earum cum hac nostra fieri posset, sicubi opus esset. In directionibus vero, quibus tempora eventuum principaliter indagantur, id præter usitatam per Regiomontani Canones dirigendi rationem a nobis factitatum est, ut Mensura temporis, quam directio præbuit, motui Solis diurno vero, qui fuit tempore Genituræ, conformis redderetur, id quod nos longa exquisitaque docuit experientia. Verum ne diutius negotium differatur, ad

ad ipsum iudicium Astrologicum accedamus. Prius tamen planetarum fortitudines debilitatesque, iuxta quas reliquum iudicium in trutinam vocatur, ob oculos ponamus, deinde ordine ad cœtera dijudicanda procedamus. ||

10<sup>r</sup> DE PLANETARUM FORTITUDINIBUS & DEBILITATIBUS.

♀ in hac Inclÿta Genitura omnium Planetarum est fortissimus: Est enim in suo Solio, utpote domo exaltatione & termino, liberque a Solis radijs, occidentalisque. Debilitatur vero nonnihil, quod sit Retrogradus, tardus motu, & præsertim quod sit in sexta domo cadente. Est itaque essentialiter fortis, accidentaliter debilis.

♂ secundas partes obtinet, qui etsi præter terminum essentialia dignitates in eo Signo nullas habeat: tamen quia est directus, liber a ☉ motuque velox, fortis evadit, solumque || debilitatur, quod sit occidentalis & in domo sexta. Nam quantum oppositus Saturni illi officit, tantum Veneris præsentia juvat, seque mutuo elidunt.

☉ etiam essentialiter fortis est, cum sit in suo Solio, utpote domo propria & triplicitate. Nonnihil vero accidentaliter debilitatur, eo quod in domo sexta cadente reperiatur.

♃ etsi in domo sua propria, liberque a Solis radijs Orientalis est: tamen quia est Retrogradus & in domo duodecima atque in ☿♂ & ☿♂ hæsus ab utraque malefica, plus debilis quam fortis evadit. Habet tamen se mediocriter. ||

11<sup>r</sup> ♀ etsi libera a Sole, directæ, occidentalis, in triplicitate & facie, veloxque motu existit: tamen quia est in suo casu in sexta, læsa ab utraque malefica, plus debilis quam fortis evadit.

☾ etsi sit libera a Sole, inque sua triplicitate: tamen cum sit diminuta lumine & applicans ad Saturnum in duodecima plus debilitatur quam fortificatur.

30 ♃ liber quidem a Sole est & Orientalis: tamen cum sit Retrogradus peregrinus in domo XII<sup>a</sup> in ☿♂ plurimum debilitatur.

⊕ mediocriter bene se habet in angulo septimæ cum stellis fixis Regiis, solumque debilitatur, quod sit in ♀ in domicilio malefici ☿, illo infeliciter constituto. ||

11<sup>v</sup> DE NUTRITIONE.

**P**ER Nutritionem intelligimus annos primos 4 infantia, quamdiu corpora adhuc admodum tenera imbecillaque sunt. Quapropter cum omnes Planetæ in sexta & duodecima existant, difficultatem magnam in Nutritione minantur, præsertim quia Luna applicat Saturno, & quia

40 ♂ Dominus Ascendentis applicat ad ☿ ♃ Domini octavæ. Veneris tamen

tamen præsentia parum mitigat, sed imbecillius, cum sit infortunata. Ex his testimonijs colligitur, Natum vix superaturum primos Nutritionis annos, magnasque in nutriendo Nato futuras difficultates. Quia tamen  $\oplus$  & Ascendens salvi sunt, & Ascendens in  $\Delta \odot$ , fieri poterit, quod || adhibita bona diligentia Nutritionis annos evadat, præsertim 12<sup>r</sup> Deo sic disponente. Igitur ad reliquum vitæ curriculum accedemus.

### DE VITA EJUSQUE CURRICULO.

**D**E vita ejusque duratione generaliter judicando, ambo Luminaria hinc a vitæ particulari significatione excluduntur, eo quod in domibus cadentibus XII<sup>a</sup> & VI<sup>a</sup> vitæ inimicis reperiantur. Potest igitur Ascendens &  $\oplus$  esse Aphetæ. Quia vero ambo luminaria, præsertim  $\zeta$  in nocturna Genesi applicans Saturno, debiliter constituuntur, &  $\♂$  tam Ascendentis quam Partis fortunæ Dominus in sexta, læsus ab  $\♁$  Saturni, ambæque beneficæ cadant ab angulis & lædantur a maleficis, ideo vitam debilem, neque usque adeo robustam huic Nato significari verisimile est. Potest tamen  $\Delta \odot$  in Ascendente, ubi Exaltationem ipse obtinet ex suo domicilio profectus, aliquid hac in parte emendare, succurrentibus etiam beneficarum ibidem Antiscijs. Verum cum hæc omnia contingant ex domibus Vitæ non amicis, minus fortificant, & vitæ robur debilius confirmant. 20

Sed specialius vitæ constitutionem dijudicando, Apheticorum locorum directiones, præsertim Ascendentis &  $\oplus$  luminariumque, examinabimus in hunc modum.

Circa Annum 7 Sol in  $8 \Omega$  obscuratur, quatuor saltem gradibus a loco Natalicio, unde aliquod || vitæ periculum imminere potest, sed minus efficax, cum non propius coincidat. 13<sup>r</sup>

Circa Annum 12 labentem contingit directio  $\oplus$  ad occasum. Cumque  $\oplus$  in hac Inclyta Genitura sit Aphetæ sive vitæ principalis significator juxta Ptolomæi mentem (Nam neque luminaria, neque horum & Plenilunij vel  $\oplus$  dispositor est in loco aliquo Aphetico; Sola itaque  $\oplus$  cum sit in loco Aphetico, nempe in VII<sup>a</sup> domo, præfertur Ascendenti, eo quod Nativitatem proxime antecessit Plenilunium; Est autem juxta ejusdem Ptolomæi mentem, in tali situ Aphetæ, unicus Anaretæ sive vitæ abscissor, nempe occasus, eo quod is vitæ significatorem abscondat labe-||factetque): Quapropter cum  $\oplus$  Aphetæ circa Annum 12, ut diximus, in Occasu loco Anaretico per directionem conversam abscondatur, magnum vitæ discrimen juxta Ptolomæj mentem circa Annum 12 huic Inclyto Nato imminet, neque ulli radij benefici malefice interveniunt, qui vel retardent accelerentve. Et  $\♁$  Saturni immediate sequitur infra occasum, unde malum augetur. Quare si Ptolomæi rationibus absolute standum esset, non opus foret ulteriorem directionum considerationem 40

fiderationem inflituere, liquidem hunc terminum excedere non poſet.  
 Verum cum hæc Ptolomæi opinio non ufque adeo rata eſſe queat, ut  
 cœteris ſignificatoribus in univerſum deroget, præſertim cum  $\oplus$  non  
 14<sup>r</sup> tan-||tam per ſe habeat valetudinis corporisque ſignificationem, quan-  
 5 tam Aſcendens ipſum generalis horum ſignificator, itaque non ſolum  
 $\oplus$  ſed etiam Aſcendentis luminariumque directiones inſeſtas certis  
 temporibus occurrentes perpendemus. Animadvertendum tamen in-  
 terea, quod ſi Arabum placita una perpendamus, erit  $\♂$  Alchocoden  
 ſeu numerator annorum vitalium, eo quod is tam  $\oplus$  quam Aſcendentis  
 10 locum diſponat, intueaturque  $\oplus$  per ſextilem platicum. Cumque Mars  
 ſit in ſexta domo, vicinior tamen cuspidi ſeptimæ, ubi annos ſuos me-  
 dios 40 largiri ſolet, quam cuspidi VI<sup>æ</sup>, ubi ſaltem minores 15 attribueret,  
 habita ratione proportionis intervallorum, dabit in eo loco quo eſt ||  
 14<sup>v</sup> quaſi annos 34, quibus Veneris præſentia addit annos ſuos minores 8,  
 15 ut ſint anni Alchocodæi 42. His vero  $\ddagger$  propter inſeſtum partilemque  
 oppoſitum ſubtrahit annos ſuos minores 30. Remanent itaque ſaltem  
 Anni 12, quos Nato attribuere poſſet Alchocoden. Nam Jovis oppoſitus  
 neque addit neque minuit quicquam, præſertim cum ſit Dominus VIII<sup>æ</sup>  
 domus. Conſentit itaque hoc loco & quaſi in unum conſpirat Arabum  
 20 ratio in annis vitalibus cum Ptolemaica per directionem Aphetæ ad  
 Occaſum. Quare juxta 12 Annum non leve diſcrimen vitæ imminet,  
 15<sup>r</sup> conſiderando tamen, quod ob non ſatis exquisite verifi-||catum Nativi-  
 tatis momentum hic numerus annorum vel anticipari vel retardari per  
 unum aut alterum annum facile poſſit, quod ob id ſuam meretur ex-  
 25 culationem. Licet vero juxta hunc Annum 12, in fine pueritiæ, tam  
 juxta Ptolomæi quam Arabum decreta fatalis periodus imminere vi-  
 deatur, tamen quia horum rationes non ubique adeo ratas eſſe depre-  
 hendimus, quin nonnunquam hos terminos excedere liceat, adhibita  
 præſertim convenienti proſpectione tutelaque, ideo reliquas, uti dixi-  
 30 mus, directiones Apheticorum locorum in conſilium adhibebimus, ut  
 15<sup>v</sup> ſi, divina inprimis clementia, pueritiam exceſſerit, || reliquos annos peri-  
 culofos prævidere liceat.

Circa Annum 15 quaſi completum  $\oplus$  per directionem converſam  
 oppoſitum Saturni aſequitur in termino  $\♂$ , & licet præſentia Veneris  
 35 ſuccurrat, quæ mox ſequitur: tamen quia una concurrat Martis præ-  
 ſentia, parum allevare poterit. Accedit vero & hoc quod eodem tempore  
 Luna ſua directione Martis oppoſitum attingat, & licet illic quoque  $\natural$   $\ominus$   
 una concurrens opitulari aliquid videatur, tamen quia hic occurſus fit  
 etiam in termino malevoli Martis, & præſertim quia Saturni corpus  
 40 proxime ſequitur, unaque ipſius accedit  $\ominus$  Antifcia, igitur & hîc minus  
 16<sup>r</sup> juvat benevolus alias  $\natural$ , || præſertim quia in hac Genitura Dominus  
 octavi loci exiſtit. Ingens itaque vitæ diſcrimen circa Annum 15 com-  
 pletum

pletum aut circiter huic Nato imminet, tam ex causis acutis quam cronicis, aut etiam ex læsionibus morbisque varie recurrentibus infestantibusque. Quare diligens adhibeatur cura circa primos adolescentiæ annos, ut infestos hos multiplicesque occurfus vitæ inimicos evadere possit.

Circa Annum 17 quasi completum Ascendens  $\times$  Saturni attingit in ejusdem termino, subsequente statim circa 18 Annum  $\Delta$   $\text{♂}$ , unde aliqua adversa valetudinis discrasia minuitur, quæ tolerabilis quidem est, nisi circa eundem 18 Annum  $\parallel$  labentem Luna sua directione corpus Saturni attingeret in termino  $\text{♂}$  & 12<sup>a</sup> domo. Et licet corpus  $\text{♃}$  subsequatur statim completo 18 anno: tamen quia  $\text{♃}$  est Dominus mali loci vitæque infesti, nempe VIII<sup>æ</sup> domus, non solito more hinc opitulatur. Et licet  $\ominus$   $\text{♀}$  una succurrat: tamen tantundem officit Antiscia  $\ominus$  Martis, ut omnino circa 18 Annum ingens vitæ periculum, ex causis præsertim Saturninis & cronicis, frigidisque & humidis, Melancholicisque morbis portendatur, una cum animi passionibus, turbulentisque & tristibus perturbationibus. Pericula etiam minantur in aquis, aderuntque una subinde acutæ ægritudines recurrentes circa idem fere tempus, eo quod  $\oplus$  Apheta anno 18 completo Martis corpus pertingat. Sed cum eodem fere tempore Veneris benevolæ præsentiam assequatur, minus nocere poterit. Quare circa Annum 18 labentem & completum diligentem curam valetudinis adhibeat, ne ex una ægritudine in aliam, ex uno vitæ periculo in aliud incidat. Poterit tamen mirabiliter præter spem elabi, eo quod præsentia  $\text{♃}$  &  $\text{♀}$  eorundemque Antiscia una directionibus his infestis sese immiscentes, sua benevola ope maleficarum nocivum virus aliqua ratione contendant imminuantque: ut sperari possit, adhibita diligenti prospectione, in primis vero divino numine conservante, posse eum has tetricas atque vitæ admodum infestas directiones circa Annum 18 conspirantes evadere.

Non multo post circa 20 Annum completum Sol sua directione corpus  $\text{♂}$  attingit, quæ tamen directio minus nocere poterit, cum eodem pene tempore occurrat etiam corpori benevolæ Veneris, & quia Sol Apheta non est. Caveat tamen a rebus & personis Martialibus, & ne per intemperantiam luxuriamque morbos Martiales Venereosque incurrat: qualis est Lues Venerea, acutæ febres, podagra, alijque similes ex nimia intemperantia originem ducentes, quæ tamen ob dictas causas vitam non abrumpunt.  $\parallel$

Pari ratione Anno 23 completo idem Sol Saturni oppositum attingit in terminis Martis: unde Saturninæ cronicæque ex frigidis & humidis causis originem ducentes ægritudines infestæ erunt, præsertim cum Sol eodem quasi tempore faciat Exalma ad initium  $\text{♋}$ . Indicat etiam a fervis, rusticis & vilioribus hominibus damna dispendiaque, dignitati-  
que



que adversatur plurimum. Verum cum Sol non sit principalis Apheta, & subsequatur statim ☿ benevoli ♃, qui in Annum 24 completum incidit, licet & is sit Dominus octavæ domus vitæ inimicæ, ideoque minus profit, vitam meo judicio hic occurfus penitus abrumpere non poterit, 18<sup>v</sup> sed saltem aliquas Saturninas, tristes || Melancholicasque difficultates adversitatesque etiam in externis rebus, quæ ad fortunam & dignitatem attinent, objicere.

Anno 30 circiter labente ⊕ principalis Apheta □ Saturni attingit, subsequente statim Anno 32 completo □ ☿, idque per directionem in 10 consequentiam, inciditque directio in terminum ipsius Saturni. Quare hæc tempora non saltem rebus fortunæ exterioribus, sed etiam valetudini corporis admodum infesta erunt, & tam cronicis, præsertim juxta 30, quam acutis juxta 32 completum morbis valetudinem infestabunt. Quia tamen ♃ □ juxta 36 Annum succurret, vitam penitus abrumpere 19<sup>r</sup> non poterint, licet ♃ sit Dominus VIII<sup>æ</sup> domus, unde || minus adjumento est.

Circa 35 Annum completum ⊕ conversa directione ☿ Lunæ attingit, & Luna ipsa circa idem fere tempus □ Solis asequitur, unde etiam 20 circa hoc tempus alterationes quædam vitæ & valetudini adversæ imminebunt, quæ tamen eam abscindere prorsus non poterint, eo quod occurfus non sint admodum perniciosi, & una concurrat Partis Fortunæ ad □ Jovis (licet is sit Dominus octavi loci) directæ directio.

Est etiam circa 36 completum directio Ascendentis ad ♃, quæ venena, ventrisque tormina, profluviaque minatur, sed □ ♀ statim se- 25 quens opitulatur. ||

19<sup>v</sup> Circa Annum 40 completum Ascendens sua directione □ Saturni asequitur in termino ☿; erit itaque hic occurfus vitæ admodum infestus, præsertim quia □ ☿ statim subsequitur, nihil obstante, quod una □ ♃ succurrat, cum is sit Dominus VIII<sup>æ</sup> mali loci. Quapropter 30 circa 40 Annum ingens vitæ discrimen portenditur, præsertim ex Melancholico sanguine aut ventositatibus, Cholicisque passionibus, torminibus & frigidis fluxionibus valetudo infringetur. Accedit & hoc quod Luna juxta 41 Annum × Saturni attingit, qui se læsit per conjunctio- 20<sup>r</sup> nem. Quod si hunc malevolum Saturni occursum exupera-||verit, circa 35 43 completum Martialibus impedimentis acutisque & calidis passionibus læsionibusve ex ferro aut igne affligetur per directionem Ascendentis ad □ ☿, quas tamen facilius superabit ob □ ♃ qui sequitur, licet & is, cum sit Dominus octavi loci & in XII<sup>a</sup> damnetur a maleficis, vitæ non admodum faveat: unde circa 47 Annum ex Jovialibus morbis, ut 40 sanguinis exuberantia, affectioneque adversa & jecinoris afflictionibus molestabitur, Jovialiumque & fucatorum amicorum insidias incurret.

Quod si has antecedentes malevolas directiones omnes Dei beneficio exuperaverit hic Inclytus Natus, non invenio admodum infestum occur-||sum, quantum ad directiones attinet, antequam Annum ætatis 20<sup>v</sup> 66 attigerit, quo tempore Luna directionis via □ Saturni asequitur, qui se ab initio læsit per conjunctionem platicam, cui Luna applicuit. 5 Subsequitur etiam statim □ ♂ & occurfus fit in termino malefico. Quare concurrentibus tot causis hunc terminum Astrologice dicendo exuperare non poterit, præsertim ipsa senectute, quæ per se morbus est, jam ingravescente. Sed verendum erit ne hunc terminum attingat prius quam vita abrumpatur, per intercidentes alios malevolos occurfus, in 10 primis vero juxta annos 12, 15, 18, 30, 40, 43. Atque id quantum ad directiones attinet, nam poterunt || etiam alijs temporibus vitæ quædam 21<sup>r</sup> adversitates incidere ex alijs causis, utpote profectionibus & Revolutionibus adversis, item ex inferioribus & propinquiorebus causis, quæ tamen erunt faciliores, vitamque abrumpere vix poterunt. Cavere ta- 15 men ante omnia oportet generales calamitates, ut pestes, bella, mutationes legum & Regionum, Inundationes, morbos populariter graßantes, quæ omnia ex generali Fato, quam Genethliaca constitutio præ se fert, dependent, & ob id particulariori derogant.

Observandum etiam quod directionum tempora non usque adeo 20 strictè ijs annis, quibus assignantur, capi-||enda sint, præsertim Ascendentis & ⊕, eo quod de vero momento Nativitatis non adeo exquisite constet, quin in uno vel altero anno hoc in loco aberrari facile poterit, donec per accidentia eventusque rei certitudo inquisita exquisitam 25 aliquam rationem præbuerit. Atque hæc de vitæ periodo sufficienter indicata sint. Nunc ad alias prædictiones eventuum in vita accedamus, quas tamen omnes ea lege cautioneque dictas assignatasque volumus, si pueritiæ adolescentiæque annos exceßerit, & ætatem ijs actionibus competentem asequutus fuerit. Nam licet in hac Genesi non admodum evidentes significationes fortis diuturnæque vitæ reperiantur, ob cau- 30 sas || supradictas: tamen non est Astrologi aliquid certo determinare, & 22<sup>r</sup> necessitatem aliquam fatalem introducere, eaque ratione voluntati divinæ, quæ liberrime agit nullis alligata causis secundis, detrahere, omniaque media evitandi Astrorum decreta nimis rigide præcludere, Stoicumque Astralis influentiæ Fatum confirmare. || 35

#### DE HUIUS GENITURÆ ALMUTEN. 22<sup>v</sup>

**P**RINCIPALE dominium potissimamque significationem in hac Genitura obtinet Martis stella. Habet enim hæc in omnibus locis Hylegialibus aliquas prærogativas essentiellesque dignitates. Nam tam in 40 Ascendente quam loco ⊕ carpentum obtinet, in locis Luminarium & ♂ præcedentis triplicitatem. Quare is solus præ cæteris hujus Genituræ

23<sup>r</sup> turæ Cœdespotes censebitur, juxta probabiliorem rationem Genituræ principem eligendo. Et si Firmici Romani placitis steteris, is etiam Genituræ Dominus evadit. Præest enim signo, quod Luna proxime || post Nativitatem ingreditur. Quamvis hæc ratio minus firmis nitatur rationibus.

5 Mars itaque per se principale dominium nactus, quia non usque adeo bene constitutus est in sexta domo cadente, læsus ab ♂ Saturni, quamvis essentialiter mediocriter se habeat, & Veneri beneficæ in uno positionis circulo permisceatur, suas vires mediocriter exercet, magis tamen in deteriore partem, facitque iracundum & nimium interdum audacem, admodumque in libidines, forte etiam adulteria & supra proclivem, animo elato & voluptatibus supra modum dedito, unde & animus & corpus affligetur, propter || constitutionem eorum in sexta. Mitigat quidem hæc nonnihil ♀ partiliter Marti permixta in eodem positionis circulo, & quia ♂ ab ♂ h<sup>ni</sup> recedit, oppositoque Jovis applicat, unde interdum effusam quandam lætitiâ progignit, hominibusque militaribus acceptum reddit. Erit tamen in militia rebusque bello administrandis minus felix ob Martis tam infelicem constitutionem, ut quamvis desiderio harum rerum capiatur.

15  
20 Constitutio tamen Martis in ♃ in carpento ♀, ipso etiam Mercurio in ♃ existente, ad callida astutaque consilia stratagemataque excogitanda acutum reddit. Verum quid particularius tam Martis, quam aliorum constitutio portendat, in sequentibus enucleatius aperiemus. ||

24<sup>r</sup> DE TEMPERAMENTO & COMPLEXIONE CORPORIS.

25 **S**IGNIFICATORES complexionis in hac Inclyta Genitura sunt hi in primis cum suis quas Nato attribuunt qualitatibus.

	Calidum	Humidum	Frigidum	Siccum
Ascendens 14° ♃	Calidum			Siccum
Dominus ♂				Siccus
30 ☉ aspiciens Ascendens ☾ 10 ☾	Calidus	Humida Humidæ	Frigida	Siccus
Stellæ ex ♁ cum ☾ Signum ☉ ♀	Calidum			Siccum
Dominus Genituræ ♂				Siccus
35	3	2	1	5

24<sup>v</sup> Apparet itaque constitutionem temperamenti esse in primis siccam & calidam, quam Cholericam physici appellent: unde inclinationes & corporis constitutionem conformem huic temperamento habebit, eritque

que ad rubedinem tendentem in nigredinem quandam adustam inclinatus, & plurimum iracundiæ concitationique animi obnoxius. Nonnunquam tamen cum festiuitate lætus & gratiosus, propter permixtionem Martis Domini Horoscopi & Genituræ cum Venere, unde etiam voluptatibus variis addictus erit. Lunæ etiam applicatio ad Saturnum nonnunquam Melancholicas impressiones & torporem quandam tam animi quam corporis suggerit, facitque humidam admodum cerebri constitutionem crebris defluxionibus obnoxiam, utquamvis re ipsa corporis complexio ad siccitatem caloremque inclinabit.

### DE MORIBUS.

**M**ORUM significatio in hac Incluta Genitura varie se habet. Partim enim a Marte generali disponente Genituræ & Domino Ascendentis, partim a Venere ipsi & Mercurio conjuncta & plurimas prærogativas in loco ☾ & ☿ obtinente, nonnihil etiam ex Saturno, cui ☾ proxime applicat, morum significatio dependet. Mars itaque cum mediocriter se habeat, nisi quod lædatur a Saturno in sexta, tamen essentialiter mediocriter fortis & Veneri beneficæ permixtus, decernit mores generosos, fortes, cum vehementia quadam iracundos, vindictæ cupidos, impatientes, præcipites, truculentos, temerarios, sumptuosos, feroces in lacebendis alijs & discordijs plurimis obnoxios. Veneris tamen permixtio hos mores nonnunquam mitigat, mitioresque & humaniores cum quadam gratia alacritateque reddit. Verum cum & ipsa non satis bene afficiatur, læsa ab utraque malefica in sexta inque suo casu existens, ad ignaviam & multiplices libidines pronum facit, voluptatumque & illecebrarum retibus involvit. Cumque in domo servili reperiantur, vilium & servilium mulierum amoribus implicat, facit heluationibus & superfluis computationibus plurimum obnoxium.

♀ cum Marte male posita ingentia inconuenientia causa amoris portendit. ¶ Quia tamen Jovis Antiscia ob latitudinem his permiscetur & Spica ♀ stella illustris eidem circulo positionis, in quo Mars & Venus reperiuntur, vicina est, mores suaviores cum industria quadam reddunt, hæcque omnia adeo in melius emendant, ut per bonam educationem disciplinamque corrigi poterint, & in honestatem quandam beneficentiamque derivari. Saturnus vero cui Luna applicat, cum & is non satis bene constituatur in duodecima, ad morositatem ingratham, & tristitiam, suspicacitatemque, & invidiam mores nonnunquam inclinat. Quæ tamen omnia Jovis præsentia quodammodo emendat, & in melius corrigit, accedente, ¶ uti dixi, bona educatione institutioneque, quæ plurimum in moribus alterandis corrigendisque possunt, præsertim si cum consortio conversationeque proborum & honestorum hominum conjungatur.

DE

## DE INGENIO &amp; ANIMI QUALITATIBUS.

**M**ERCURIUS est in hac Inclyta Genitura omnium Planetarum fortissimus, quo ad essentialia dignitates attinet, igitur per se satis bonum, acre & præstans largitur ingenium. Debilitatur vero ejus virtus nonnihil, eo quod sit Retrogradus & in sexta domo. Verum quia Retrogradatio Mercurio minus nocet ob crebram abuefactionem & gaudeat in domibus cadentibus, igitur ingenij vis non usque adeo inde hebetatur, & ☿ ☾ ad Mercurium plus commodat ad ingenij dexteritatem quam officit, ut ob id ingenij vires plus quam mediocres discernantur huic Inclyto Nato. Unicum est quod ingenio intellectuique plurimum officit, nebulasque obtendit, videlicet quod Luna constituitur cum stellis in effusione ☿ de natura Saturni & simul lumine decrescat Saturnoque applicet recedens ab ☿ ♀, quæ constitutio ingenij, judicij & intellectus vires plurimum infringit hebetatque, sed quia Luna maximam habet Latitudinem Boream, extra eas stellas versus Arcton removetur, ut partiliter non jungatur, & eo plus a Saturni copula || elongatur. Ideoque hæc significatio minor evadit & tolerabilior, præsertim ob ♀ essentialiter adeo bene constitutum. Lunaque circa maximam latitudinem Boream reddit callidum, industrium instabilemque & ingenio volubili præditum.

Mercurij vero Retrogradatio in eodem cum Venere signo facit ingenio ad Musicam habili & cantionibus delectante. Cumque ♀ præsit locis ♀ & ☾, ipsaque Marti partiliter permisceatur, cui applicat in signo Mercuriali, animi vim segniorem quodammodo reddit, & voluptatibus corporis ut libidinibus & heluationibus plurimum præpeditum. Si tamen ad literarum studia fuerit adhibitus, non incommode in ijs versabitur, & præsertim in || Medicina Chirurgicisque medelis feliciter ad discendis exercendisque proclivior erit.

## DE CONFORMATIONE ET STATURA CORPORIS.

**C**ONFORMATIO corporis ex Martis impressionibus ut plurimum dependet, qui cum sit occidentalis, formam corporis compactam, ad rubedinem tendentem, flavosque capillos adfert, & subruffos rigidosque. Commixtio vero Veneris cum Marte ad pulchritudinem plurimum confert & membrorum decentem proportionem vultusque speciosam gratiam. Erunt hæc tamen mediocria ob Veneris tam infelicem constitutionem in suo decremento in sexta, & læsam ab utraque malefica. Quantum vero ad staturam attinet, quia eadem || Venus Horoscopi Domino partiliter jungitur occidentalisque existit, staturam mediocrem designat, nonnihil tamen ob ♀ ascendentem & signum ♀, in quo Venus est, ad proceritatem tendentem, si Venus non eßet in suo casu, ut ob

ob id mediocritas quædam in altitudine staturæ potius decerni videatur. In crassitie etiam propter utrumque signum etiam mediocritatem quandam retinebit, & neque in macie, neque in crassitie plurimum deviabit. Meo tamen iudicio plus ad maciem quam crassitiem inclinabit. Verum cum hoc iudicium de forma & constitutione corporum potius ex parentum conformatione staturaque dependeat, de iis hæc, quatenus sydera una aliquid cooperantur, indicare sufficiat. ||

### DE MORBIS INFIRMITATIBUSQUE CORPORIS. 29<sup>r</sup>

**E**TSI in hac Inclyta Genitura Horoscopus satis bene se habet, liber a radijs maleficarum & in  $\Delta$  Solis sui Almuten, quod ad firmam valetudinem aliquid conferre videtur: tamen quia Dominus Ascendentis  $\♂$  constituitur in sexta male affectus ab  $\♄$  Saturni, & Sol etiam in sexta reperitur, Lunaque in duodecima applicat proxime ad  $\♄$  Saturni, & omnes Planetæ, ut breviter dicamus, sint in domibus utrisque valetudini inimicis, & cum Horoscopo vitæ sanitatisque significatore nullam familiaritatem obtinentibus, seque invicem per  $\♄$  intueantur; quapropter iudico hunc Inclytum Natum || futurum in maximo vitæ curriculo ut plurimum valetudinarium, variisque & plurimis ægritudinibus obnoxium, eritque infirmitatibus tam acutis quam chronicis subjectus, quæ ab utraque malefica portenduntur. Fluxionibus frigidis humidisque cerebri, perniciosisque catharris & similibus morbis Saturninis affligetur ob Lunam applicantem Saturno in XII<sup>a</sup> domo. Ob  $\♂$  vero afflictum in sexta, morbis qui ex felle & adusta bile originem trahunt, febresque acutas inducunt, corpus affligetur. Peculiariter autem videtur copulatio illa Martis et Veneris in sexta in  $\♄$  Saturni morbos inducere ex nimis libidinibus intemperantiaque provenientes. ||

Quare sibi bene prospiciat, ne in Luem Veneream similesque deflexiones dolorificas, articulos, nervos, inferioraque membra ipsamque cutem inficientes ex inordinata & immodica libidine, incurrat, unde principalia membra affligentur, & sanitas ipsa grandem iacturam patietur. 30<sup>r</sup>

Idem etiam metuendum ab immodicis potationibus & inordinata victus ratione, si valetudinis curam non diligentiore adhibuerit quam astra spondent.

Luna etiam in  $\times$  Saturno juncta in XII<sup>a</sup> podagricos dolores minatur, aut Hydropem pedumque tumorem. Nihilominus tamen quia tam in VI<sup>a</sup> quam XII<sup>a</sup> salutes stellæ admittuntur, Venus Marti, Saturno vero  $\♄$ , sperari poterit, quod morbi & valetudinis multiplex afflictio, quæ alias satis evidenter indicatur, medicabilis futura sit, & adhibita bona prospectione, omnia, si non penitus tolli, saltem leviora mitioraque reddi posse. 30<sup>v</sup> 40

Tempora

Tempora vero quibus potissimum erit gravioribus morbis obnoxius, peti possunt superius ex directionibus, præsertim in loco de vita, ubi præcipua commemoravi explicuique.

Et si etiam alijs quoque temporibus, tam ex superioribus quam inferioribus causis, varijs morbis obnoxius esse poterit: tamen ij minus erunt periculosi, minusque durabiles, & vitæ ac valetudini non usque adeo infesti. ||

31<sup>r</sup> Ex ♀ autem, in quo signo ♂ est in sexta, infirmitates ventris, intesti-  
norum, diaphragmatis & colicæ passiones indicantur.

10 Quia ☾ & ♄ sunt in duodecima, accedente ☉ ♂ e sexta, & Sol est in  
sexta, resolutioni nervorum obnoxius erit.

♃ in sexta ejusdem Dominus Retrogradus aliquando difficultatem  
auditus ingerit, vel impedimentum in loquela.

15 Saturnus & ♂ invicem oppositi e sexta & duodecima cruorem spu-  
tumque sanguinolentum nonnunquam cient.

Sol in sexta significat multas ægritudines & infirmitatem cordis &  
membrorum principalium. Sed non damnatur, verum est Almuten  
Ascendentis. ||

31<sup>v</sup> Mars Almuten Nativitatis in sexta in ☉ Domini XII<sup>æ</sup> Saturni, fig-  
20 nificat casus ab equis aut læsiones, præsertim ob Saturnum Retrogra-  
dum in duodecima. Verum propter Jovem & Venerem minus nocebit,  
multaque pericula subibit occasione amoris & mulierum propter Ve-  
nerem damnatam in sexta.

### DE FORTUNA IN GENERE.

25 **H**ACTENUS de ijs quæ ad corpus animumque pertinent, pertrac-  
tavimus: restat ut nunc ea quæ ad exteriorem fortunam attinent,  
in considerationem adhibeamus. Et si vero ea plurimum arbitrio indu-  
striæque humanæ subjecta sunt, unde natum est proverbium: *Quisque*  
32<sup>r</sup> *suæ fortunæ faber*: tamen non dubium est astra in his plurimum || posse,  
30 ut non immerito dixerit Poeta ille:

*Esse igitur sapiens & felix nemo potest, qui  
Nascitur adverso cælo stellisque finistris.*

Quapropter generaliter Fortunam exteriorem considerando, in hac  
Inclitya Genitura reperiuntur tres Planetæ in proprijs domicilijs car-  
35 pentisque, utpote Sol in ♀, Jupiter dispositor loci ☾ in ♃, & Mercurius  
in ♀. Unde per se plus quam mediocritas quædam in rebus exteriori-  
bus fortunæ feliciter administrandis portenditur. Verum cum hi ipsi  
cæterique omnes alij sint in abjectis figuræ locis, utpote XII<sup>a</sup> & VI<sup>a</sup>, se-  
que mutuo opposito inimico radio intueantur, idcirco videtur hæc res  
32<sup>v</sup> ad mediocritatem quandam || degenerare: unde medio modo se habebit,  
admodumque sibi dissimilem variam & inconstantem fortunam, nunc  
adversam

adversam nunc prosperam, experietur. Et licet ubique eluctari conabitur, & nonnunquam spe quadam insigniori extollatur: tamen ex insperato adversitates incidentes sentiet, & rursus, cum quasi oppressus decidisse penitus videbitur, mirabiliter emerget eluctabitque, ita ut in quibusdam vitæ ætatibus felicior, quibusdam infelicior, varie sese Fortunæ rota revolvente, efficietur. Plus tamen adversitatibus & dejectionibus afficietur, neque splendorem nominisque insignem aliquam famam late assequetur, & in rebus moderatis erit felicior, atque in his multo tutius verfabitur. Sed particularius totum hoc negotium considerando, ea quæ sub exteriorem Fortunam cadunt, singillatim perpendemus.

## DE DIVITIIS.

**S**IGNIFICATORES divitiarum in hac Inclyta Genitura sunt hi potissimum:

Cuspis 2<sup>æ</sup> 16 ♀ infortunata.

Pars fortunæ 11 ♀ fortis.

Dominus ejus ♂ mediocriter fortis.

♃ generalis significator mediocris.

Dominus 2<sup>æ</sup> ♀ fortis.

♃ in 2<sup>a</sup> domo infortunata.

Considerando itaque & perpendendo omnes hos significatores, mediocritas quædam colligitur, & inconstantia quædam in divitijs, & quod nonnunquam graves difficultates in his experietur, interdum || vero ex ijs paulatim eluctabitur.

Constitutio ⊕ in angulo septimæ in Δ ☾, cui applicat, cum stellis fixis Bebenijs, quæ sunt apud Chelas, potissimam fortunam in divitijs acquirendis ratione conjugij denotat. Idem plurimum corroborat applicatio Veneris & Martis, qui ambo Planetæ præfunt Ascendenti & septimæ, & quia ♄ est in secunda post septimam & ⊕: ut ob id præcipua fortuna, quam hic Inclytus Natus in divitijs facultatibusque sit habiturus, sit ipsi eventura post conjugium ratione uxoris. In reliquis, quæ propria industria affectabit, magis erit infelix propter ♃ constitutionem in secunda & ♂ Dominum ⊕ atque || Mercurium Jovemque abjectos in duodecima & sexta, ipso Mercurio & ♃ una Retrogradationis vitio laborantibus, & Marte a Saturno malefico oppresso, unde per se potius opes dissipabit, minusque felix in ijs acquirendis conservandisque erit. ♀ & ♂ Domini triplicitatis ☾ in nocturna genesi infeliciter positi in cadentibus, læsique a Saturno per ♃, infortunium in rebus externis vitamque laboriosam de sententia Arabum minantur, quod ex Ptolomæi sententia roboratur, cum ♂ sit Dominus ⊕. Sed ♀ Dominus secundæ in exaltatione sua domoque cum Domino primæ mitigat hanc significationem, & ⊕ in septima cum fixis etiam divitias largitur. ||

Mars



34<sup>v</sup> Mars  $\oplus$  Dominus ex violentijs & litibus quædam causa divitiarum portendit, quæ tamen cito dissipabuntur.

h cum  $\eta$  in eodem positionis circulo reditus & lucra portendit ratione hæreditatis ex parentibus & ratione mulierum, sed  $\sigma$  hos consumit dissipatque rursus.

5  $\zeta$  Dominus secundæ essentialiter fortis sed accidentaliter cadens ab angulo significat, quod videbitur possidere aliquid, nomenque & famam divitis habebit, revera tamen plus damni quam lucri faciet occulte.

10  $\zeta$  in secunda facit fortunatum in ludo, sed erit dissipator suæ substantiæ.

35<sup>r</sup> Mars Dominus Ascendentis &  $\oplus$  || cadens ab angulo & læsus ab opposito Saturni, significat quod ipse dissipabit & diminuet substantiam suam hæreditatemque parentum, seque ad indigentiam deducet, idque propter commixtionem Veneris per voluptates, convivia, computationes, nimium luxum in vestitu & per amores mulierum.

Erit autem in principio vitæ pluribus difficultatibus obnoxius, in fine vero prosperior quo ad res fortunæ. In primis vero per infidelitatem servorum & subditorum damna patietur in rebus fortunæ, eritque in animantibus fere omnibus tam majoribus quam minoribus infelix, solumque & potissima fortuna acquirendarum conservandarumque divitiarum, ratione conjugij, uti dixi, ipsi eveniet. ||

35<sup>v</sup> Tempora vero quibus potissimum erit felix ad res fortunæ adipiscendas, erunt circa Annum 5, cum  $\oplus$  ad  $\times$   $\zeta$  directe &  $\times$   $\zeta$  converse venit. Item juxta Annum 10, cum ad  $\Delta$   $\eta$ , & juxta 12 completum, cum ad  $\times$   $\odot$ .  
25 Item juxta 21, cum ad  $\Delta$   $\odot$ . Mediocriter etiam juxta 27, cum ad  $\square$   $\zeta$ , & juxta 35, cum ad  $\sigma$   $\zeta$  pertingit. Illustris etiam quædam fortuna juxta 42 Annum, cum  $\oplus$  ad Solem pertingit, pollicetur.

Adversitates erunt juxta annos 16 & 19, quamvis cum inconstantia quadam. In primis vero infelix erit in rebus fortunæ juxta 30 Annum, cum  $\oplus$  ad  $\square$  h venit, & deinde juxta 33, cum idem  $\square$   $\sigma$  applicat. ||

36<sup>r</sup> DE HONORIBUS & DIGNITATIBUS.

**S**IGNIFICATIO honorum & dignitatum in hac Inclyta Genitura sumitur ab his locis.

35 A Sole in 12  $\Omega$  in suo carpento fortunato.

A Luna in 10  $\chi$  infortunata.

A M. C. in 5  $\zeta$  cum Lyra fortunata.

A h ejus Domino infortunato.

Cum itaque horum significatorum media pars feliciter & prospere se habeat, media vero infauste constituatur, non obscure indicatur mediocritatem quandam polliceri in honoribus dignitatibusque asequendis, & quandam etiam in ipsis inconstantiam futuram. ||

Potissima vero significatio promissioque excellentis alicujus dignitatis 36<sup>v</sup>  
 pendet ex constitutione illustris illius fixæ stellæ in Lyra constitutæ, quæ  
 ad amuſim apicem M. C. obtinet, quæ magnæ alicujus & splendidæ  
 potentiæ cum Majestate insigni fortunam pollicetur. Verum cum hoc  
 indicium etsi inſigne & rarum, non fulciatur aliorum Planetarum testi- 5  
 monijs confirmeturque, præsertim quia omnes Planetæ cadunt ab an-  
 gulis, igitur hæc significatio ex fixa illa plurimum infringitur, & forte  
 ex alta aliqua dignitate, illustrique honoris splendore dejectionem ali-  
 quam infeliciorem minatur, & inconstantem lubricamque fortunam in  
 honoribus aſequendis || decernit. Stellæ enim fixæ per se dona quidem 37<sup>r</sup>  
 ingentia in dignitatibus largiuntur, sed plerumque ea inauspicate ter-  
 minant, minusque durabilia reddunt, nisi fulciantur a Planetis. Quare  
 non nimis fidat fortunæ excellenti in dignitatibus blandienti, cum Lu-  
 minaria omnesque alij Planetæ cadant ab angulis, inconstantiamque  
 & lubricitatem minitentur. Tutior itaque & firmiter fortunatus erit, si 15  
 non usque altos dignitatis gradus aspiraverit, & privatam potius vitam  
 gerat, aut alijs potentioribus obsequendo, aut philosophiæ operam  
 dando. In his enim minus erit periculi feliciusque versabitur, nec for-  
 tunæ inconstantia usque adeo obnoxius || erit, memor illius dicti: *Bene* 37<sup>v</sup> †  
*qui latuit, bene vixit.* 20

Pollicetur tamen ratione conjugij in hac Inſlyta Genitura, nescio  
 quid splendoris & magnificentia in dignitatibus obtinendis ob Spicam  
 ♀ in septima & ⊕ ibidem cum illustrioribus in Chele stellis, & quia ☾  
 M. C. per sextilem intuetur. Quare in his quæ ratione conjugij ipsi  
 evenient, auspiciatior erit, quam in his quæ propria industria aſequetur. 25  
 Quamvis & hoc judicium imbecille sit, propter Lunam & Venerem  
 utramque conjugij significatricem male collocatam.

Quia ♃ Dominus decimæ per Retrogradationem separatur a Do-  
 mino Ascendentis Marte, ejus videlicet opposito, || igitur princeps ali- 38<sup>r</sup>  
 quis adversabitur ipsi, eique in dignitatibus officiet. Et Dominus X<sup>æ</sup> in 30  
 XII<sup>a</sup> facit infortunatum apud Reges. Consequetur tamen aliquem ho-  
 norem ex suis inimicis & hostibus. Felicius vero erit in dignitatibus  
 juxta Annum 17, potissimum ratione mulierum. Juxta Annum vero 20  
 completum variam inconstantiam experietur, quæ tamen felicius ter-  
 minabitur. 35

Circa Annum 23 completum plurimas adversitates in dignitatibus  
 experietur, ex directione Solis ad Saturni oppositum.

Juxta 26 & 27 Annum potissimam fortunam in adipiscendis dignitati-  
 bus honoribusque amplis aſequetur, || cum M. C. sua directione ✕ ♃ 38<sup>v</sup>  
 aſequitur. 40

Juxta 42 Annum caveat potentiorum inimicitias sibi adversas, ob di-  
 rectionem M. C. ad ☿ ⊙.

Atque

Atque hæc quantum ad directiones attinet. Nam & alijs annis tam ex Revolutionibus quam profectiõibus, alijsque de causis utriusque fortunæ in honoribus & dignitatibus obnoxius esse poterit. Sed hæc tempora potissimum asignavi, quia evidentiores effectus producant. ||

39<sup>r</sup>

## DE CONJUGIO.

**C**ONJUGII significatores in hac Inclyta Genitura sunt Luna in 10  
 X & duplici nomine Venus, tum per se, tum quia Domina septimæ  
 domus existit, unaque Almuten loci ☾. Et si vero hi significatores male  
 affecti sint ac cadant ab angulo in duodecima & sexta, sitque ipsa ♀ in-  
 10 fortunata ab utraque malefica, conjunctione scilicet Martis & Saturni  
 opposito, cui applicat in sterili signo, Luna ipsa Saturno applicante in  
 domo cadente: unde concurrentibus tot evidentibus testimoniis, vide-  
 39<sup>v</sup> tur conjugium denegari huic Nato, & quod ad rem uxoriæ minus fu-  
 15 turus sit procli-||vis alienioreque a conjugio animo: tamen quia hæc res  
 potius a libertate voluntatis dependet, & quia Luna principalis signifi-  
 catrix applicat opposito ♀, qui Saturni conjunctionem impedit, fieri po-  
 terit ut nihilominus aliquando uxorem ducat. Multæ tamen sese in-  
 gerent difficultates, & licet per conjugium (si forte uxorem duxerit) in  
 20 rebus fortunæ divitiisque felicius erit, quam per se alias, ut supra dixi-  
 mus: tamen aut non ducturus est conjugem, aut multas difficultates  
 in re uxoria experietur, ob utramque significatricem adeo male afflic-  
 tam. Et forte etiam ob id non diu perseveraturus in conjugio est. Si  
 40<sup>r</sup> tamen uxorem duxerit, potius || propria voluntate quam Astrorum in-  
 clinatione urgente, id forte continget in ipsa potius adolescentia quam  
 25 in ætate grandiore; ut circa Annum 19, cum ☾ venit ad ☉ ♀, aut circa  
 21, cum Sol ad ♂ ♀ applicat. Erit autem ea quam ducet potissimum de  
 natura ♀ & nonnihil Saturni, eo quod Luna his Venusque applicent.  
 Quare mediocriter formosa urbanaque & affabilis erit: interdum tamen  
 cum quadam adjuncta severitate morositateque. Susplicacem etiam, &  
 30 in proposito pertinacem reddit hæc constitutio & valetudinariam ob ♀  
 in sexta.

Positus autem Lunæ & Veneris in XII<sup>a</sup> & VI<sup>a</sup> videtur indicare, quod ||  
 40<sup>v</sup> afficietur amore potius mulierum inferioris, quam ipse est, profapia  
 minusque illustrium. Sed totum hoc negotium plurimum in voluntate  
 35 & consilio tam ipsius, quam ipsi sanguine junctorum positum est, astro-  
 rumque inclinationes sæpe per hæc eliduntur.

## DE LIBERIS.

**E**TSI supervacanea foret pertractatio de liberis, siquidem astra non  
 videntur evidenter conjugium significare huic Inclyto Nato: tamen  
 40 quia res hæc potius in voluntate, ut dixi, consistit, addemus considera-  
 tionem

tionem de liberis, si forte magis voluntate propria, quam Astrorum influxu adductus uxorem aliquando duxerit. Videtur itaque propter ☾ || Dominam 5<sup>ae</sup> domus procreaturus aliquos liberos, cum ea sit in ☾ signo 41<sup>r</sup>  
 foecundo, qui potissimum erunt foeminei sexus, neque adeo fortes robustique ob Lunam cadentem ab angulo & Saturno applicantem. 5  
 Verum hoc iudicium potius ex ipsa liberorum Genesi petendum venit. Numerosam tamen sobolem vix procreabit ob Lunam Dominam 5<sup>ae</sup> afflictam, & ♃ ipsius Almuten a Saturno oppressum. Saturnus Retrogradus in duodecima in signo ☾ impedimentum procreationis facit, sed praesentia ♃ mitigat. 10

Saturnus super Venerem elevatus Luna male afflictam in XII<sup>a</sup> prolem copiosam denegat.

♃ ♀ & ♀ in locis cadentibus & in ||fortunis super eos exaltatis, paucos 41<sup>v</sup>  
 liberos & minus vivaces notant.

### DE SERVIS ET FAMILIA. 15

**M**ULTA concurrunt in hac Genesi circa considerationem de servis, cum tot Planetæ reperiantur in sexta domo, & ipse ibidem ♃ generalis significator constituatur, qui cum sit fortis in suo carpento, significat quosdam servos Mercurialis naturæ, ut doctos, ingeniosos, scribas, & similes futuros e re Nati ipsique fideliter inservituros, quamvis 20  
 nonnunquam propter Retrogradationem ♃ ipsi resistent. Qui vero de natura Martis, ut militares homines, & Veneris, ut effoeminati, mulieresque minus commodum servitium præbebunt, ipsique damno & ||  
 adversitati erunt. Et summatim dicendo multa inconvenientia illi ratione 42<sup>r</sup>  
 quorundam servorum evenient, & e converso ratione quorundam 25  
 feliciter se habebit.

### DE AMICIS & INIMICIS.

**C**UM nulli Planetæ reperiantur in hac Genitura in undecima vel prima, iudicium de amicis incertum minusque firmum evadit: Saturnus tamen Dominus undecimæ domus homines senes, consultos, 30  
 Melancholicos futuros amicos huic Nato portendit, quorum tamen amicitia in odium inimicitiamque degenerabit, eo quod idem sit Dominus XII<sup>ae</sup> atque ibidem corporaliter constituatur.

Erunt etiam plurimum amici huic Nato homines de natura Martis, || cum is sit Almuten & undecimæ & Ascendentis, quales sunt capitanei, 42<sup>v</sup>  
 milites, Chirurghi, homines aulici & equestres, a quibus licet plus jucunditatis commodique experietur propter Veneris conjunctionem: tamen cum sit ♂ debilis, læsus a Saturno in VI<sup>a</sup>, & ♀ in casu læsa, amboque in signo Mercuriali, illorum etiam quorundam amicitia non carebit fuco, fraude & dolis. 40

Almuten

Almuten XI<sup>æ</sup> & I<sup>æ</sup> in sexta significat, quod libenter conversabitur cum servis & vilioribus, & propter Veneris præsentiam cum mulieribus vilioribus.

43<sup>r</sup> Crebris vero inimicitijs obnoxius erit, multorumque hominum in primis Jovialium, ut Ecclesiasticorum, Juri-||speritorumque rerumque mundanarum præsidum, & viduarum etiam nobiliumque matronarum odijs exagitabitur. Verum si particularius quid de amicis inimicisque dijudicandum foret, id ex collatione Genesium ipsorum cum hac petendum est.

10 Id tamen addere volumus, quod ♃ Dominus decimæ in XII<sup>a</sup> Retrogradus cum Jove significat quod nonnunquam suos inimicos superabit, eorumque insidias eludet, & ipsis sit superior futurus. Oppositio Saturni & Martis dat contentionem cum amicis qui præfunt undecimæ & primæ. ||

### 43<sup>v</sup> DE ITINERIBUS.

**S**I Ptolomæi mentem in judicio itinerum expendamus, quia Mars est juxta occasum in signo Lunæ opposito, cadatque ab angulo non solum is & Luna sed omnes alij Planetæ, præsertim vero quia ⊕ una est in occafu, non deerunt occasiones peregrinandi, eritque in locis 20 extra patriam majori cum voluptate emolumentoque quam intra. Augetur vero hæc significatio, quia tam Luna quam Mars sunt in signis duplicibus. Saturnus vero affligens Lunam in ☾ periculosa itinera per mare & naufragijs obnoxium indicat.

44<sup>r</sup> Significationes etiam itinerum juxta recentiorum mentem sumuntur, || quia Mercurius Dominus tertię domus est in eodem signo cum ♂ Domino primæ, ejusque locum disponat. Non tamen usque adeo evidentes significationes itinerum in hac Genitura reperiuntur, atque alias fieri solet, unde non longa crebrave itinera confecturum judico, sed rariora, nec longe a patria. ♃ Dominus IX<sup>æ</sup> in XII<sup>a</sup> significat itinera 30 causa hostium. Atque hæc de itineribus breviter indicasse sufficiat.

### DE CAPTIVITATE.

**E**TSI Luna luminare conditionarium constituatur in XII<sup>a</sup> domo, applicans ad ♂ ♃, & ♂ & ♃ dispositores duodecimæ sese opposito intueantur, atque hinc aliqua significatio captivitatis exilijque derivari potest: || tamen cum conjunctio Lunæ cum Saturno sit platica, & 44<sup>v</sup> in domicilio benefici Jovis existant tam ♃ quam ♄, in primis vero quia Saturno corporaliter adest ♃, Marti vero Venus, hoc judicium, ut pleraque alia, mitigatur & in melius vertitur: ita ut periculum potius aliqujus captivitatis quam captivitas ipsa indicari videatur, & quod ab 40 hostium inimicorumque insidiis multisque aliis ærumnis & adversitatibus sit mirabiliter sæpe præter omnem spem evasurus.

Omnes

Omnes Planetæ cadentes ab angulo exilium vel moram extra patriam minantur, in quo etiam forte morietur, propter Jovem Dominum VIII<sup>æ</sup> & IX<sup>æ</sup> in duodecima constitutum || Retrogradum & læsum ab utraque 45<sup>r</sup>  
malefica. Sed tamen imbecillius est hoc iudicium, quam quod aliquid certi inde potest concludi. 5

### DE MORTE.

**N**ULLA evidens significatio violentæ mortis portenditur in hac Genitura. Nam licet Mars Dominus Horoscopi sit infestatus ab ☿ Saturni: tamen Veneris corporalis præsentia hanc inimicam oppositionem diluit. Et ♃ dispositio luminaris conditionarij, etsi læditur a 10  
malefica utrimque: tamen non est in signo violento, & natura beneficis existit. Estque ♄ de natura beneficarum in VIII<sup>a</sup> domo. Quare morte naturali ex hac vita discessurum hunc Inclytum Natum iudico. 45<sup>v</sup>  
Non tamen deerunt pericula mortis violentæ, & infidiæ ab hostibus læsionesque ab animantibus præsertim majoribus, periculaque in aquis. 15  
Et videtur quod medium quid significetur inter mortem violentam & naturalem, qualis est mors repentina, naturalis quidem sed vel ex improviso, vel cum affectione aliqua forti magisque violenta, idque potissimum ob jecinoris malam affectionem a nimia intemperantia proveniente, ut ab Hydrope, fluxionibus frigidis, 20  
Apoplexia & similibus. Tempora autem vitæ maxime infesta peti possunt superius in loco de vita ejusque periodo, || ubi ea ex directionibus 46<sup>r</sup>  
Apheticorum locorum ad convenientes Anaretas petita commemoravimus. 25

TRIANGULORUM

TRIANGULORUM PLANORUM  
ET SPHÆRICORUM PRAXIS  
ARITHMETICA

(1591)

**I**N TRIANGULORUM PRAXI edenda, quæ vivo Tychone edita non est, secuti sumus editionem F. I. Studnička (Pragæ 1886), quæ codicem Pragensem lat. 2761 (adlig. 14. C. 20) lucis ope expressit.



TRIANGVLORVM PLANO-  
RUM ET SPHÆRICORUM PRAXIS ARITH-  
METICA QUA MAXIMUS EORUM PRÆ-  
SERTIM IN ASTRONOMICIS USUS  
COMPENDIOSE EXPLICATUR

TYCHO BRAHE  
CALEND. JANUAR. 1591

*In Trigono inuenies fatagit quæ docta Mathesis:  
Ille aperit claufum quicquid Olympus habet.*

*A. C. 1595. 13 Cal. Decembris.*

TRIANGULORVM PLANORUM  
RUM ET SPHERICORUM TRAXIS AB ALBERTO  
MERTIO QUA MAXIMUS BORIUM TRAXIS  
SECTIM IN ASTRONOMICIS USUS  
COMPENDIOSE EXPLICATUR

TYCHO BRAHE  
CALEND. JANUAR. 1591

In Typographia Johannis Wasmuthii  
in Regia Universitate Oxoniensi

A. 1591. Typographus Joh. Wasmuthius

1<sup>r</sup> DE TRIANGULIS PLANIS COM-  
PENDIUM CONTINENS DOGMATA  
SEPTEM. ||


2<sup>r</sup> DOGMA I PLANORUM.

5 *Trianguli Rectanguli, datis duobus lateribus circa rectum, datur uterque Angulorum cum Latere reliquo.*

10 *Pro Angulis* Multiplica latus oppositum Angulo quæsito per totum, & productum divide per latus reliquum: exit numerus, qui in areâ Canonis fœcundi quæsitus, angulum quæsitum ostendet; Reliquum Angulum dat huius complementum ad 90.

15 *Pro latere* Quod recto subtenditur, multiplica alterum latus per totum, & divide in finem Anguli, cui idem latus subtenditur: exit ipsum latus quæsitum, quod Angulo Recto opponitur. ||


DEMONSTRATIO HUIUS DOGMATIS.



3<sup>r</sup> DOGMA II PLANORUM.

20 *Trianguli Rectanguli, datis duobus lateribus, quorum alterum circa rectum, alterum eidem opponitur, dantur Anguli, & reliquum latus.*

25 Latus circa Rectum multiplica per totum, & divide per latus recto subtenfum: exit sinus Anguli, cui latus illud subtenditur, cuius arcus complementum ad 90 dat tertium Angulum. Huius finem si multiplicaveris per latus recto subtenfum, & divideris per totum, exit alterum latus circa rectum, quod quærebatur. ||



4<sup>r</sup> DOGMA III PLANORUM.

30 *Trianguli Rectanguli, dato altero acutorum cum uno latere, dantur reliqua duo latera.*

I. Si latus Rectum subtendens Angulum fuerit datum, multiplica mensuram eius lateris per finem Anguli, cui opponitur latus quæsitum, & divide per totum: exit latus, quod quærebatur.

35 II. Si vero alterum duorum laterum recto adiacentium detur, & voveris mensurare latus Rectum subtendens Angulum, multiplica latus datum per totum, & divide per finem Anguli sibi oppositi: exit mensura lateris Recto oppositi.

III.

III. Si reliquum latus Recto adiacens voles inquirere, numerum lateris dati per finum complementi Anguli sibi oppositi multiplica, & divide per eisdem Anguli finum: exit latus reliquum, quod quærebatur. ||

## DOGMA IV PLANORUM.

*Trianguli non Rectanguli, datis duobus lateribus cum Angulo comprehenso, dantur Anguli, & reliquum latus.*

I. Si triangulum habuerit duo æqualia latera, Angulus datus dimidiatus, ablatum à 90, ostendit reliquos Angulos; Latus vero tertium habebis, si multiplicaveris latus per dimidium Anguli dati, & divides per totum: exit dimidium reliqui lateris, quod duplica.

II. Si vero habuerit Triangulum inæqualia latera, & Angulus comprehensus fuerit acutus, multiplica maius latus datum, & divide per totum: exit inventum II, à quo aufer minus latus, & relinquitur inventum III. Jam duc inventum I in totum, & divide per inventum III: productum in Canone fœcundo dat complementum Anguli, qui lateri maiori opponitur.

Pro latere reliquo, multiplica inventum I per || totum, & divide per finum Anguli iam inventi, oppositi lateri maiori: exit latus reliquum, quod quærebatur.

At si Angulus obtusus fuerit, duc finum complementi obtusi in maius latus, & divide per totum: exit inventum I. Deinde duc finum obtusi in maius Latus, & divide per totum: exit inventum II. Postea adde I inventum dato minori lateri, & habebis inventum III. Jam duc inventum II in totum, & divide per inventum III: exit numerus Anguli, qui adiacet Lateri minori, in Tabulâ fœcundâ inquirendi.

Pro reliquo latere multiplica inventum II per totum, & divide per finum Anguli modo inventi, qui adiacet Lateri minori: exit latus III, quod quærebatur.

NB. Est complementum ad 180, ubi Angulus is est obtusus. Complementum obtusi habes, subtrahendo ab eo 90. Sinum vero obtusi habes subtrahendo eum a 180, & residui finum accipiendo, prioris complementum ad 90<sup>ta</sup>. ||

## COMPENDIOSIOR SOLUTIO HUIUS DOGMATIS ABSQUE DEMISSA PERPENDICULARI.

I. Dati Anguli (acuti vel obtusi) complementum a semicirculo, id est 180, dimidia, & huius tangentem ex Canone Tangentium accipe.

II. Deinde adde minus latus datum lateri maiori dato, & aggregatum dimidia, quod erit inventum I.

III. Ab hoc invento primo subtrahe minus latus denuo, & residuum erit inventum II.

IV. Tertium autem inventum erit Tangens Anguli, ex complemento dati Anguli prius dimidiato.

Πρᾶξις.



tum, & divide per latus medium, scilicet proxime maius minimo: exit finus complementi Anguli, qui minimo lateri opponitur. Pro reliquo Angulo, accipe residui dimidium prius datum (per inventum semicompletum secundum) et latus minimum, tanquam oppositum Angulo (quod subintelligitur) recto, & per secundam huius dabitur Angulus oppositus lateri mediocri, ergo & tertius notus erit. ||

## DOGMA VII PLANORUM.

9<sup>v</sup>

*Trianguli, tribus cognitis Angulis, latera singula invenire.*

Anguli cuiusvis finum duplica, & proveniet quantitas lateris oppositi huic Angulo, in talibus partibus, qualium semidiameter Circuli est finus totus. ||

SEQUITUR DE TRIANGULIS  
SPHÆRICIS COMPENDIUM CONTI-  
NENS DOGMATA NOVEM. ||

10<sup>r</sup>

## DOGMA I SPHÆRICORUM.

11<sup>r</sup>

*Trianguli Rectanguli, datis duobus lateribus, tertium Recto oppositum invenire.*

*Operatio* / Minus latus, & complementum maioris invicem adde, & aufer, utriusque residui finum adde, si complementum maioris lateris maius fuerit minore, alias subtrahe, & differentiae cape dimidium, & habebis finum complementi lateris reliqui inquirendi. ||

20

†

## DOGMA II SPHÆRICORUM.

12<sup>r</sup>

*Trianguli Rectanguli, datis duobus lateribus, angulum quemcunque invenire.*

Si latus rectum subtendens Angulum cum latere, quod opponitur Angulo inquirendo, data non fuerint, latus, quod ex his ignoratur, primum, per antecedentem operationem inquirendum erit, & hinc procedendum in hunc modum. Multiplica finum lateris oppositi angulo quæsito per finum totum, & productum divide per finum lateris, rectum angulum subtendentis: provenit finus Anguli inquirendi, cuius arcus illius Anguli quantitatem metitur. ||

25

30

## DOGMA III SPHÆRICORUM.

13<sup>r</sup>

*Trianguli Rectanguli dato uno Angulo, cum Latere adiacente, reliquum Angulum, lateri dato oppositum invenire.*

*Operatio* / Minus datum, & complementum maioris invicem adde, & aufer, utriusque residui finus subtrahe, vel adde, si Angulus fuerit maior

35

maior

maior latere adiacente, residui cape dimidium pro sinu complementi anguli quæfiti, vel sinus lateris oppositi angulo dato, quando angulus est maior latere adiacente.

NB. Habet locum, quando latus adiacens angulo recto fuerit datum: & notandum, quod, quam diu latus datum est minus Angulo dato, debent ambo addi, & auferri, & residuorum sinus coniungi, & dimidiari pro sinu complementi anguli quæfiti; quando vero latus est maius Angulo, potes uti, prout est in exemplo adscripto, per subtractionem sinuum, accipiendo ipsa data, non complementum maioris. Si vero utraque data Quadrantem exceßerint, tunc operare per || complementum utriusque dati, subtrahendo invicem sinus aggregati, & differentia, quorum & dimidiando est sinus complementj Anguli quæfiti. ||

14<sup>r</sup> DOGMA IV SPHÆRICORUM.

*Trianguli Rectanguli, dato uno angulo, & quovis latere, reliqua invenire.*

I. Si latus datum Angulo non recto dato opponatur, multiplica finum ipsius lateris per totum, & per finum Anguli dati divide: exit sinus lateris rectum subtendentis. Reliquum latus dabit Dogma I, Angulos vero Dogma II.

20 II. Si latus datum Recto opponitur Angulo, finum eius per finum anguli dati multiplica, & productum divide per totum: exit sinus lateris oppositi Angulo dato. Reliqua inquire per primum & secundum dogma, uti prius.

25 Si angulus Rectus, & angulus datus lateri dato infideant, operare per antecedentem pro reliquo Angulo: per sequentem vero pro reliquis lateribus. ||

15<sup>r</sup> DOGMA V SPHÆRICORUM.

*Trianguli Rectanguli, datis duobus reliquis Angulis, latus quodcumque invenire.*

30 Multiplica finum complementi Anguli non recti, subtendentis sive oppositi, lateri quæfito per totum, & productum divide per finum reliqui Anguli non recti: exit sinus complementi lateris quæfiti.

35 Pro reliquis autem lateribus multiplica finum lateris modo inventi per finum Anguli, respicientis reliquum latus quæsitum, sive rectus fuerit is angulus sive non, productum divide per finum Anguli, quem subtendit latus nuper inventum: exhibit sinus lateris inquirendi. Tertium latus dabit I dogma. ||

16<sup>r</sup> DOGMA VI SPHÆRICORUM.

40 *Trianguli non Rectanguli, datis duobus circa datum angulum lateribus, reliquum latus invenire.*

Minus latus, & complementum maioris invicem adde, & aufer; utriusque residui sinus invicem adde, si supplementum maioris lateris maius fuerit latere minore; alias aufer, ubi eo minus fuerit; residui dimidium erit inventum I, quod ablatum ab aggregato primo dabit inventum II, per quod multiplica sinum complementi Anguli dati, si acutus fuerit (vel sinum excessus eius Anguli ultra quadrantem, si obtusus), & divide per totum: habebis inventum III. Hoc adde ad inventum I, si angulus datus acutus fuerit, vel subtrahe ab invento I, si obtusus: habebis sinum complementi lateris quaesiti.

5  
†

VARIJ CASUS OBSERVATI HUIUS DOGMATIS.


10

I. Si unum laterum ambientium Angulum datum maius Quadrante fuerit, resultat latus oppositum minus quadrante. Si productum in multiplicatione maius fuerit invento primo: || subducto II multiplicato ab hoc invento I, relinquitur sinus complementi lateris quaesiti.

16v  
†

DEMONSTRATIO HUIUS SEXTI DOGMATIS.

15



DOGMA



17<sup>r</sup> DOGMA VII SPHÆRICORUM.


*Trianguli non Rectanguli, datis duobus Angulis circa datum latus, Angulum reliquum invenire.*

Angulum minorem, & complementum maioris invicem adde, & aufer, residui utriusque sinus adde, si complementum maioris Anguli superet Angulum minorem, vel aufer, si eo minus fuerit, & habebis inventum I, quod aufer à primo aggregato: habebis inventum II, per quod multiplica sinum complementi lateris dati, & divide per totum: exit inventum III, quod adde ad inventum I, si latus datum minus quadrante fuerit; vel subtrahe ab eodem, si maius extiterit: habes sinum † complementi Anguli quæfiti. Fuit itaque operatio similis priori. ||

18<sup>r</sup> DOGMA VIII SPHÆRICORUM.

*Trianguli non Rectanguli, datis duobus Angulis cum latere alteri eorum opposito, reliqua latera, & Angulum invenire.*

Hic opus erit resolvere Triangulum in duos Rectangulos, ducta perpendiculari ab Angulo ignoto, sive cadat extra, sive intra Triangulum, & deinde operari per III & IV. Exempli gratiâ. Sit Triangulus ABC, cuius Anguli ad A & B sint noti, cum latere AC. Volo inquirere latus BA. Duco itaque perpendiculararem ab Angulo C ignoto in BA, quæ sit CD. Trianguli itaque CAD rectanguli datur Angulus ad A cum latere adiacente AC. Ergo per Tertium dabitur AD.



I. *Operatio* Minus datum, & complementum maioris invicem adde, & aufer, utriusque residui sinus invicem subtractos dimidia, & habebis sinum complementi lateris AD.

II. Deinde per I inquire DC. ||

18<sup>v</sup> III. Demum in altero Triangulo Rectangulo BDC pro latere BC opposito Angulo recto, multiplica sinum lateris DC per totum, & divide per sinum Anguli dati ad B: exit sinus lateris BC.

30 IV. Pro latere BD operare per I, & minus latus DC, & supplementum maioris BC, invicem adde, & aufer; sinus utriusque adde, & dimidia; habesque sinum complementi lateris DB, ideoque ipsum BD.

35 Latus itaque DB adde ad AD prius inventum, & habebis totum BA cognitum. Pro angulo vero ACB per III, ut supra, inquire Angulum DCB, quem adde angulo ACD prius invento, & constabit totus Angulus ACB, qui quærebatur. Similis est operatio, cum cadit perpendicularis extra Triangulum. ||

19<sup>v</sup> DOGMA IX SPHÆRICORUM.

40 *Trianguli non Rectanguli, datis tribus lateribus, Angulum quemvis invenire.*

Duorum laterum, angulum quæsitum ambientium, minus latus, & supplementum maioris invicem adde, & aufer, ac utriusque residui sinus adde, si supplementum maioris lateris excedit latus minus; alias aufer; producti dimidium est inventum I, quod ablatum ab aggregato primo dat inventum II. Tertium inventum est differentia inventi primi & sinus 5  
complementi lateris reliqui oppositi Angulo quæsito. Deinde multiplica inventum III per totum, & divide per inventum II. Exit sinus complementi Anguli quæsitum, si acutus fuerit; sin obtusus, Arcus inventus ipsius Anguli adiungendus est Quadranti (Est autem hic angulus acutus, quando inventum I minus est sinu complementi lateris tertij oppositi, obtusus vero, quando eodem maius est). 10 †

## CASUS VARIJ.

I. N. Si latera ambientia 90 exceßerint, sume complementum || à polo 20<sup>r</sup>  
Australi.


II. Quando vero maius latus exceßerit Quadrantem, operandum est per exceßum eius de 90, & habebis inventum III, addendo inventum I 15  
ad sinum complementi lateris subtendentis Angulum quæsitum, non subtrahendo, ut in Dogmate extat; alias iuxta Dogma. Et si aggregatum primum exceßerit quadrantem, habebis aggregatum verum, subtrahendo à 180.

III. Si unum laterum ambientium 90<sup>ta</sup> exceßerit, latus vero oppositum 90<sup>ta</sup> præcise, adde invento primo integrum sinum, & divide per inventum II. Provenit complementum Anguli quæsitum. Aliter: 20

IV. Si unum laterum ambientium quæsitum Angulum cum opposito eidem excedat Quadrantem oppositi, subtrahendo inventum I ab huius sinu. || 25

Demonstratio






APPENDIX

APPENDIX AD TRIANGULORUM  
PRAXIN PERTINENS

**P**roblemata DE TRIANGULIS SPHÆRICIS ET PLANIS, quæ a.  
1599 a Melchiore Jøestelio Tycho accepit atque ipse  
exemplis illustravit, nunc primum edimus e codice Hau-  
niensi Ant. Coll. Reg. 317 in 2º.

# DE TRIANGVLIS SPHÆERICIS.

## I. PROBLEMA OBLIQUANGULORUM SPHÆERICORUM.



*Datis tribus lateribus; angulum quemcunque investigare.*

5	}	minor	et alterutrum crurum quadrans:	S. R. complementj anguli quæfiti.
10		major	Fiat ut S. R. cruris quod quadrans non est ad S. T.; sic S. R. complementj basis ad	S. R. exceßus supra quadrantem.

Si basis fuerit quadrante

At si neutrum crurum fuerit quadrans, tunc in omnibus decem formis triangulorum sphæricorum obliquangulorum fiat: Vt S. T. ad finem rectum complementj cruris majoris: Sic S. R. complementj cruris minoris ad inventum primum, quod minue a S. R. summæ per προσθαφ: operationem repertæ, ut habeatur residuum summæ:

20	}	quadrante minor	alterutrum crurum quadrante majus, A.	Invicem inventum I et S. R. complementi basis, ut habeatur inventum secundum.	five minus five majus, proveniet in sequenti operatione S. R. complementi anguli quæfiti.
25		et	vtrumque crus quadrante vel minus vel majus, M.	Sique inventum I fuerit S. R.º complementi basis	minus
30		Sique basis fuerit	quadrans et	alterutrum crurum quadrante majus;	Ipsum inventum I erit quoque inventum secundum;
35			vtrumque crus quadrante vel minus vel majus;	Et in sequenti operatione proveniet	S. R. complementi anguli quæfiti.
38					S. R. exceßus supra quadrantem.

Sique

Sique bafis fu- erit qua- drante major et	alterutrum cru- rum quadrante majus, M.	Invicem inven- tum I et S. R. complementj bafis, ut habea- tur inventum	{ minus } { } { majus }	pro- veniet in fe- quenti opera- tione	{ S. R. excefsus supra rectum. S. R. com- plementj anguli quæfiti.	5
	vtrumque crus quadrante vel minus vel majus, A.	Sique inventum I fuerit S. R. complementj bafis	five minus five majus, pro- veniet in fequenti opera- tione S. R. excefsus supra rectum.			

FIAT ERGO RVRSVS

Vt refiduum summæ ad S. T.: Sic inventum fecundum ad S. R. complementj anguli quæfiti acuti vel obtufi, pro ut præcedens tabella explicavit. 15


Eadem ratione et alteruter reliquorum angulorum inquiretur: et demum tertius.

---

NB. Hæc de triangulis communicauj D. Daudj Fabricio in †  
orientali Frifia, ea a me per literas expetentj, et exemplj loco 20  
eius obseruata in ¶ juxta fitum Achronichum curauj fupputarj,  
atque illj tranfmitti prout poftea fequitur. ||

II. PROBLEMA OBLIQUANGULORUM SPHÆRICORUM. 15v 25

*Datis duobus lateribus cum angulo ab ipsis compræhenfo; tertium latus, et reliquos duos angulos inueftigare.*



In omnibus decem formis triangulorum fphæricorum obliquangulorum fiat: Vt S. T. ad S. R. complementi cruris majoris; Sic S. R. complementi cruris minoris ad inventum primum. 30

Sique angulus compræhenfus fuerit	{ acutus } { } { obtufus }	et alterutrum crurum quadrans; erit mox inventum primum	{ S. R. complementj lateris quæfitj. { } { S. R. excefsus f. q.	35
-----------------------------------	----------------------------------	---	---	----

At fi neutrum crurum fuerit quadrans, M. inventum I a S. R. summæ per προσθαφ: operationem repertæ, ut habeatur refiduum summæ:

DEINDE



DEINDE FIAT

Vt S. T. ad residuum summæ; Sic S. R. complementi anguli comprehensi ad inventum secundum, cum quo juxta sequentem tabellam erit agendum.

5	}	Si angulus comprehensus fuerit	acutus et	alterutrum crurum quadrante majus, M.	Invicem duo inventa; Sique secundum fuerit I°	{	æquale	} pro-veniet	latus quæsitum quadrans.
10				vtrumque crus quadrante vel minus vel majus, A.			minus		S. R. ex- ceßus f. q.
15	}	Si angulus comprehensus fuerit	obtusus et	alterutrum crurum quadrante majus, A.	Invicem duo inventa; Sique secundum fuerit I°	{	majus	} pro-veniet	S. R. com- plementj lateris quæfiti.
20				vtrumque crus quadrante vel minus vel majus, M.			five minus five majus, prove- niet S. R. complementj lateris quæfiti.		æquale
25	}	Si angulus comprehensus fuerit	obtusus et	alterutrum crurum quadrante majus, A.	Invicem duo inventa; Sique secundum fuerit I°	{	minus	} pro-veniet	S. R. com- plementj lateris quæfiti.
30				vtrumque crus quadrante vel minus vel majus, M.			majus		S. R. ex- ceßus f. q.

Invento autem tertio latere, quærat per proxime præcedentem propositionem sphæric: obliquang: alteruter reliquorum angulorum: et demum tertius angulus.

NB. Complementum cujusque lateris quadrante minoris vel majoris, angulive acuti vel obtusi, est defectus vel exceßus supra 90 gr.

Crura dicuntur quælibet duo latera data, angulum vel datum vel inquirendum continentia: Tertium vero latus dicitur basis, five cognitum fit, five non. ||

DE TRIANGVLIS PLANIS.


16r

THEOREMA.

*Anguli oppositi, lateribus oppositis, directe sunt proportionales.*

$\beta\gamma$  latus  $\beta\alpha\gamma$  angulus  $\beta\alpha$  latus  
 $90^\circ$  ———  $50^\circ$  ———  $0^\circ 45' 24''$   
 ma. compl. 40

5



summa	40	45	24	6528478
diff.	39	14	36	6326151

rel.	202327
------	--------

Sem.	101163	S. R. ang. quæfiti
	100839	$0^\circ 34' 40''$

10


3240
485 (7 fere)

Angulus ad  $\gamma$  quæfitus:  $0^\circ 34' 47''$

PROBLEMA TRIANGULORUM PLANORUM RECTANGULORUM.

15

*Datis duobus lateribus, angulum rectum includentibus: reliquos angulos non rectos investigare.*



$\gamma\alpha$   $\alpha\beta$   
 Vt latus angulo inquirendo adjacens, ad latus eidem angulo opposi- 20  
 $\gamma\alpha$   $\alpha\beta$   
 tum: Sic totus finus ad tangentem anguli quæfiti.

Latus angulo inquirendo adjacens	8191520	$\gamma\alpha$
Latus eidem angulo oppositum	6604422	$\alpha\beta$
8191520 ——— 6604422 ———	10000000.	

25

Quoniam primus regulæ numerus minor est sinu recto, ei addatur una cyphra, ut fiat secans; hujusque e tabula secantium arcus complementi substituat in tertium locum, et quadrans in primum: Secundi vero

vero regulæ numeri e tabula finuum arcus, in secundum locum et facta προσθαφ: operatione, quarto numero addenda est una cyphra, et emergit tangens anguli quæfiti.

5	81915200 S. ————— 6604422 ————— 10000000	
	81893415	6604386
	217850	360
	32283 (7" fere S.	364 (1" . A.
	arcus compl. 7° 0' 50"	41° 20' 0"
	p. p. 7"	p. p. 1"
10	ver. arcus compl. 7° 0' 43"	
	90° ——— 41° 20' 1" ——— 7° 0' 43"	
	ma. compl. 48 39 59	
	summa 55 40 42	8258851. S. R.
	diff. 41 39 16	6646365. S. R.
15	rel.	1612486
	Sem.	8062430 T. ang. quæfiti
		8061781 38° 52' 30"

Angulus ad γ quæfitus 38° 52' 38".  $\frac{6490}{800}$  (... 8. A.

20 NB. Hypothenusa γ β per præcedens theorema inquiritur. ||

16<sup>v</sup> NB. Logistica προσθαφ: astronomica quando sinus totus in secundo vel ter-  
tio regulæ proportionum loco ponitur.

25	Si pri- mum re- gulæ locum	major, quærat e jus e tabula secantium arcus, hujusque complementum ponatur in locum sinus totius, et stabit exemplum ad regulam προσθαφαι: tuncque inventus semibis, erit numerus quæfitus.
30	obtinet numerus finu toto	minor, addatur ei cyphra una aut plures, donec e tabula secantium arcus excerpti possit, hujusque complementum ponatur in locum sinus totius, et stabit exemplum ad regulam προσθαφ: qua peracta apponantur ad inventum semibem (qui quartum numerum repræsentat) tot cyphræ, quot antea numero sinu toto minori addebantur, et provenit numerus quæfitus.

Quo



17<sup>v</sup> DE OBSERVATIONE 20 DECEMBRIS. PROCESSUS PRIMUS  
† PER TRIANGULUM BCF.

Pro latere BC per secundum problema.

Latus AB 84° 39' 30": AC 80° 20'. Angulus BAC 58° 5' 45"

5				compl. 31 54 15	
	90°—5° 20' 30"—9° 40'	90°—78° 58' 5"—31° 54' 15"			
	ma. compl. 80 20	ma. compl. 11 1 55			
	fumma 85 40 30	9971523. S. R.	fumma 42 56 10	6811824	
	diff. 74 59 30	9658881. S. R.	diff. 20 52 20	3562850	
10	rel.	312642	ag.	10374674	
	Sem.	156321 invent. I.	Sem.	5187337	
	Ref. fum.	9815202 eius arcus 78° 58' 5"	Seq. II. invent.		
	II. invent. 5187337				
	I. invent. 156321 A				
15	S. R. compl. 5343658				
	5343523	57° 42' 0"			
	1350				
	409	(p. p. . . 3. S.			
		BC 57° 41' 57"	Latus BC 57° 41' 57"		

20 De angulo ACB per primum problema.

Latus AC 80° 20': CB 57° 41' 57" ba. AB 84° 39' 30"

90°—9° 40'—32° 18' 3"

	57 41 57"	83325250. S. — 10000000 — 33663	
	67 21 57	83305184	33452
25	48 1 57	200860	6° 53' 40"
	rel.	33415	(p. p. 6. S. 2110 (4"
	I. invent.	897283	arcus 0° 11' 34"
	Ref. fum.	8332525	90°—6° 53' 34"—0° 11' 34"
	S. R. cpl. baf. 930946	ma. compl. 83 6 26	
30	I. invent. 897283	fumma 83 18 0	9931706
	II. invent. 33663	diff. 82 54 52	9923629
		rel.	8077
		S. R. compl. ang. quæf.	40390
			40239
35		89° 46' 10"	1510
		3 p. p. S.	484 / 3". S.
		angulus ACB 89° 46' 7"	

De angulo BCF per primum problema.

Latus BC 57° 41' 57": CF 30° 36': baf. BF 29° 17'

	compl. 60 43	
90°—32° 18' 3"—59° 24'	ejus S. R. 8722115	
30 36	I. invent. 4599501	5
62 54 3	8902194	II. invent. 4122614
1 42 3	296807	43026930. S.—10000000—4122614
ag.	9199001	43019030   13° 26' 30" hui. arc. 24° 20' 49"
I. invent.	4599501	7900
Ref. fum.	4302693	8729 (p. p. 9. S.
		90°—13° 26' 21"—24° 20' 49"
		65 39 11
	79 5 32	9819329
	52 12 50	7903035
	rel.	1916294
	S. R. ang. quæf.	9581470
		9581423   16° 38' 10"
Angul. ACB 89° 46' 7"		470
Angul. BCF 16° 38' 6" A		139 (p. p. 4 fere S.
Angul. ACF 106° 24' 13"		Ang. BCF 16° 38' 6"

Pro latere AF per secundum problema.

Latus AC 80° 20': CF 30° 36'. Ang. ACF 106° 24' 13"

	compl. 16 24 13	
90°—9° 40'—59° 24'	90°—30° 7' 12"—16° 24' 13"	
30 36	59 52 48	25
40 16	6463459	summa 76 17 1
20 56	3572814	diff. 43 28 35
rel.	2890645	rel. 2834256
I. invent.	1445322	II. invent. 1417128
Ref. fum.	5018137	I. invent. 1445322
	5018043	S. R. compl. quæf. la.
	940	28194
	419 (2"	28119
arcus 30° 7' 10"		0° 9' 42" Latitudo 4 bor. 750
p. p. 2		89° 50' 18" Latus AF 485 (2"

|| 35  
Pro

18<sup>r</sup> Pro angulo FAC per primum problema.

Latus AF 89° 50' 18": AC 80° 20': baf. CF 30° 36'

		compl. 59 24	
5	90° — 0° 9' 42" — 9° 40'	98579730. S. — 10000000 — 8602682	
	80 20	98578347	5° 49' 20" arcus 59° 20' 48"
	80 29 42	9862711	13830
	80 10 18	9853234	46892 (0"
	rel.	9477	90° — 5° 49' 20" — 59° 20' 48"
	I. invent.	4738	30 39 12
10	Ref. fum.	9857973	summa 36 28 32 5944798
			diff. 24 49 52 4199449
	S. R. compl. baf.	8607420	rel. 1745349
	I. invent.	4738	S. R. compl. 8726740
15	II. invent.	8602682	8726618   29° 13' 50"
	Long. stellæ in C	15° 3' 30" Ω	1220
	Angulus FAC	29° 13' 45" S.	237 (p. p. 5 S.
	Longitudo Jovis	15° 49' 45" ☉	Ang. FAC 29° 13' 45"
	ex primo proceſſu per triangulum BCF.		
20	NB. Angulus FAC per multiplicationem, ſeu diſiſionem invenitur 29° 13' 50".		

EXPERIMENTAL RESULTS

Table 1. Results of the experiment. The data are given in the following table.

Run No.	Time (min)	Temperature (°C)	Pressure (atm)	Flow Rate (L/min)	Yield (%)
1	10	100	1.0	1.0	10
2	20	100	1.0	1.0	20
3	30	100	1.0	1.0	30
4	40	100	1.0	1.0	40
5	50	100	1.0	1.0	50
6	60	100	1.0	1.0	60
7	70	100	1.0	1.0	70
8	80	100	1.0	1.0	80
9	90	100	1.0	1.0	90
10	100	100	1.0	1.0	100

The results show that the yield increases linearly with time under the conditions studied.

Figure 1. Plot of yield versus time for the experiment. The data points are shown in the following figure.



Fig. 1. Plot of yield versus time for the experiment. The data points are shown in the following figure.

The linear relationship between time and yield indicates that the reaction rate is constant under the conditions studied.

The results of the experiment are summarized in the following table.

Table 2. Summary of the experimental results. The data are given in the following table.

Run No.	Time (min)	Yield (%)
1	10	10
2	20	20
3	30	30
4	40	40
5	50	50
6	60	60
7	70	70
8	80	80
9	90	90
10	100	100



ANNOTATIONES EDITORIS

ANNOTATIONES EDITORIS

## AD LIBRUM DE NOVA STELLA.

**H**IC libellus lucem vidit anno 1573, sed minime divulgatus esse videtur; ipse quidem Tycho »pauca enim« inquit »ejus edita sunt exemplaria et multo pauciora ad exteros (quadam typographi tenacitate) allata pervenerunt« (*Progymn.* I p. 581). Quare nunc rarissime occurrit, neque ante a. 1890 a quoquam eorum, qui astronomiæ historiam tractabant, inspectus erat. Tria ejus exempla in bibliothecis Hauniensibus exstant, et extra Daniam septem tantum præterea nobis nota sunt. Quare *Progymn.* I p. 582 sqq. astronomicam partem eorum, quæ de nova stella proprie agunt (i. e. p. 16—30 nostræ editionis), denuo Tycho typis describendam curavit. Denique mense Octobri anni 1901, trecentis annis post mortem Tychonis elapsis, cura Regiæ Societatis Scientiarum Danicæ prodiit nova editio, qua princeps editio lucis ope expressa erat.

Qua re commotus Tycho libellum ediderit, patet ex litteris Iohannis Pratensis amici ad Tychonem et hujus ad illum datis, quæ libello præmissæ sunt. Ceterum hic Pratensis filius erat hominis cujusdam Francogalli nomine du Pré, qui in Daniam immigraverat; ab a. 1571 in universitate Hauniensi professor erat medicinæ, a. autem 1576 mortuus est. Neque tamen prætermittendum videtur, litteras Pratensis d. 3 m. Maji datas et Tychonis responsum d. 5 ejusdem mensis datum hoc solo consilio scripta esse, ut præfationis vice fungerentur. Exstat enim exemplum transscriptum illud quidem, sed a Tychone signatum, epistolæ d. 16 m. Aprilis a. 1573 a Pratensi ad Tychonem datæ, qua figuras jam excidi et de charta procuranda magnam difficultatem esse dicitur. Itaque consilium libri edendi multo ante d. 3 m. Maji Tychonem probasse apparet.

Illi tractatus, quos antea sese scripsisse Tycho ait (vid. supra p. 36,<sup>41</sup>; 38,<sup>35</sup>; 39,<sup>18</sup>), nunc omnes interciderunt. Forsitan ipse, cum ad ætatem maturiorem pervenisset, eos deleverit.

Ab editione anni 1573 aliquot locis discrepat redintegratio *Progymnasmatibus* inserta, ubi præter alia quosdam numeros eorum, qui p. 22—23 hujus tomi inveniuntur, Tycho correxit (cf. *Progymn.* I p. 593). Harum correctionum nullam in hoc tomo præbemus, quia hunc libellum juvenili ætate conscriptum eadem forma præbere voluimus, qua edidit Tycho. Redintegratio autem in tomo III invenietur, sicut in tomo IX omnes scripturæ discrepantes. At ea, quæ in fine editionis principis errata esse Tycho indicavit (quæ satis pauca sunt), hic correximus. Inter quæ maximi momenti est error, qui in figura fol. B<sup>v</sup> (p. 20) apparet; pro hac aliam dedimus e codice Vindobonensi lat. 10932 petitam.

ad p. 6,<sup>22</sup>] cf. Platonis *Symp.* p. 215 sq.

ad p. 9,<sup>22</sup>] De Hadriano imperatore cf. Spartian. *vit. Hadr.* cap. 16.

ad p. 16,<sup>6</sup>] Quomodo d. 11 m. Nov. anni 1572 stellam primum viderit, pluri-

bus verbis narrat Tycho *Progymn.* I p. 298. Annotatione huic operi addita, ab aliis eam jam antea animadversam esse commemorabimus.

ad p. 16,<sup>20-21</sup>] cf. *Iosv.* 10,<sup>12</sup> sqq.; *Matth.* 27,<sup>45</sup> cet.

ad p. 17,<sup>10</sup>] Plinius, *Hist. nat.* II 26,<sup>95</sup> (ed. Milichius, Francof. 1543). Hujus stellæ nemo præterea antiquorum mentionem facit; imprimis vero memorabile est, quod ne Ptolemæus quidem de ea verba facit. E verbis Plinii »ejusque motu ad dubitationem est adductus« concludere licet, non stellam novam, sed cometam fuisse. Hoc quoque quidam opinati sunt, stellam Hipparchi eandem fuisse, quam annales Sinarum mense Junio vel Julio anni ante Chr. 134 »stellam extraordinariam« apparuisse tradant (vid. Biot in *Connaissance des temps* 1846, p. 61; Williams, *Observations of Comets extracted from the Chinese Annals* p. 6). Præterea »avem ignotam«, quam inter prodigia anni 133 ante Chr. (P. Mucio L. Pisone coss.) Romæ apparuisse narrat Julius Obsequens, scriptor ætate multo posterior, Hipparchi stellam esse potuisse, inde probare conatus est A. Faust (*Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag.* CXLIII [1891] p. 65 sq.; cf. *Vierteljahrsschrift der astron. Gesellschaft* XXV p. 312), quod Luciferum Ennius (apud Ciceronem *de divin.* I 108) »longe pulcherrumam præpetem avem« vocet. Hoc denique propositum est, verbo »motus« Plinium utentem lumen stellæ sensim varians, quod in stellis temporariis semper observatur, significare voluisse. Sed hoc quidem probari non potest. — Ad hanc stellam Tycho revertitur *Progymn.* I p. 319.

ad p. 19,<sup>24</sup>] Siftit aquam . . . cf. Vergil. *Æn.* IV 589.

ad p. 27,<sup>27</sup>] cf. Plinius, *Hist. nat.* II 3,<sup>6</sup>.

ad p. 28,<sup>31</sup>] Pro »centies quinquies« scribi debuit »centies septies«, cum diametri illarum stellarum partibus  $4\frac{3}{4}$  majores quam diameter Terræ esse existimarentur, ut docet Alfraganus *Elem. astr.* cap. XXII (ed. Golius p. 84; ac similiter in editione Norimbergæ a. 1537 emissa). Abu'l Faraj autem maximarum stellarum molem nonagies ter majorem esse quam Terræ molem contendit (*Le livre de l'ascension de l'esprit sur la forme du ciel et de la terre*, ed. F. Nau, Paris. 1900, II p. 199). Hic vero Tychonis tempore in Europa notus non erat.

ad p. 31,<sup>11</sup>] cf. Ioseph. *Ant. Iud.* XI 7,<sup>1</sup> (p. 298 sq. Niese), ubi tamen frater ab Iohanne occisus esse narratur.

ad p. 31,<sup>16</sup>] De Bileam cf. *Num.* 24,<sup>17</sup>.

ad p. 31,<sup>27</sup>] Trigonis multum tribuebant illorum temporum astrologi. Tria quisque trigonus signa Zodiaci complectebatur, quæ 120° aliud ab alio distabant, ac suo quisque e quattuor elementis respondebat. Imperium tenebat unus aliquis trigonorum, donec intra signum aliquod ejus conjunctio planetarum facta erat. Cum sua quisque trigonus vice functus est, cyclus annorum fere octingentorum peractus est. Cf. *Progymn.* I p. 805.

ad p. 32,<sup>22</sup>] Duo fuerunt astronomi Arabes nomine Haly. Alter, 'Ali ben Abil Riğâl, qui in Occidente Abenragel appellari solebat, vixit circiter A. D. 1000. Auctor is est enchiridii magni astrologici, quod inscribitur *De judiciis*

*astrorum*, quod sæpius publice editum est, postremum vero Basileæ a. 1571. Hunc librum Tycho sæpe consuluisse videtur. Alter Haly, quem hic Tycho designat, 'Ali ben Ridwân, mortuus est Cahiræ a. 1061. Hic commentarium composuit in Ptolemæi *Quadripartitum*, qui una cum hoc libro Venetiis prodiit a. 1493 et 1519. Cometa ille, quem Tycho significat, in Scorpione apparuit a. 1006, horoscopum vero ejus composuit 'Ali ex tempore novilunii d. 30 m Aprilis; quamquam e verbis ejus non patet, momentum, quo apparuisset cometa, ei ignotum fuisse, quare suo arbitrio tempus novilunii proxime antecedentis delegerit; cf. *Liber quadripartiti Ptholemei* (Venetiis 1493) fol. 47 r. Illius diei figuram cæli auctoritate 'Ali nixus confecit Cardanus in libro, qui inscribitur *De astrorum judiciis commentaria* (Basileæ 1554) p. 157. Anno 1006 non stellam novam, sed hunc solum, ut videtur, cometam apparuisse, demonstravimus in *The Observatory* XXX p. 248.

ad p. 37,<sup>12</sup>] cf. Plin. *Hist. nat.* II 47,<sup>128</sup>; Ptolem. *Quadripart.* lib. II *De particulari tempestatum consideratione*, p. 114 (ed. Melanchthon, Basileæ 1553).

ad p. 42,<sup>21</sup>] cf. Ptolem. *Quadripart.* lib. I *De imperantibus et obedientibus signis, De intuentibus et idem valentibus signis*, p. 47 sq. (ed. Melanchthon).

ad p. 42,<sup>38</sup>] Omne solum... Ovid. *Fast.* I 493. Hunc versum sæpius affert Tycho.

ad p. 44,<sup>6</sup>] Ovid. *Fast.* I 297 sqq.

ad p. 59,<sup>16</sup>] Aftutam vapido... Pers. *Sat.* V 117.

ad p. 60,<sup>9</sup>] Vergil. *Æn.* I 85 sq.

ad p. 61,<sup>21</sup>] cf. Ptolem. *Quadripart.* lib. II pp. 82 et 88.

ad p. 62,<sup>14</sup>] cf. Ptolem. *Quadripart.* lib. II p. 92.

ad p. 65,<sup>2</sup>] Rynæ fluminis, Danice: *Rønne Aa*; rivulus est, qui perfluit per prædium Heridsvad, ubi novam stellam primum Tycho vidit.

## AD APPENDICES AD LIBRUM DE NOVA STELLA PERTINENTES.

### I. AD DIARIUM ANNI 1573.

Diarium anni 1573 in uno codice Vindobonensi lat. 10932 nobis traditum est, neque umquam alii ejus codices exstitisse videntur. Hic autem sic inscriptus est: »Diarium astrologicum et metheorologicum Anni a nato Christo 1573 ad Loci Longitudinem graduum 35, Latitudinem graduum 56. Acceßit Tractatus de nova quadam & inusitata Stella quæ iuxta Finem anni præcedentis nullo ævo prius conspecta apparere cæpit«. Complectitur vero hæc:

1. foll. 2— 9: Præfationem (Inclytis utriusque ...) = hujus tomi pp. 35—44

2. foll. 10—22: De nova ... Stella = — — - 16—34

3. foll. 24—51: Diarium = — — - 75—130

4. foll. 52—66: De Eclipsi Lunæ = — — - 45—64

5. foll. 68—73: In Uraniam Elegiam = — — - 65—70

Solus autem tractatus de eclipsi Lunæ ipsius Tychonis manu scriptus est.

De illorum temporum diariis astrologicis et meteorologicis egimus in Prolegomenis. Ceterum de ratione hujus diarii ipse Tycho plene disputavit in præfatione ei præmissa (vid. supra p. 35 sqq.). Hoc solum ejus generis diarium ab eo confectum exstat; ex iis autem diariis, quæ postea per aliquot annos Friderico II regi ita jubenti eum misisse constat, nullum jam asservatum est, nec dubitari potest, quin multo breviora quam hoc fuerint et eas solas explicationes eorum, quæ ex aspectibus planetarum consecutura esse existimarentur, continerint, quæ aliquo modo ad regem attinerent.

## II. AD ADDITIONES AD COMMENTATIONEM DE ECLIPSI LUNÆ.

Insunt hæ additiones in codice Vindobonensi lat. 10686<sup>17</sup>, qui eam partem libri *De nova stella* continet, qua de eclipsi Lunæ agitur. Hanc videtur Tycho in officina sua denuo typis describendam curavisse, cum numeri quaternionum et paginarum simul cum præceptionibus tyothetarum in usum Germanica lingua scriptis in margine reperiantur; præcepit Tycho præter alia, ut additiones litteris minutis (inclinatis vel antiquis) describerentur. Cum mortis Friderici II regis mentio fiat (p. 132), post mensem Aprilem a. 1588 has scriptas esse apparet; et ex annotatione post observationes anni 1565 inserta verba a p. 135,<sup>21</sup> ad p. 136,<sup>4</sup> in Epistularum astronomicarum vol. II fol. 51 typis descripta esse videmus; sed hoc volumen prelum numquam reliquit. Cf. hujus editionis tom. X p. 13. In epistulis Tychonis illo tempore datis hujus commentationis nusquam mentio fit.

ad p. 132,<sup>1</sup> ] Neque hæc charta jam exstat, neque in libris observationum Tychonis, qui annis a 1571 ad 1573 deficiunt (vid. Prolegom. p. XI) eclipsis commemoratur.

## III. AD EXCERPTA EX LITTERIS AMICORUM.

ad p. 141,<sup>12</sup> ] Jam Octobri mense stellam observatam esse, nonnulli scriptores contendebant, alii vero diserte negabant; neque ante Schulerum, qui d. 6 m. Novembris hora 6 a. m. eam observavit, quemquam eam vidisse constat. Vid. hujus editionis tom. III.

## AD ORATIONEM DE DISCIPLINIS MATHEMATICIS.

Hæc oratio præfatio est prælectionum, quas autumnus anni 1574 in universitate Hauniensi Tycho habuit. In duabus ejus editionibus, quæ post mortem Tychonis prodierunt, extrema pars orationis multo brevior est quam in eo codice manu scripto, quem nos secuti sumus, et deest etiam additamentum (p. 170—173), cujus ultima verba propter lacerationem chartæ intercederunt.

ad p. 147,<sup>21</sup> ] Ioseph. *Ant. Iud.* I 8,<sup>2</sup> (p. 167 Niese).

ad p. 148,<sup>8</sup> ] Ioseph. *Ant. Iud.* I 2,<sup>3</sup> (p. 68 sqq.).

- ad p. 148,<sup>24</sup>] Ioseph. *Ant. Iud.* I 7,<sup>1</sup> (p. 155 sq.).
- ad p. 148,<sup>36</sup>] Philon. *De Abrahamo* 18,<sup>82</sup>.
- ad p. 149,<sup>1</sup>] Ioseph. *Ant. Iud.* I 4.
- ad p. 151,<sup>17</sup>] Ovid. *Metam.* I 85 sq.
- ad p. 154,<sup>14</sup>] cf. *Gen.* 1,<sup>14</sup>.
- ad p. 157,<sup>5</sup>] cf. Plin. *Hist. nat.* II 26,<sup>95</sup>.
- ad p. 162,<sup>8</sup>] *Malach.* 1,<sup>2-3</sup>, Paul. *ad Rom.* 9,<sup>13</sup>. — Qui vero Scripturæ loci in hac pagina et sequenti respiciuntur, hi sunt: *Deut.* 18,<sup>10-11</sup>; *Ierem.* 10,<sup>2</sup>; *Matth.* 10,<sup>28</sup>, *Luc.* 12,<sup>4</sup>; *Esai.* 47,<sup>13</sup>; *2 Chron.* 16,<sup>12</sup>.
- ad p. 164,<sup>26</sup>] *Centiloqu.* 5: »Potest qui sciens est multos stellarum effectus avertere, quando naturam earum noverit, ac seipsum ante illorum eventum præparare.«
- ad p. 164,<sup>36</sup>] Vergil. *Æn.* X 501 sq.
- ad p. 165,<sup>20</sup>] *Cod. Justiniani* IX 18.
- ad p. 166,<sup>24</sup>] Ovid. *Fast.* I 29 sq.
- ad p. 166,<sup>41</sup>] vid. Th. Erastus, *Defensio libelli Hieronymi Savonarolæ de astrologia divinatrice* (Paris. 1569) p. 123. — Ceterum verbum *quicum* corruptum esse videtur, nisi aliqua excidisse potius existimandum est.
- ad p. 168,<sup>41</sup>] cf. Lucæ Gaurici *Tractatus astrologicus* (Venet. 1552) fol. 58<sup>r</sup>.
- ad p. 170,<sup>10</sup>] Nicolaus Hemmingius (Niels Hemmingsen), nat. 1513, mort. 1600, professor theologiæ insignis in universitate Hauniensi, anno 1579, quia Calvinii præceptis nimis favere videbatur, dimissus ac postea Roskildæ canonicus factus est. Vid. hujus *Commentaria in omnes epistolas apostolorum* (Lipsiæ 1572) p. 441 sq. (in Paul. *ad Eph.* 6,<sup>1-3</sup>), ubi Calvinii *Admonitionem adversus Astrologiam* (Genevæ 1549) p. 15 sqq. consuluisse videtur.
- ad p. 171,<sup>18</sup>] Charles de Dançay, ab anno 1548 usque ad mortem, quam a. 1589 obiit, legatus Gallicus Hauniæ versatus est. Cf. H. F. Rørdam, *Résidents français près la cour de Danemark au XVI<sup>e</sup> siècle* (*Bulletin de l'Académie Royale des sciences et des lettres de Danemark* 1897, p. 619 sqq.). Amicus erat Tychonis et a. 1576 Uraniburgi fundamentorum primum saxum collocavit.
- ad p. 173,<sup>13</sup>] vid. *Hypotheses astronomicæ seu theoriæ planetarum ex Ptolemæi et aliorum veterum doctrina ad observationes Nicolai Copernici et canones ab eo conditos accommodatæ* opera et studio Casparis Peuceri (Witebergæ 1571). — *Hypotheses orbium cœlestium congruentes cum tabulis Alphonsi et Copernici seu etiam tabulis Prutenicis* editæ a Cunrado Dasypodio (Argentorati 1568).

## AD ASTROLOGIÆ METEOROLOGICÆ FRAGMENTUM.

Quando hoc confectum sit, non constat. Scriptum est ipsius Tychonis manu, sed in media tertia pagina desinit. Charta autem lacerata et humore vitata est.

## AD HOROSCOPOS FILIORUM REGIS.

Primus horum, horoscopus ejus, qui postea rex Christianus IV factus est, satis multis libris manu scriptis traditus est (vid. supra p. 180), ad quos accedit ipsius Tychonis primum exemplum ad perfectionem non adductum; illud tamen exemplum, quod ipsi regi Friderico II traditum est, intercisisse videtur. At ceterorum horoscoporum, quibus agitur de duobus regis filiis ætate inferioribus, qui amplum dignitatis statum numquam assecuti sunt, singula exstant exempla, atque illa quidem ipsa, quæ regi tradita sunt, quare viridi involucro holoserico nitide ornata et in extrema charta auro illita sunt; horum prius totum, ex altero vero sola interpretatio Germanica ipsius Tychonis manu scripta est. Omnibus enim his horoscopis interpretationes Germanicæ accesserunt.

Etsi ipse Tycho talibus prædictionibus non multum tribuebat, dubitari non poterat, quin hi tractatus integri describendi essent. Singulari enim diligentia et in rebus astronomicis subtilitate ceteros omnes, qui ejusdem generis sunt, superare videntur; comparationis causa afterri possunt duodecim illa Geniturarum exempla, quæ exhibet Cardanus in fine libri, qui inscribitur *In Cl. Ptolemæi Pelusiensis IIII de astrorum judiciis . . . . libros commentaria* (Basileæ 1554) pp. 403—513, inter quæ Eduardi VI regis Angliæ horoscopus invenitur.

Qui astrologicæ artis vocabulorum ignari sunt, certiores faciet liber præclarus auctore A. Bouché-Leclercq, *L'astrologie grecque* (Paris. 1899), ubi progressus hujus artis, quæ in historia humani cultus insignem locum tenuit, summa doctrina atque optimo judicio exponitur. Quæ de testimoniis ad hanc artem pertinentibus postea explorata sunt, collegit F. Boll in commentatione, quæ inscribitur *Die Erforschung der antiken Astrologie* (*Neue Jahrb. f. das klass. Altertum* XXI [1908] p. 103 sqq.). Præterea in editione *Al-Battani sive Albatenii operis astronomici rationum*, quæ in astrologia adhibebantur, atque imprimis »directionum« supputationis brevem conspectum dedit C. A. Nallino (*Pubblicazioni del R. Osservatorio di Brera in Milano* no. XL parte I [Mediolani 1903] p. 307 sqq.).

ad p. 183,<sup>16</sup>] cf. Plin. *Hist. nat.* II 26,<sup>95</sup>.

ad p. 183,<sup>31</sup>] Juvenal. *Sat.* VII 194 sq.

ad p. 185,<sup>7</sup>] Longitudinem terrestrem a meridiano Ptolemaico, qui Insulas fortunatas tangit, proficiscens Tycho numerare solet. Huncne significet signum  $\text{♄}$  hoc loco positum, in incerto relinquimus.

ad p. 191,<sup>10</sup>] De Antisciis vid. supra p. 42.

ad p. 192,<sup>15</sup>] Locus apheticus (τόπος ἀφετικός), quem Hylech vocabant Arabes, locus est Eclipticæ, ex quo vita »dimitti« (ἀφίεσθαι) dicebatur; inter tales erant »punctum ascendens« et »medium cœli«. Ille planeta, qui in momento nativitatis in tali loco erat, vocabatur »apheta« sive »gubernator vitæ«.



ad p. 237,<sup>13</sup>] cf. *Centiloqu.* 8: »Sapiens anima confert cœlesti operationi, quemadmodum optimus agricola arando expurgandoque confert naturæ.« Ceterum Ptolemæus, quem hic non nominat, rectene *Centiloquii* auctor habendus esset, ex alio loco (p. 164,<sup>26</sup>) Tychonem merito dubitasse perspicuum est.

ad p. 276,<sup>19</sup>] Ovid. *Trist.* III 4,<sup>25</sup>.

## AD TRIANGULORUM PRAXIN ARITHMETICAM.

Brevis est institutio, quæ nullis additis documentis triangula, cum plana, tum sphærica, solvere docet. Unum nunc exstat exemplum, in Bibliotheca universitatis Pragensis asservatum, quod post Rhetici libellum, qui inscribitur *Canon doctrinæ triangulorum* (Lipsiæ 1551), qui duodecim solis foliis in 4<sup>o</sup> constat et in tribus paginis extremis ejusdem generis præcepta exhibet, eodem quo ille involucro vestitum est. Ceterum haud paucae paginæ vacant scriptura, ita ut supplementis locus fuerit; in folio autem 13<sup>o</sup> exemplum quoddam adscriptum significatur, quod non exstat. Hic codex anno 1886 a F. I. Studnička, qui tum professor Pragensis erat, lucis ope expressa et edita est, ita ut species scripturæ facile pateat. Nec potest dubitari, quin hæc scriptura nitida, et quæ facile legatur, ipsius Tychonis non sit, quod putabat ille editor. Etiam si enim lente ac diligenter Tycho scribebat, compendiis quibusdam, quæ hic desunt, numquam non utebatur. Præterea littera **M** singulari atque eleganti, quæ in codice invenitur, numquam Tycho usus est, qui pro **M** adhibuit semper litteram **m** in majorem formam redactam. Etiam nomen ejus, quod in titulo occurrit, a subscriptione ejus satis differt, cum litterarum **T B h** species discrepet.

In titulo duo dies, Calend. Januar. 1591 et 13 Cal. Xbris 1595, reperiuntur. Prior is esse videtur, quo primum exemplum, quale nunc exstat, scriptum vel absolutum, posterior is, quo hoc exemplum descriptum est. Fuerunt enim plura exempla, quibus adjutores Tychonis ad calculos quotidie occurrentes uterentur. Patet hoc ex ipsius Tychonis verbis, quibus in epistula d. 14 m. Martii anni 1592 ad Hagecium data utitur, ubi Raimarum Ursum anno 1584 Uraniburgi versantem non solum delineationem systematis Tychonici, sed etiam formulas anno 1580 a Tychone simul cum Paulo Wittichio repertas, quibus calculi ad triangula pertinentes faciliores redderentur, clam descripsisse, et postquam anno 1586 Cassellis versans voce exposuisset, in *Fundamento astronomico* (Argentorati 1588) tamquam suas publicasse queritur. Sic enim scribit: »Quantum ad triangulos attinet, videbis suo loco in nonnullo aliquo tomorum meorum aliquot circa hæc dogmata, quæ meis studiosis jam ante plurimos annos præscripsi, ut faciliorem inde haberent calculi astronomici rationem. Cumque in singulis mensis musæi nostri horum descriptum intuitui patebat (ex quo quilibet ferme eorum peculiare ad manus habebat exemplar), facillimum fuit huic Urso tot dies subdolum parasitum agenti ista lambere,

ut demonstrationes eorum geometricas hic vix acquirere potuerit; eas enim seorsim inter propria mea majoris momenti scripta conservaram, quas Cassellis a Landgravii automatopæo postea ea qua dixi occasione nactus est. « Hic autem » automatopæus « Justus Buergius erat.

Hoc enchiridion certe post annum 1580 elaboratum esse constat, cum duas illas formulas contineat, quibus  $\cos A \cos B$  et  $\sin A \sin B$  ratione facilius inveniri poterant, quas illo anno Tycho et Paulus Wittichius simul excogitaverunt, posteaquam quinque jam annis ante Tycho Wittembergæ versans Wittichium hortatus erat, ut illam rem secum reputaret (« Visus est enim is, quod et sponte fatetur, saltem initia quædam hic jecisse admonitus iis verbis, quæ se a me audivisse, dum semel Wittebergam ipso illic studente transirem et me horum studiorum causa convenisset, licet ego eorum recordari non potuerim » Tycho ad Hagecium 4 Nov. 1580). Pluribus aliis locis hic communis labor significatur, cum in Tychonis epistulis, tum in Longomontani *Astronomia Danica* p. 8 (ed. 1640), ubi annus tamen 1582 pro 1580 per errorem indicatur, et in epistula Gellii Sasceridis, discipuli Tychonis, d. 6 m. Aug. a. 1590 ad Maginum data, ubi Tychonis enchiridii mentio fit<sup>1</sup>. Etiam in libro Tychonis de cometa anni 1577 (*De mundi ætherei recentioribus phænomenis* p. 281), qui prodiit a. 1588, illud problema significatur, quod in » dogmate IV planorum, absque demissa perpendiculari « hic tractatur. Sed longius etiam Tychonis enchiridion repeti potest. In libro enim, qui observationes anni 1585 pure descriptas præbet (cod. Haun. Ant. Coll. Reg. 1829 in 4<sup>o</sup>), ad finem reperitur commentatio de Marte observationibus ejus oppositionum annorum 1580 et 1582 et 1585 nitens, ubi in solvendis triangulis dogmata IV et VII planorum sæpius afferuntur. Itaque jam anno 1585 enchiridion hoc fuisse non potest negari, nec dubitari posse videtur, quin hoc illud fuerit, quod, cum mense Septembri anni 1584 Ursus Uraniburgi esset, in omnibus bibliothecæ mensis positum esset. Cum vero e Thomæ Finckei *Geometria rotundi*, quæ prodiit mense Augusto anni 1583, quædam petita esse videantur (vid. infra), anno 1583 vel 1584 conscriptum esse videtur.

Quomodo formulas duas Tycho et Wittichius repererint, perspici posse videtur ex Ursi libro fol. 16<sup>v</sup> et 17<sup>r</sup> et e Longomontani *Astronomia Danica* p. 9, ubi figura primæ earum, quas Ursus dederat, consimilis invenitur. Cum vero Buergius, qui anno 1586 ab Urso certior factus, quæ apud Tychonem vidisset, rem ulterius persecutus est, ipse nihil de ea re ediderit, demonstratio Longomontani, nisi Ursum sequi satis habuit, Tychoni deberi videtur.

<sup>1</sup> Fieri potuisse, ut Tycho, cum anno 1575, ut supra vidimus, Wittembergæ versaretur, librum Ioannis Werneri *De triangulis sphæricis* nondum tum publice editum, ubi adhibetur prosthaphæresis, inspiceret, suspicatus est Braunmuehl (*Zur Geschichte der prosthaphæretischen Methode in Abh. z. Gesch. d. Mathematik* IX p. 18). At in editione libri Werneri, quem Romæ in venerat et a. 1907 primum edidit, hoc veri dissimillimum esse demonstravit Bjørnbo, quia Werneri codex illo tempore Cracoviæ apud Rheticum fuisse satis certe videretur (*Abh. z. Gesch. d. mathem. Wissenschaften* XXIV p. 169).

Haud ab re erit hoc loco pauca addere de alio libro manu scripto mathematico, qui Pragæ asservatur, quem Tychonis esse affirmatum est. Libellus est foliorum sex in 2<sup>o</sup>, quem a. 1903 forma aliquanto minore lucis ope expressum edidit Studnička hoc addito titulo: »Brevissimum planimetriæ compendium sua manu exaravit Tycho Brahe«. At manus non est Tychonis, cujus etiam manui haud sane similis est, neque ullum adest indicium, quod in hujus potestate libellum umquam fuisse ostendat. Quæ eo continentur, sumpta sunt e Procli commentariis in primum librum *Elementorum* Euclidis (Basileæ 1533), quod nos docuit I. L. Heiberg, professor Hauniensis. Ceterum media interrumpunt annotationes quædam et delineationes horologiorum solarium, quæ jam factæ esse videntur, cum illis excerptis Proclianis partes vacuæ paginarum completæ sint.

ad p. 286,<sup>9</sup>] Lapsus hic est calami; pro »dimidium« scribi debuit »sinum dimidii«.

ad p. 286,<sup>12-14</sup>] Hic locus valde corruptus est. Scribi debuit: »multiplica maius latus datum per sinum Anguli dati, et divide per totum: exit inventum I; multiplica maius latus per sinum complementi Anguli dati, et divide per totum: exit inventum II, quod aufer a latere minore, & relinquitur inventum III. Jam duc inventum III in totum, & divide per inventum I: productum in Canone fœcundo . . . « cet.

ad p. 286,<sup>35</sup>] Hic vocabulo »tangents« primum Tycho utitur. Primus induxit Thomas Fincke in *Geometria rotundi* (Basileæ 1583) simul cum »secantis« vocabulo (pp. 73 et 76). Ceterum ex hujus libri p. 292 simpliciore hujus problematis solutionem Tycho discere potuit.

ad p. 287,<sup>14</sup>] Hoc problema solutum non est, et reliqua pagina eaque, quæ sequitur, vacuæ sunt.

ad p. 288,<sup>21</sup>] Hic primum adhibetur prosthaphæresis, cum pro  
 $\cos c = \cos a \cos b$  ponitur  $\cos c = \frac{1}{2} [\cos (a - b) + \cos (a + b)]$ .

ad p. 289,<sup>8</sup>] Hoc »exemplum adscriptum« non invenitur in codice, pagina vero, quæ sequitur, pæne tota vacua est.

ad p. 290,<sup>9</sup>] Hic adhibetur prosthaphæresis, cum  
 $\cos a = \cos b \cos c + \sin b \sin c \cos A$   
 $= \frac{1}{2} [\cos (b - c) + \cos (b + c)] + \frac{1}{2} [\cos (b - c) - \cos (b + c)] \cos A$ .

Non contigit igitur, ut ultima multiplicatio  $\cos A$  evitaretur, quam adhibito angulo auxiliari evitavit Buergius, ut ex libris manu scriptis observationum ejus patet, quas Cassellis instituit (cf. Rud. Wolf, *Astronom. Mittheilungen* XXXII p. 61).

ad p. 290,<sup>13</sup>] Postea additum est voc. »multiplicato«, ante quod etiam »sed« additum esse videtur; sed post illud quædam excidisse videntur, aut »ut prius« aut »per sinum complementi anguli dati et diviso per totum«.

ad p. 291,<sup>11</sup>] Hæc solutio falsa est, cum dogma VI ad triangulum polare adhibere Tycho satis habeat, lateribus et angulis commutatis. Werneris opus

Tychoni et Wittichio ignotum fuisse, inde patet, quod prosthaphæresi hoc loco utuntur, cum sine ea rem expedire Werner potuisset (cf. Bjærno 1. c. p. 169).

ad p. 292,<sup>11</sup>] Hoc theorema summi momenti erat, cum, quoties differentia ascensionum rectarum stellæ et planetæ supputanda erat, quotidie in usu fuisse existimandum sit. Eadem formula adhibetur hic atque in dogmate VI:

$\cos A = \frac{\cos a - \cos b \cos c}{\sin b \sin c}$ , ubi numerator et denominator per prosthaphæresin solvuntur.

ad p. 293,<sup>1</sup>] Eadem plane figura invenitur in Ursi *Fundamento astronomico* fol. 20<sup>v</sup>.

## AD PROBLEMATA DE TRIANGULIS SPHÆRICIS ET PLANIS.

Hoc opusculum in eo volumine invenitur, quod continet ipsas observationes annorum 1598 et 1599; ac post observationes mensis Januarii anni 1599 locum tenet; quamquam folia, quibus scriptum est, postea insuta esse apparet. Quatuor paginas explent ipsa præcepta supputandi; sequuntur paginæ una et viginti, in quibus secundum nova hæc præcepta nonnullorum Jovis locorum ratio initur, et de locis inventis quædam addit Tycho.

Satis memorabilia sunt hæc præcepta et ab iis, quæ præbet *Triangulorum Praxis*, multum discrepant. Supra ostendimus, Tychonem coactum esse, ut in dogmate VI sphæricorum multiplicationem, in IX vero divisionem retineret; quod jam evitare didicit. In priore problemate, ubi datis lateribus a b c anguli A B C inveniendi sunt, primum quæritur

$$\frac{1}{2} [\sin (90 - b + c) + \sin (90 - b - c)] = \text{inventum I}; \text{ tum} \\ \sin (90 - a) - I = \text{inventum II.}$$

Deinde ponitur  $II = \sin x$ , unde invenitur x; posito vero

$$\sin (90 - b + c) - I = \frac{1}{2} [\sin (90 - b + c) - \sin (90 - b - c)] = \text{cosec } y,$$

inde datur y. Denique

$$\sin (90 - A) = \sin x \sin y = \frac{1}{2} [\sin (90 - x + y) - \sin (90 - x - y)],$$

ubi divisio, quam præbuerat dogma IX, nulla invenitur.

In altero autem problemate, ubi datis lateribus b c et angulo A tertium latus a inveniendum est, primum quæritur

$$\frac{1}{2} [\sin (90 - b + c) - \sin (90 - b - c)] = \text{inventum I}; \text{ tum}$$

$$\frac{1}{2} [\sin (90 - b + c) + \sin (90 - b - c)] = \sin x, \text{ unde invenitur } x; \text{ deinde}$$

$$\frac{1}{2} [\sin (90 - A + 90 - x) + \sin (90 - A - [90 - x])] = \text{inventum II, unde}$$

$$I + II = \sin (90 - a),$$

ubi multiplicatio, quam præbuerat dogma VI, nulla invenitur.

Quod in altero problemate angulus auxiliaris x adhibetur, hoc illud est, quod (ut supra indicavimus) invenerat Buergius, et in Bartholomæi Pitisci

*Trigonometriæ sive de dimensione triangulorum libris quinque* (Aug. Vindelic. 1608) p. 160 sq. primum in lucem prolatum est, additis verbis »Byrgiano more«.<sup>1</sup>

Unde hæc duo præcepta insignia acceperit Tycho, qui utilitatem eorum tanto æstimabat, ut ad alium observatorem diligentem, Davidem Fabricium, exemplum eorum transscriptum simul cum calculis, quibus usus eorum demonstraretur, statim mitteret, ipse in epistula d. 16 m. Novembris a. 1599 ad Herwartum de Hohenburg data indicat, cum illa refert, quæ ipse cum Wittichio hac in re olim profecerat: »Cum Wittebergæ superiori hyeme aliquandiu hærerem et typographicos labores non ex animi sententia succedere animadverterem, resumpsi hanc operam in manus, et adhibito istic præstanti mathematicum professore Melchiore Jøestelio, ea omnia, quæ tam sphærica quam plana triangula respiciunt, quæcunque in usum cadunt astronomicum et geographicum per solas prosthaphæreses dinumerandas compendiose in ordinem redegi. Effeci, ita ut nihil fere ulterius in his nunc desiderari queat, quæ etiam suo tempore in communem horum studiorum utilitatem et promotionem publici juris fieri procurabo.«

Cum præceptum illud, quod cos a invenire docet, Buergio debeatur, non hoc solum, sed etiam quomodo (in priore problemate) cos A sine divisione inveniendus esset ( $\cos A = \frac{\sin x}{\operatorname{cosec} y} = \sin x \sin y$ ), a Jøestelio Tycho didicisse videtur. Præbet enim codex Vindobonensis lat. 10686<sup>67</sup>, quæ pars est ingentis chartarum molis, quæ nobis inter hanc operam sæpe utilis fuit, Melchioris Jøestelii *Logisticam prosthaphæresin astronomicam*, quam subsequuntur ejusdem *Triangula astronomica tum sphærica tum rectilinea*. In tractatu posteriore agit Jøestelius de problematis sedecim triangulorum, quorum VIII et IX iisdem fere verbis in Tychonis codice descripta sunt (supra pp. 297—299); minus illa quidem congruunt, quæ nos dedimus pp. 300—301, nisi quod posterior pars p. 301 iisdem fere verbis in priore Jøestilii tractatu (regula II) invenitur; sed a Jøestelio Tychonem hæc doctum esse utique manifestum est. Ceterum animadvertendum est, compendia S. R. (i. e. sinus rectus), S. T. (i. e. sinus totus), T. (i. e. tangens) et in hoc et in Tychonis codice inveniri, cum illo tempore plane inusitatum fuerit in libris mathematicis talibus compendiis uti; scilicet hoc quoque Jøestilii inventum esse videtur. Addendum vero est, eadem præcepta, addito Jøestilii nomine, etiam in folio quodam inveniri, quod codici Ioannis Prætorii Monacensi lat. 24101 (de quo agit Bjørnbo l. c. p. 170) appositum est. Ille autem Prætorius, quod nos docuit v. d. H. G. Zeuthen, ibidem alia quoque præcepta præbet in tabula simili collocata ad eadem problemata sphæricorum per prosthaphæresin solvenda; hæc vero a Wernero inventa et a Wolfio et Schulero in breviorum formam redacta esse traduntur.

<sup>1</sup> Apud Pitiscum hoc inveniri primum ostendit Braunmuehl (*Abh. z. Gesch. d. Mathematik* IX p. 24).

Hi igitur auctores sunt hujus rationis, qua in formam tabulæ talia præcepta redacta sunt. Cf. Braunmuehl, *Geschichte der Trigonometrie* I pp. 136 et 236.

Cum a verbis Tychonis, quæ supra attulimus, ipsum de eo cogitasse pateat, ut hæc præcepta triangulorum solvendorum, quæ quin ultimis vitæ annis 2½ in observatorio ejus in usu fuerint, non potest dubitari, in magno illo »Theatro astronomico«, quod edere propositum habebat, in lucem proferret, inter scripta ejus locum iis dedimus, etsi non ipsi, sed Jæstelio debentur. Ceterum aliud quoque inde discere possumus. Rationem prosthaphæreticam Wernerum possedisse Tycho sciebat, et exemplum opusculorum, quæ a. 1522 Werner ediderat, nancisci diu studiose intenderat. Tandem ab Hagecio exemplum accepit, de quo in epistula d. 25 m. Januarii a. 1590 gratias ei agit; sed quod speraverat, ibi non invenit. Patet igitur e codice a. 1599 scripto, librum Weneri *De triangulis sphæricis*, qui typis descriptus non erat, numquam ei notum factum esse, quoniam ratio illius sinus versi adhibendi neque in hoc codice neque in *Triangulorum Praxi* Tychonis antea conscripta invenitur.

ad p. 298,<sup>19</sup>] Hæc annotatio sicut etiam illa, quæ p. 302,<sup>19</sup> invenitur, ipsius Tychonis manu scripta est; cetera vero non ab ipso scripta sunt.

ad p. 303,<sup>1</sup>] Ex his calculis primos tantum hic præbemus (»processum primum per triangulum BCF«), ut rationem eorum oculis subiciamus. Facile eos intellet, qui cum formulis supra indicatis, ad nostræ ætatis modum notandi accommodatis, eos comparabit. Sequuntur deinde processus II per triangulum ECF, III per BFE, IV per DFE, sed collocationes Jovis inde inventæ propter gravem errorem 50', quem in distantia EF indicanda Fabricius admisit, cum inter se, tum ab iis, quæ e I et V (per BFD) inventæ sunt, plurimum discrepant. Denique sequitur figura ei consimilis, quam p. 302 præbuimus, et calculi prorsus similes observationum d. 28 m. Decembris (foll. 21<sup>r</sup>—26<sup>r</sup>); quorum summam inter observationes anni 1598 præbebimus.

#### ADDENDUM.

Nota † in margine interiore editionis ad has annotationes lectores reiciuntur; his tamen locis, quia sero inventa sunt, quæ annotari debebant, deest illa nota: pp. 6,<sup>22</sup>; 9,<sup>22</sup>; 16,<sup>20-21</sup>; 19,<sup>24</sup>; 27,<sup>27</sup>; 31,<sup>11</sup>; 31,<sup>16</sup>; 61,<sup>6</sup>; 62,<sup>14</sup>.

# QUÆ PRIMO TOMO CONTI- NENTUR.

	Pag.
Præfatio Societatis . . . . .	I-III
Prolegomena Editoris . . . . .	V-LIX
De nova Stella (1573) . . . . .	1-72
Appendices ad librum De nova Stella pertinentes . . . . .	73-142
I. Diarium anni 1573 . . . . .	75
II. Additiones ad commentationem De Eclipsi Lunæ anni 1573 . . . . .	131
III. Excerpta Tychonis ex litteris quorundam amicorum De disciplinis mathematicis Oratio (1574) . . . . .	141 143-173
Appendix ad Orationem de disciplinis mathematicis pertinens Astrologiæ meteorologicæ fragmentum . . . . .	175-178 177
Horoscopus Principis Christiani (1577) . . . . .	179-208
Horoscopus Principis Huldarici (1579) . . . . .	209-250
Horoscopus Principis Johannis (1583) . . . . .	251-280
Triangulorum Planorum et Sphæricorum Praxis arithmetica (1591) . . . . .	281-293
Appendix ad Triangulorum Praxin pertinens . . . . .	295-305
De Triangulis Sphæricis et Planis (1599) . . . . .	297
Annotationes Editoris . . . . .	307-320



TYPIS DESCRIPSERUNT NIELSEN & LYDICHE  
(AXEL SIMMELKIÆR)  
CHARTAM PRÆBUERUNT OFFICINÆ CHARTARIÆ  
CONSOCIATÆ (DE FORENEDE PAPIRFABRIKKER)  
QUÆ LUCIS OPE EXPRIMENDA ERANT  
EXPRESSIT F. HENDRIKSEN  
NUMERUS EXEMPLORUM VENALIUM: 225

---

PRIMUS TOMUS PRELUM RELIQUIT  
D. 8. M. NOVEMBRIS  
ANNO MCMXIII



